DE VOCIS QUAE EST ΔΑΙΜΩΝ APUD HOMERUM SIGNIFICATIONE ATQUE USU

UNIVERSITAS LIBERA REFORMATA AMSTELODAMENSIS

DE VOCIS QUAE EST ΔΑΙΜΩΝ APUD HOMERUM SIGNIFICATIONE ATQUE USU

DISPUTATIO LITTERARIA QUAM ANNUENTE SUMMO NUMINE EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI F. W. GROSHEIDE, THEOL. DOCT., IN FAC. THEOL. PROF. ORD., PRO GRADU DOCTORIS SUMMISQUE IN PHILOSOPHIA THEORETICA ET LITTERIS HUMANIORIBUS HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS PUBLICO AC SOLLEMNI EXAMINI SUBMITTET IN AEDIBUS QUIBUS NOMEN „DE WERKENDE STAND"

SOLKO TROMP DE RUITER

HARLINGENSIS

DIE V M. IUL. A. MCMXVIII, HORA II

AMSTELODAMI — APUD A. H. KRUYT — MCMXVIII

FRATRI OPTIMO
PIAE PARENTUM MEMORIAE

Disputatione ad finem perducta ad longum academicae vitae curriculum respicere liceat.

Imprimis grates et agere et habere debeo Deo Optimo Maximo. qui usque ad id temporis per vitae difficultates molestiasque multas me sustentavit; me docuit fugere quod est subinane, ut amputata circumcisaque omni vanitate requiescerem in Eo.

Facultatem mihi oblatam esse gaudeo, ut ex animo gratias agam vobis, clarissimi Academiae Liberae Reformatae professores, quorum cum doctrina tum benevolentia tam diu frui mihi licebat.

Omnium primum nomino Woltjerum patrem, cuius memoria omnibus discipulis magna pietate est celebranda. Hunc virum clarissimum, summo ingenio exquisitaque doctrina, singulari mentis acumine, modestia, pietate excellentem, morte immatura a nobis abreptum esse, quis non fleat? Cuius consilio, praeceptis, monitis mihi a puero impertitis, quantum debeam, vix verbis eloqui possum. Magistri praestantissimi memoria semper in animo meo vivet.

Egregio patre mortuo tuam vicem doleo, clarissime Woltjer Fili, promotor aestumatissime, cui plurimum debeo. Quid mihi nunc sit animi, cum iam in eo sim, ut studia academica absolvam, praeter ceteros notum est tibi, quem mihi principem et ad suscipiendam et ad ingrediendam huiusce operis rationem extitisse video; cuius scholis breve tempus, cuius praeceptis, consiliis, familiaritate, consuetudine multos per annos mihi uti licebat; cuius domus semper mihi patebat; cuius sagacitas sensusque subtilitas non mediocriter mihi admirationem movebant. Te mihi socium et adiutorem, studiosum studioso, aequalem aequali proximum fuisse, qui tot annos ingenium, laborem, fidem promptam expositamque praebueris, quamquam satis superque tibi erat tuarum rerum, grato animo semper recordabor.

Tibi, clarissime Geesink, qui, egregia doctrina, philosophiae historiam logicesque elementa me docueris, gratias quam maximas ago. Ut in suavitate humanitatis periucunde versari soles, ut tua animi lenitas semper florescit, ita te in me benevolentissime semper te praebuisse, gratus libensque confiteor.

Tibi quoque, clarissime Kuyper, vir excellentissime, cuius de litteris Neerlandicis scholis ut interessem mihi contigit, sinceras ago gratias.

Eos denique, qui Bibliothecis Amstelodamensi et Bumanae praefecti, benevole officia praestiterunt, magno adiumento mihi fuisse, grato animo commemoro.

PROOEMIUM.

Vir doctus Hartung, in praefatione secundae partis libri, qui inscribitur „Die Religion und Mythologie der Griechen" [Leipzig, Engelmann 1865], haec fere ex ephemeride aliqua sumpta narrat: Massiliae quodam die triginta duos homines cholerae morbo mortuos esse. Nocte proxima urbem ignibus undique accensis insigne praebuisse spectaculum: innumerabiles ignes per immensum spatium flagravisse; ante praefecturam a vigilibus urbanis ingentem rogum exstructum et inflammatum esse neque ullam ex sescentis Massiliae viis ignibus caruisse; e quibus unam vel quinquaginta septem ignibus ornatam fuisse, circum quos pueros et puellas saltavisse; quod idem Telone Martio in urbe factum esse. Com-pluribus locis Choleram, horribilis nigrae personae forma indutam, combustam esse. [1])

[1]) Cf. ad haec: Tylor, Primitive Culture [London, John Murray 1873], I², p. 295: „The belief prevailing through the lower culture that the diseases which vex mankind are brought by individual personal spirits, is one which has produced striking examples of mythic development . . . . It is with this deep old spiritualistic belief clearly in view that the ghastly tales are to be read where pestilence and death come on their errand in weird human shape. To the mind of the Israelite, death and pestilence took the personal form of the destroying angel who smote the doomed. [2 Sam. XXIV, 16. 2 Kings XIX, 35]."

Michel, Les bons et les mauvais esprits dans les croyances populaires de l'ancienne Grèce [Revue d'Histoire et de Littérature Religieuses 1901], p. 201: „De nos jours encore, les paysans de la Grèce moderne parlent de la petite vérole comme d'une dame puissante, Kyra Ulagia, qu'il faut écarter, ceux de la Russie dressent des tables chargées de mets pour le choléra, dans l'espoir que le monstre rassasié cessera d'exiger des victimes humaines", sqq.

Gruppe, Griechische Mythologie und Religionsgeschichte [München 1906, Iwan von Müller's Handbuch V. 2, 2], II, pp. 892, 897, 923. Rohde, Psyche⁴ [Tübingen 1907], II, p. 78. Usener, Götternamen [Bonn 1896], p. 294. Schoemann-Lipsius, Griechische Alterthümer [Berlin 1902], II⁴, p. 374 sqq. Sam Wide, Griechische Religion [Gercke-Norden, Einleitung in die Altertumswissenschaft II² (Leipzig 1912)], p. 175. W. Fischer, Aberglaube aller Zeiten [Strecker und Schröder, Stuttgart], II, p. 15: „Der Dämonismus gehört der Kultur-geschichte aller Zeiten, auch der unserigen an", sqq.

Ex quibus haec colligit Hartung:

1°. „Die Menschen in Marseille, Toulon u. s. w. glauben an Dämonen;

2°. „Sie glauben, dasz die Cholera von einem Dämon gemacht sei, oder vielmehr selbst ein Dämon sei;

3°. „Sie machen sich ein Bild von diesem Dämon und glauben, dasz durch Sympathie alles, was man diesem Bilde anthue, dem Dämon selbst angethan werde; [1])

4°. „Sie glauben, dasz durch Feuer die Luft, in welcher die Dämonen weben, gereinigt und die Dämonen selbst überwältigt werden können;

5°. „Sie glauben, dasz durch Tanz und wohl auch durch Musik und Gesang der Macht der Dämonen Einhalt gethan werde;

6°. „Die Glaubensartikel sind weder durch Unterricht beigebracht noch überliefert, sondern sie wachsen gleichsam wild in dem Boden des menschlichen Herzens und schieszen auf wie die Pilze bei günstiger Witterung;

7°. „Sie werden erzeugt von dem Bedürfnisz und treten hervor, von der Zeit und der Not wach gerufen, so wie von jeher alle Religionen und alle Culte entstanden sind."

Quocumque modo haec intelleguntur, hoc quidem constat, medio superiore saeculo, aevo scilicet cultus atque humanitatis admodum fertili, specimen visum esse antiquae superstitionis, quae δεισιδαιμονία[2]) dicitur. Haec autem, si accuratius pervestigantur, minime absurda nec inopinata videbuntur. Homines enim factis gravibus interdum concutiendi et commovendi sunt, ut quantis rebus obiecti sint de integro admoneantur. Sed ii, qui tantis terroribus obstricti et vexati Dei fiducia carent, non omnia ad mala averruncanda

[1]) Cf. Samter, Die Religion der Griechen [Teubner 1914], p. 65: „Wie bei anderen Völkern finden wir auch bei den Griechen alte Zau-berriten, bei denen der Zaubernde sich nicht an eine persönlich gedachte Gottheit wendet, ..., sondern durch magische Zeremonien aus eigener Kraft die gewünschte Wirkung hervorzubringen glaubt. Dazu gehört vor allem der Analogie- oder Sympathiezauber. Man nimmt an einem Gegenstande eine Handlung vor und glaubt dadurch, an einem anderen Gegenstande oder einem Menschen, den man mit dem ersteren gleichsetzt, dieselbe Wirkung hervorzurufen."

Sam Wide, o. l. pp. 187—189, Gruppe, o. l. II, p. 878.

Philostratus, Vit. Ap. IV, 10, narrat, Ephesios, pestilentia magnopere vexatos, Apollonium arcessisse; eum, cum miro quodam modo in eorum urbem advenisset, Ephesios in theatrum conduxisse senemque ibi mendican-tem ut pestilentiae daemonem lapidibus obrui iussisse.

[2]) Δεισιδαιμονία hoc loco scilicet ἡ πρὸς τοὺς πονηροὺς δαίμονας ἐπιμέλεια καὶ φόβος (Et. M. p. 262, 13). Cf. Babick, De Deisidaemonia Veterum Quaestiones, [Diss. Lipsiae 1891]. Tambornino, De antiquorum daemonismo [Giessen 1909].

experiri qui possunt? Numen obscurum illud, quod homines horrent, placandum, quin etiam, si fieri possit, superandum esse videtur.

Ut apud Graecos non modo animi aegritudines, verum etiam corporis molestias a quibusdam numinibus inferri vulgaris opinio erat, ut morbi ipsi numina habebantur [1]), quae precibus atque incantamentis similibusque rebus magicis essent avertenda, ita Cholera, humana specie et forma conficta, a Massiliensibus combusta est ad pestilentiam avertendam.

A scriptoribus Graecis praecipue posterioris aetatis numina illa infensa δαίμονες appellabantur atque ii, qui mente capti insaniebant aut morbo aliquo laborabant δαιμονῶντες et δαιμονιζόμενοι nominabantur. [2]) E multis pauca haec exempla proferam: Plut.

---

[1]) Commemoro Proclum in Hes. Opp. et D. 102 sq. [νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ, αἱ δ' ἐπὶ νυκτὶ αὐτόματοι φοιτῶσι κακὰ θνητοῖσι φέρουσαι]: ἐσωματο-ποιοῦντες δὲ αὐτὰς προσιούσας ἀφώνους ταύτας ἐνδεικνύμενος ὅτι καὶ τούτων ἔφοροι δαίμονές εἰσιν, οἵτινες δρῶσιν ἀφανῶς ἐπιπέμποντες τὰς νόσους τὰς ὑπὸ τὴν Εἱμαρμένην τεταγμένας καὶ τὰς ἐν τῷ παντὶ κῆρας διασπείροντες. Plato, Phaedr. 244 E morbos refert παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων. Vid. praeterea Hippocrat. de morbo sacro I, pp. 587--594.

Cf. Michel, o. l. pp. 201, 206. Curt Wachsmuth, Das alte Griechenland im neuen [Bonn 1864], p. 58, 41. Gruppe, o. l. II, p. 892 sq. Ed. Meyer, Geschichte des Altertums, I³, 1, [1910], p. 91 sq. et p. 140. Lübker, Reallexikon des klassischen Altertums⁸ [1914], i. v. Aberglaube, Zauber. Riesz, Pauly-Wissowa, Realencyclopaedie, I, col. 36, i.v. Aberglaube. Roscher, Roscher, Ausführliches Lexikon der griechischen und römischen Mythologie, III, 1, col. 457, i. v. Nosoi. Crusius, ib. II, 1, col. 1136, i. v. Keres.

[2]) Cf. Hippocrat. de morbo sacro I, p. 592 sq.

In Cyranidibus et in papyris magicis de eiusmodi daemonibus passim est sermo; cf., de Mély et Ruelle, Les lapidaires grecs [Paris 1898]; Wessely, Denkschr. d. kaiserl. Ak. d. Wiss. zu Wien, philol. histor. kl. XXXVI [1888], 2. p. 27 sqq. cf. Wide, o. l. p. 236.

Cf. Roscher, l.l. Waser, R.E. IV, col. 2010, i.v. Daimon, de verbo δαιμονᾶν haec profert: „von einem Daimon besessen sein, womit sich eine Vorstellung verband, die bei überhandnehmendem Aberglauben die sogenannten Exorkismen im Gefolge hatte," sqq. Usener, o. l. p. 294: „Epileptische zufälle, äuszerungen von geistesstörung und tobsucht sind sichere anzeichen dafür, dasz ein dämon besitz von dem menschen ergriffen hat ..... immer ist es ein besonderer dämon, der in dem epileptischen, dem irren, dem tobsüchtigen seine wohnung aufgeschlagen hat und durch die mittel magischer beschwörung gebannt und ausgetrieben werden musz." Rohde, o. l. II¹. p. 76,1: „Den Grund aber der Krankheit fand man allemal in directem Eingreifen eines δαίμων." Schoemann-Lipsius, o. l. II, pp. 358 et 371 sq. Tambornino, o. l. pp. 56, 70, 92.1. Weicker, Der Seelenvogel in der alten Litteratur und Kunst [Leipzig 1902], p. 4.

Quaest. Conv. p. 706 D: οἱ μάγοι τοὺς δαιμονιζομένους κελεύουσι τὰ Ἐφέσια γράμματα πρὸς αὐτοὺς καταλέγειν καὶ ὀνομάζειν. Plotinus 30, 14 [Kirchhoff], de gnosticis: ὑποστησάμενοι, inquit, τὰς νόσους δαίμονας εἶναι. Papyrus Parisina [ed. Wessely, Denkschr. d. kaiserl. Akad. d. Wiss. philol. histor. kl. XXXVI (1888)] p. 44 sqq. v. 86 sq.: φυλακτήριον πρὸς δαιμονιζομένους ὀζκκουν ηλ ιαφηλ ἀπάλλαξον κεξενπερο ουβαρβαρανχε.[1]) Hesychius δαιμονᾷ sic interpretatur: ὑπὸ δαίμονος κατέχεται. Anthol. Pal. XI. 427, Epigr. 15: δαίμονα πολλὰ λαλῶν ὀξύστομος ἐξορκιστὴς ἐξέβαλ', οὐχ ὅρκων, ἀλλὰ κόπρου δυνάμει. Alexander Polyhist. apud Diog. Laërt. VIII, 32: εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα, inquit, ψυχῶν ἔμπλεων καὶ ταύτας δαίμονάς τε καὶ ἥρωας ὀνομάζεσθαι· καὶ ὑπὸ τούτων πέμπεσθαι ἀνθρώποις τούς τ' ὀνείρους καὶ τὰ σημεῖα νόσου τε καὶ ὑγιείας, καὶ οὐ μόνον ἀνθρώποις ἀλλὰ καὶ προβάτοις καὶ τοῖς ἄλλοις κτήνεσιν. [2])

Schol. ad Aristoph. Vesp. 8 [ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς ἐτεὸν ἢ κορυβαντιᾷς]: μαίνῃ· παρόσον οὗτοι οἱ δαίμονες μανίας καὶ θειασμοῦ εἰσιν ἐμποιητικοί.

In Novo Testamento aegrotantes numine occupati dicuntur: Matth. IV, 24 [ed. Nestle, Stuttgart 1912]: καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους, δαιμονιζομένους καὶ σεληνιαζομένους καὶ παραλυτικούς, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς. ib. VIII, 16: Ὀψίας δὲ γενομένης προσήνεγκαν αὐτῷ δαιμονιζομένους πολλούς· ib. IX, 32 sq.: Αὐτῶν δὲ ἐξερχομένων, ἰδοὺ προσήνεγκαν αὐτῷ κωφὸν δαιμονιζόμενον. καὶ ἐκβληθέντος τοῦ δαιμονίου ἐλάλησεν ὁ κωφός. Luc. IV, 33: καὶ ἐν τῇ συναγωγῇ ἦν ἄνθρωπος ἔχων πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου, sqq. Luc. VIII, 2 de Maria Magdalena dicitur, ἀφ' ἧς δαιμόνια ἑπτὰ ἐξεληλύθει. [3])

---

[1]) Cf. Tambornino, o.l. p. 9. Schoemann-Lipsius, o.l. II, p. 360. A. Dieterich, Abraxas [Leipzig 1891], p. 138 sqq.

[2]) Cf. Zeller, Philosophie der Griechen, I^{5} [Leipzig 1892], p. 455, 2.

[3]) In Novo Testamento *δαιμονιζόμενοι* qui dicuntur *πνεύμασι ἀκαθάρτοις* oppressi appellantur [cf. Marc. I. 23].

Cremer, Bibl. Theol. W.B. der Neutestamentl. Gräzität^{9} [Gotha 1902], i.v. *δαιμονίζομαι*. Gerhard Heine, Synonymik des Neutestamentl. Griechisch [1898], p. 67. Moulton-Milligan, The Vocabulary of the Greek Testament [Hodder and Stoughton, London 1915], i.v. *δαιμονίζομαι, δαιμόνιον, δαίμων*. Weisz, Herzog-Hauck, Realencyclop. für Protestant. Theol. und Kirche, IV^{3}, p. 408 sqq. art. „Dämonen", „Dämonische." Sophocles, Greek Lexicon of the Roman and Byzant. Periods, i.v. *δαιμονίζομαι, δαιμόνιος*. Tambornino, o.l. p. 92 sq. Josephus, [Antiq. Iud. VIII, 2, 5] de Salomone haec profert: *παρέσχε δ' αὐτῷ μαθεῖν ὁ θεὸς και τὴν κατα τῶν δαιμόνων τεχνην εἰς ὠφέλειαν και θεραπείαν τοῖς ἀνθρώποις· ἐπῳδάς τε*

Etiam apud poëtas tragicos mala corporis et mentis praecipue δαίμονι attribuuntur.[1]) Eteócles, Polynices, δαιμονῶντες appellantur. Aesch. Sept. 1001: ἰὼ δαιμονῶντες ἐν ἄτᾳ[2]) et Eurip. Phoen. 888: ὡς δαιμονῶντας κἀναστρέψοντας πόλιν eos nominat Tei--resias; ubi scholiastes annotat: σκληρῷ δαίμονι καὶ ἀπανθρώ--πῳ χρώμενοι. Aesch. Pers. 911: ὡς ὠμοφρόνως δαίμων ἐνέβη Περσῶν γενεᾷ et Agam. 1174 chorus haec dicit: καὶ τίς σε κακοφρονῶν τίθησι δαίμων ὑπερβαρὴς ἐμπίτνων. Aesch. Choeph. 566 Aegisthi domus δαιμονᾶν κακοῖς dicitur. Soph. Ai. 1214: νῦν δ' οὗτος [Aiax insanus sc.] ἀνεῖται στυγερῷ δαίμονι et Oedipus rex [Soph. O. R. 828 sq.]:

ἆρ' οὐκ, inquit, ἀπ' ὠμοῦ ταῦτα δαίμονός τις ἂν
κρίνων ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἂν ὀρθοίη λόγον;

Insanientes autem a Graecis non modo δαιμονιζόμενοι appellabantur, verum etiam ἔνθεοι.[3]) Phaedra nimio Hippolyti amore capta ἔνθεος dicitur [Eurip. Hippolyt. 141], ubi scholiastes annotat: ἔνθεοι λέγονται οἱ ὑπὸ φάσματός τινος ἀφαιρεθέντες τὸν νοῦν καὶ ὑπ' ἐκείνου τοῦ θεοῦ τοῦ φασματοποιοῦ κατεχόμενοι καὶ τὰ δοκοῦντα ἐκείνῳ ποιοῦντες·[4]) Etiam vates, poëtae quique orgiorum participes tamquam amentes bacchabantur, denique ventriloqui a numine occupati et mente capti, ἔνθεοι appellabantur.[5])

συνταξάμενος αἷς παρηγορεῖται τὰ νοσήματα καὶ τρόπους ἐξορκώσεων κατέλιπεν, οἷς οἱ ἐνδούμενοι τὰ δαιμόνια ὡς μηκέτι ἐπανελθεῖν ἐκδιώξουσι. De Salomone cf. Dieterich, Abraxas, p. 141 sq. De Christianorum daemonum opinione v. Tambornino, o. l. pp. 92—98.

[1]) Cf. Tambornino, o. l. p. 62, 1. Neuhäuser, De Graecorum Daemonibus [Berolini 1857, Pars Prior], p. 25 sqq. Lehrs, Gott, Götter und Dämonen [Populäre Aufsätze², Leipzig 1875], p. 189 sqq. Wahr--mund, Über den Begriff δαίμων in seiner geschichtlichen Entwickelung, [Zeitschr. f. d. österreichischen Gymnasien X (1859)], p. 770. Waser, R.E. l.l.

[2]) Cf. Eurip. Hippol. 241: ἐμάνην, ἔπεσον δαίμονος ἄτᾳ [cf. Hom. λ 61].

[3]) Sam Wide, o. l. p. 175: „Wer sich nicht gegen sie [daemones sc.] schützen kann, wird von ihnen besessen. Diese Besessenheit äuszert sich besonders in körperlichen Krankheiten und Tod, in Wahnsinn und pro--phetischer Ekstase: in der klassischen Zeit heiszen die Besessenen ἔνθεοι . . . und die Besessenheit ἐνθουσιασμός." q. s.; e quibus haec colligit Wide: „dasz die dämonischen Funktionen von Göttern übernommen sind." Cf. Tambornino, o. l. p. 55 sq. Gruppe, o. l. II, pp. 849, 4 et 5; 850. 926,1.

[4]) Cf. Rohde, o. l. II[1], pp. 4, 18 sqq, 46. De insania quae dicitur ἱερὰ μανία cf. Tambornino o. l. p. 58 sq. Dieterich, Eine Mithras--liturgie [Leipzig 1910], p. 98 sq.

[5]] Cf. Eurip, Bacch. 298 sqq. Plat. Ion, 533E—534A. Menon 99 D. Schol. ad Aristoph. Vesp. 1019. Pollux, Onomast. [ed. Bethe], I, 19, i. v. θεόληπτος.

Vid. Schoemann-Lipsius, o. l. II[4], 313.

Morbos praeterea a quovis deo effici posse inter omnes constabat.[1]) Numina illa, morborum auctores, et δαίμονες et θεοί appellantur. At etiam inter se opponuntur δαίμων et θεός:[2]) Od. [ed. Ludwich (1889)] ε 394 sqq. in comparatione haec leguntur:

ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀσπάσιος βίοτος παίδεσσι φανήῃ
πατρός, ὃς ἐν νούσῳ κεῖται κρατέρ' ἄλγεα πάσχων,
δηρὸν τηκόμενος, στυγερὸς δέ οἱ ἔχραε δαίμων,
ἀσπάσιον δ' ἄρα τόν γε θεοὶ κακότητος ἔλυσαν,

et Eurip. [Nauck] Ion, 1372: τὰ τοῦ θεοῦ μὲν χρηστά, τοῦ δὲ δαίμονος βαρέα. Aristot., de divin. per somnum, 2, 463 b 15: ἡ γὰρ φύσις δαιμονία, ἀλλ' οὐ θεία. Plut. Sept. Sap. Conv. p. 153 A: Τί ὠφελιμώτατον; θεός. Τί βλαβε-ρώτατον; δαίμων, quamquam paulo post audax ac periculosum esse responsum dicitur [ib. p. 153 B]. De esu carnium orat. I, p. 996 D: τὸ γὰρ ἐν ἡμῖν ἄλογον καὶ ἄτακτον καὶ βίαιον, οὐ θεῖον, ἀλλὰ δαιμονικόν.

Nostrae aetatis homines daemonis nomen horrent neque omnino in bonam partem accipere solent.

Voce q.e. δαίμων non semper illa tantum numina significari, quae malorum morborumque auctores habeantur, notissimum est: passim enim δαίμων et θεός idem significant: numen divinum, scilicet, universe perceptum aut deum quendam, qui quis sit ignoratur aut certum quendam deum. Sic et apud Homerum et apud lyricos et apud tragicos ceterosque scriptores haec vocabula promiscue usurpantur.[3]) Haec paucis monere liceat:

Apud Homerum [ed. Ludwich (1902)] legitur A 221 sq.: ἡ δ' [Athena sc.] Οὔλυμπον δὲ βεβήκει
δώματ' ἐς αἰγιόχοιο Διὸς μετὰ δαίμονας ἄλλους.

A 570: ὤχθησαν δ' ἀνὰ δῶμα Διὸς θεοὶ Οὐρανίωνες.

Λ 792: τίς δ' οἶδ', εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίναις.

I 49: .... σὺν γὰρ θεῷ εἰλήλουθμεν.

H 291: .... ὕστερον αὖτε μαχησόμεθ', εἰς ὅ κε δαίμων ἄμμε διακρίνῃ.

ξ 444: θεὸς τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει.

Pind. Ol. I, 36 sq. [Christ]: ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων καλά·

---

[1]) Cf. Tambornino, o. l. pp. 62—75: „de possessionis numinibus." Usener, o. l. p. 294.

[2]) Thesaurus Linguae Graecae [ed. Hase-Dindorf, Paris (1851)], II, col. 860, i. v. *Δαίμων*.

[3]) Cf. Wahrmund, o. l. pp. 761—783. Neuhäuser, o. l. p. 23. Lehrs, o.l. p. 144. Ukert, Über Dämonen, Heroen und Genien [Leipzig, Weidmann (1850)]. Nägelsbach, Nachhomerische Theologie [Nürnberg (1857)], p. 111. Hild apud Daremberg et Saglio, Dict. des Ant. Gr. et Rom. II, 1, pp. 9—18, i.v. Daemon. Thesaurus L. Gr. II, col. 860 sqq.

Ol. VIII, 67: τύχα δαίμονος. Nem. VI, 24: σὺν θεοῦ δὲ τύχα.[1])

Theogn. [in Anthol. Lyrica, ed. Hiller-Crusius (1913)], 165 sq. Οὐδεὶς ἀνθρώπων οὔτ' ὄλβιος οὔτε πενιχρὸς
οὔτε κακὸς νόσφιν δαίμονος[2]) οὔτ' ἀγαθός.
et paulo post 171 sq.:
Θεοῖς εὔχευ, θεοῖς ἔστι ἔπι κράτος· οὔτοι ἄτερ θεῶν
γίνεται ἀνθρώποις οὔτ' ἀγάθ' οὔτε κακά.

Bacchyl. [Blass-Suess (1912)] Carm. III, 37 sq.: ὑπέρ[βι]ε δαῖμον, [πο]ῦ θεῶν ἐστι[ν] χάρις;

Aesch.[3]) Pers. 601: ὅταν δ' ὁ δαίμων εὐροῇ. Sept. 21: εὖ ῥέπει θεός· ib. 77: πόλις γὰρ εὖ πράσσουσα δαίμονας τίει.

Soph. O. R. 1478 sq.: 'Αλλ' εὐτυχοίης καί σε τῆσδε τῆς ὁδοῦ δαίμων ἄμεινον ἢ 'με φρουρήσας τύχοι.
O. C. 1443: ταῦτα δ' ἐν τῷ δαίμονι,[4]) ib. 708 Poseidon μέγας δαίμων appellatur.[5]) Antig. 624: θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν.[6])

Eurip. Orest. 667: ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων; Herc. Fur. 216: ὅταν θεός σοι πνεῦμα μεταβαλὼν τύχῃ, ib. 885: ταχὺ τὸν εὐτυχῆ μετέβαλεν δαίμων, Suppl. 331: ὁ γὰρ θεὸς πάντ' ἀναστρέφει πάλιν· ib. 1008: εἰ δαίμων τάδε κραίνοι.

Aristoph. Pax 946 sq.: Νῦν γὰρ δαίμων φανερῶς
εἰς ἀγαθὰ μεταβιβάζει.
Ib. 1143: τοῦ θεοῦ δρῶντος καλῶς.
Eq. 147: κατὰ θεῖον. Av. 544: κατὰ δαίμονα καὶ κατὰ συντυχίαν.

[1]) Pyth. VIII, 53: θεῶν τύχα. Hom. λ 61: δαίμονος αἶσα κακή. Soph. Philoct. 1116: πότμος δαιμόνων. Eurip. I. T. 867: δαίμονος τύχα τινός. I. A. 351. Hippol. 832. Rhes. 729. Troad. 102.

[2]) Cf. Hom. Λ 792. O 403: συν δαιμονι. I 49: συν θεῷ. Ω 430: συν θεοῖσιν. β 372: οὐ τοι ἄνευ θεοῦ. σ 353: οὐκ ἀθεεί. Herod. I. 86.

[3]) Dindorf, Lex. Aeschyl. i.v. δαίμων: „θεοί et δαίμονες etsi interdum ita distinguuntur ut θεοί deos maiores, δαίμονες inferiora numina significent [cf. Thes. vol. 2, 860] tamen non minus frequenter haec nomina sine discrimine usurpantur de diis vel omnibus vel singulis."

[4]) Cf. Pind. Pyth. VIII, 76. Eurip. Rhes. 182 sq. Hom. P 514: θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Υ 435. α 267, 400. π 129.

[5]) Fr. Lübker, Die Sophokleische Theologie und Ethik [Kiel, 1e Hälfte (1851)], p. 14 sq.

[6]) Cf. Eurip. Med. 129 sq. Hippol. 241.

Herod. I, 87: ἀλλὰ ταῦτα δαίμοσί κου φίλον ἦν οὕτω γενέσθαι.
II, 40: Isis δαίμων appellatur.
VII, 18: δαιμονίη τις ὁρμή, φθορή τις θεήλατος.

Xenoph. Mem. I, 1, 1: ἀδικεῖ Σωκράτης οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέρων· Cyrop. VII, 5, 81: ὁ δαίμων ἡμῖν ταῦτα συμπαρε-σκεύακεν,

Thucyd. II, 64 [Hude (1898)]: φέρειν δὲ χρὴ τά τε δαιμόνια ἀναγκαίως.

Ad deum significandum igitur iam inde ab antiquissimis tempori-bus a Graecis usurpantur vocabula „θεός" et „δαίμων" [1]. Romanis est „deus" et „numen", quae non idem valent, cum „deus" per-sonam divinam, deum ipsum, „numen" vero agendi vim significet.[2]) Latine dicitur „dei numen." [3])

Postea vero a Latinis „numen" perceptum est usu pro „deo", quo fit, ut „numen" et „deus" promiscue usurpentur. [4])

Praeterea aliae sunt significationes vocis q. e. δαίμων, quas breviter hic attingam.

Vocem δαίμων cui inesset vis activa — numen dico, quod suam cuique sortem assignet-, metonymice usurpatam ipsius sortis vim accepisse, facile intellegitur. Prima huiusce usus vestigia, ut ita dicam, iam apud Homerum inveniuntur: Θ 166: πάρος τοι δαίμονα δώσω. [5]) Deinde apud Hesiod. Opp. et D. 314 [Rzach]: δαίμονι δ' οἷος ἔησθα, τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον. Apud Pindarum: Isthm. VII, 42 sq.: θνάσκομεν γὰρ ὅμως ἅπαντες, δαίμων δ' ἄισος· Pyth. V, 122: Διός τοι νόος μέγας κυβερνᾷ δαίμον' ἀνδρῶν φίλων. Praesertim apud poëtas tragicos δαίμων hanc sententiam accepit: [6])

[1]) Welcker, Griechische Götterlehre, I [1857], p. 129. H. Schmidt, Synonymik der Griechischen Sprache IV [1886], p. 1.

[2]) Lehrs, o. l. p. 145. Waser, R. E. l. l.

[3]) Cic. de div. I, 53: dei numini parere. De nat. d. III, 39, 92.

[4]) Tac. ann. I, 10: effigies numinum. I, 73. III, 71. XV, 45. Germ. 8. Suet. Calig. 22. Plin. h. nat. IV, 25. Plin. epp. X, 96, 5.
Cf. Preller-Jordan, Römische Mythologie, I³, p. 57.

[5]) Cf. Rohde, o.l. II⁴, p. 316, 4.

[6]) Reichenberger, Die Entwicklung des metonymischen Gebrauchs von Götternamen in der Griechischen Poesie bis zum Ende des Alexandrin. Zeitalters [Karlsruhe 1891], p. 60 sqq. Gruppe, o.l. II, p. 991, 4. Fr. Lübker, Die Soph. Theol. und Eth. p. 16. Hild, o.l. p. 12 c. IV. Nägelsbach, Nachh. Th. p. 112. H. Schmidt, o.l. p. 2.

Aesch. Sept. 812: οὕτως ὁ δαίμων κοινὸς ἦν ἀμφοῖν ἄγαν. Ag. 1340 sq.: τίς ἂν εὔξαιτο βροτῶν ἀσινεῖ δαίμονι φῦναι τάδ' ἀκούων;[1]) Soph. O. C. 75: ἐπείπερ εἶ γενναῖος, ὡς ἰδόντι, πλὴν τοῦ δαίμονος.[2]) O. R. 1193 sq.: τὸ σόν τοι παράδειγμ' ἔχων, τὸν σὸν δαίμονα, ὦ τλᾶμον Οἰδιπόδα, sq. Eurip. Alc. 561: πῶς οὖν ἔκρυπτες τὸν παρόντα δαίμονα; Or. 504: Νῦν δ' ἐς τὸν αὐτὸν δαίμον' ἦλθε μητέρι.

Ex eo quod sua cuique erat sors, factum est, ut suum quisque δαίμονα i. e. genium habere crederetur, numen uniuscuiusque vitae additum, quod singulorum fata constitueret ac regeret.[3]) Haec sententia voci q. e. δαίμων neque apud Homerum neque apud Hesiodum inest.

Apud Pindarum: Ol. XIII, 28: [Ζεῦ πάτερ] Ξενοφῶντος εὔθυνε δαίμονος οὖρον.[4]) Ib. 105: εἰ δὲ δαίμων γενέθλιος[5]) ἕρποι.

[1]) De hoc loco cf. Lehrs, o.l. p. 192.*

[2]) Schol. ad l. [ed. Papageorg.]: πλὴν τῆς τύχης.

[3]) Cf. Wahrmund, o.l. p. 768 sq. Nägelsbach, N. Th. p. 112 sq. Thes. L. Gr. i. v. col. 861. Gerhard, Über Wesen, Verwandt--schaft und Ursprung der Dämonen und Genien [Abhandl. d. Berl. Akad. 1852], p. 241, 34. Schoemann-Lipsius, o.l. II, p. 158. Waser R.E. l.l. v. Sybel, M. L. I, 1, c. 938. Hild, o.l. p. 14, c. V. Rohde l.l. titulum ex tertio saeculo a.C.n. commemorat, ubi sermo est de sacris Δαίμονι ἀγαθῷ Ποσειδωνίου factis. Heinze, Xenokrates [Leipzig 1892], p. 90: „Aus der verengerten Anwendung von δαίμων für die göttliche Schicksalsmacht, ..., hatte sich ferner schon frühzeitig die Vorstellung entwickelt, dasz jeden einzelnen Menschen sein δαίμων durch das Leben begleite. Diese Vorstellung aber hat, so viel ich sehe, weder je religiöse Bedeutung erlangt, noch ist sie in älterer Zeit überhaupt concret erfaszt und bestimmt durchgebildet worden." Lehrs, o.l. p. 167, hanc fuisse opinionem vulgarem negat; p. 192 autem haec profert idem ille: „Wir werden später diese Vorstellung vom Menschenschicksal zu einer Stufe sich entwickeln sehen, dasz man jedem Menschen seinen Schicksalsdämon von Geburt mitgegeben dachte." Gruppe, o.l. II, pp. 1091, 1468, 3; 1470, 5: „Dasz der einzelne Mensch seinen Dämon habe, wird schon in der Blütezeit bisweilen gesagt und später auszerordentlich oft hervorgehoben." Leop. Schmidt, die Ethik der alten Griechen [Berlin 1882], I, p. 153 sq. Curt Wachsmuth, Die Ansichten der Stoiker über Mantik und Dämonen, [Berlin 1860], p. 31.

[4]) Schol. ad l. haec habet: ὁ θεὸς ὁ διοικῶν τοῦ Ξενοφῶντος τὸν βίον ἀπὸ γενέσεως.

[5]) Schol. ad l.: τὸ συγκληρωθὲν δαιμόνιον. Cf. Rohde, o.l. II[4], p. 205. 5. Utrum vox q.e. δαίμων vi passiva, sortem dico, an „genius" sit intellegenda, nonnullis locis difficilius diiudicatur. Sic Pind. Pyth. V, 122 sq. vocem δ. in utramque sententiam accipere licet, quod idem valet in: Aesch. Ag. 1341 sq. Soph. El. 1156. Eurip. Hec. 722. Androm. 98. Alc. 499.

Theogn. 161: Πολλοί τοι χρῶνται δειλαῖς φρεσί, δαίμονι δ' ἐσθλῷ,

163: εἰσὶν δ' οἳ βουλῇ τ' ἀγαθῇ καὶ δαίμονι δειλῷ sq.

Etiam Menandri commemoranda sunt haec [fr. inc. 18-Meineke 4, 238]: ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
εὐθὺς γενομένῳ μυστάγωγος τοῦ βίου
ἀγαθός· κακὸν γὰρ δαίμον' οὐ νομιστέον
εἶναι βίον βλάπτοντα χρηστόν.

Ex his quidem .colligi licet, apud poëtae aequales viguisse opinionem, et bonos esse daemones et malos. [1])

Empedoclem primum bonos et malos daemones distinxisse Plutarchus docet [def. or. c. 17, p. 419 A], sed iam apud Phocylidem[2]) leguntur haec [fr. 15, B. (Hiller-Crusius, Anthol. lyr. p. 50)]:

ἀλλ' ἄρα δαίμονές εἰσιν ἐπ' ἀνδράσιν ἄλλοτε ἄλλοι,
οἱ μὲν ἐπερχομένου κακοῦ ἀνέρας ἐκλύσασθαι. [3])

Ut mali et boni distinguerentur daemones, praecipue philosophi effecerunt,[4]) non sine orientalis doctrinae accessione: Pythagorei Empedocles, Plato, Xenocrates, Chrysippus malos et bonos esse daemones docuerunt. [5])

Hippol. 772. Ion 1269, 1372. Quamquam de geniis illis communem Graecorum sententiam fuisse non constat, hanc daemonis notionem certe non sine philosophiae auctoritate excultam esse apparet. Apud Platonem [Phaed. 107 D] legitur ὁ ἑκάστου δαίμων, sq. cf. Polit. 274 B; Tim. 90 A: δαίμονα θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε. Cf. Hans Raeder, Platons Philosophische Entwickelung [Teubner 1905], p. 242. Lehrs, o.l. p. 195.

Aristot. fr. 188, 1511 [apud Clem. Alex. Strom. VI, 6, 53] suum cuique genium esse docere dicitur.

[1]) L. Schmidt, o.l. I, p. 154: de his Menandri versibus: „sie lassen," inquit, „auf eine verbreitete Auffassung schlieszen, nach welcher die einen von guten, die andern von bösen Dämonen durch das Leben geleitet wurden," sq. Cf. Curt Wachsmuth, o.l. p. 35 sq. Usener, o.l. p. 296 sq. Plutarchus Menandri sententiam refutat: de tranq. an. XV, p. 474 B.

[2]) Nägelsbach, Nachh. Th. p. 115. Hild, l.l.

[3]) Ex iis, quae profert Clem. Alexandrinus, Strom. V, 725, unde hoc fragmentum sumptum est, colligendum est, in versu tertio sermonem fuisse de φαύλοις δαίμοσι qui dicuntur: Φωκυλίδης τοὺς ἀγγέλους δαίμονας καλῶν τοὺς μὲν εἶναι ἀγαθοὺς αὐτῶν, τοὺς δὲ φαύλους δια τούτων παρίστησι· 'ἀλλ' ἄρα .... sq. Bergkius, P.L. Gr.[4] ad l. annotat: „Ceterum apparet tertium versum intercidisse."

[4]) Rohde, o.l. I[4], p. 100, 1: „die Annahme böser Dämonen wird stets nur aus Philosophen erhärtet (z. B. bei Plut. def. orac. 17) und sie ist auch gewiss nicht älter als die älteste philosophische Reflexion."

[5]) Plut. de Is. et Os. c. 25, p. 360 F. def. orac. c. 17, p. 419 A. Cf. Ukert, o.l. p. 149. Curt Wachsmuth, o.l. p. 37. Zeller o.l. I[5], p. 455 sq. Heinze, o.l. p. 80. Gruppe, o.l. II, p. 1468 sq. Hild, o. l. p. 17, c. VIII le Daemon mauvais. Bonhöffer, Epictet und die Stoa [Stuttgart 1890], p. 85 sq.

Genium illum tam arte cum singulis hominibus cohaerentem, cui cum numine divino communis esset appellatio q. e. δαίμων, cum hominis anima, quae eadem Orphicae doctrinae auctoritate „particula aurae divinae" haberetur, [1]) paulatim convenisse, per se intellegitur. Quo factum est, ut voce q. e. δαίμων, quae sententiam οὐσίας ψυχικῆς, ut Graece dicam, accepisset, homo ipse significare-tur. [2]) Praecipue philosophi hanc notionem amplificaverunt. Iam Thaletem daemonas οὐσίας ψυχικάς appellasse commemorat Athenagoras, iudicium eorum secutus, quos Thaletis doctrinam diligenter explorasse dicit [legat. pro Christ. c. XXIII (ed. Geffcken)[3]) p. 141]: δαίμονας δὲ οὐσίας νοεῖ ψυχικάς sqq.

Numen quoddam divinum si in ipso homine residere divinaeque scientiae quadam pars in intimo animo latere videtur, quid mirum si vitae sors non solum e numine supra hominem posito eumque extrinsecus adducente pendere, sed etiam arte cohaerere putatur cum hominis animo atque indole - [4]) id quod Heraclitus sensisse videtur, cum dicit: ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων. [fr. 119 Diels, Vorsokr., (1903), p. 82][5]) et Epicharmus: ὁ τρόπος ἀνθρώποισι δαίμων ἀγαθός, οἷς δὲ καὶ κακός [fr. 17, Diels, o. l. p. 96]?

---

[1]) Pind. Thren. fr. 131 de anima haec dicit: *το γὰρ ἐστι μόνον ἐκ θεῶν.* Cf. Wahrmund, o.l. p. 774. Rohde, o.l. II, pp. 130. 207 sq. Gruppe, o.l. II, p. 991, 4. Pfleiderer, o.l. p. 202. Lewis Camp--bell, Religion in Greek Literature [London 1898], p. 250. Obiter tantum hoc loco has res attingere possum.

[2]) Hac ratione explicanda esse equidem puto ea, quae leguntur Eurip. Phoen. 1653: *οὐκοῦν ἔδωκε τῇ τύχῃ τον δαίμονα,* Polynices se ipsum [animam suam] fato dedidit. Cf. Thucyd, VI, 23: *τῇ τύχῃ παραδοὺς ἐμαυτον βούλομαι ἐκπλεῖν.* V. 16. Vid. Wahrmund, o. l. p. 773 sq. Nägelsbach, Nachh. Theol. p. 113. Reichenberger, o. l. p. 82. Nauck, Eurip. Stud. I, [1859], p. 102. Hartung o.l. II, p. 9, 9.

[3]) Geffcken, Zwei griechische Apologeten [Teubner 1907], pp. 211—223, de Athenagorae daemonologia disputat. Cf. Goodspeed, Die ältesten Apologeten, [Göttingen 1914], p. 341. Diels, Doxogr. p. 307. Creuzer Symbol. III, p. 75. Ukert, o.l. p. 148. Heinze, o.l. p. 85. G. Wolf, Porphyrii de philosophia ex oraculis haurienda librorum reliquiae [Bero--lini MDCCCLVI], additam. IV. p. 215.

[4]) Alfred Gercke, Geschichte der Philosophie [Gercke-Norden, o.l. II^2 (1912)], p. 284; ib. p. 281: „endlich bilden sich durch eine Vereinigung von Gemüt und Verstand tiefere Ahnungen verborgener Zusammenhänge von Gott und Welt in abstrakter philosophischer Spekulation."

[5]) Alex Aphrod., de fato VI p. 16 [ed. Orelli] *ἦθος* sic intellegit: *τοῦτ' ἐστι φύσις.* Cf. Plut, Quaest. Plat. I, 3, p. 999 E. Vid. Wahrmund, o.l. p. 780, 14. Lehrs, o.l. p. 198*. Usener, o.l. p. 297. Gompertz, Griechische Denker, I, p. 49. Zeller, o.l. I^5, 1, pp. 672 et 713. Burnet,

Etiam Empedocles animas divinas esse putat,[1]) qui carminis, quod „καθαρμοί" inscribitur, fr. 115 [Diels, o.l. p. 217] doceat, daemones propter scelera commissa ex beatitudinis regione eiectos dolorosam humanae vitae viam omnium corporum figuris indutos peragrare; quas animas, ex origine divina ortas, daemones lapsos esse. Democrito philosopho anima est numinis divini domicilium, in quo summum bonum positum esse docet [fr. 171, Diels, o.l. p. 436]: εὐδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασι οἰκεῖ οὐδὲ ἐν χρυσῷ. ψυχὴ οἰκητήριον

—

Early Greek Philosophy [London 1908], p. 155, 2. Gruppe, o. l. II, p. 1091: „und weil das Schicksal durch das Innere des Menschen bestimmt wird, so konnte Herakleitos dies geradezu des Menschen Daimon nennen."

[1]) Cf. Wellmann, R.E. V, col. 2511, i.v. Empedocles: „als Sitten-prediger und religiöser Reformator tritt uns E. in den Katharmen ent-gegen. Was er als solcher vorträgt, hängt mit seiner Physik kaum irgendwie zusammen und steht mit ihr in manchen Punkten in offenbarem Widerspruch........ Er weisz wunderbares wie aus eigener Erfahrung zu berichten von tausendjährigen Wanderungen der Seelen durch Men-schen-, Tier-, und Pflanzenleiber, vom Sturze der Dämonen, sq. [Diels, Vorsokr. p. 167.]... Cf. Plut. De Is. et Os. c. 26. de Exsilio, c. 17.

Etiam elementa, quorum mixtione omnia facta esse docet, deos appellat E. De illa elementorum mixtione sermo est fr. 59 [Diels, o. l. p. 199]: *αὐταρ ἐπει κατα μεῖζον ἐμίσγετο δαίμονι δαίμων ταῦτά τε συμπίπτεσκον.* sqq., quae Diels l. l. sic interpretatur: „Doch als der eine Gott mit dem anderen (die Liebe mit dem Streite) in gröszerem Umfange handgemein wurde," ....quod idem sensit Simpl. de Caelo, 587, 12. Überweg-Praechter, Grundrisz, das Altertum I [1909], p. 67: „unter den δαίμονες scheinen die Elemente verstanden werden zu müssen." Δαίμων hoc loco praesertim vim divinam significare mihi videtur. Cf. Alfred Gercke, o.l. pp. 277. 282. Erich Bethe, Griech. Poesie [Gercke-Norden, o.l. I^{2} (1912)], p. 140. Rohde, Die Religion der Griechen [Heidelberg 1895], p. 23: „Durch orphische und pytha-goreische Gedanken angeregt, bildet Empedocles von Akragas auf Sicilien eine völlige Erlösungsphilosophie aus." Rohde, Psyche II^{4}, pp. 171 sqq. 173—179, cf. pp. 130,1; 165,2; 212,1. Zeller, o. l. I^{5}, p. 828. Gom-perz, o. l. I, pp. 183—204. Wolff, o. l. p. 216.

Quo modo a Pythagoreis et Orphicis philosophis doctrina quae daemonologia dicitur, constitueretur disceptare, non est huius loci; vide Zeller, o.l. I^{5}, p. 455. Maury, Histoire des Religions de la Grèce antique [1857], III, p. 352 sqq. Dieterich, Nekyia [Leipzig 1893], p. 88 sq., p. 109: „Soweit uns auf beiden Seiten Einzelheiten überliefert sind, stimmt hier alles zusammen: die orphisch-pythagoreische Mysterienlehre und Empedocles." Heinze, o l. pp. 85, 87. Lortzing, Bericht über die griech. Philos. vor Sokrates II, [Bursian, Jahresbericht, B. 112 (1902)], pp. 160, 166. R. H. Woltjer, De Platone Prae-Socraticorum Philosophorum Existimatore et Iudice [Diss. Lugduni Batavorum MCMIV], p. 82 sqq. O. Kern, Em-pedocles und die Orphiker, [Arch. f. Gesch. d. Philos. I (1888) pp. 498—508].

δαίμονος.[1]) Hoc loco singulariter mixtae esse mihi videntur variae sententiae vocis q. e. δαίμων: numen, dico, quod sortem assignat, et sortem ipsam et hominis animum, quo illius facta reguntur.

P l a t o, Orphicorum doctrinam secutus,[2]) docet animam, divino genere ortam, corpore inclusam, hac terrestri vita esse implicatam ὡς δίκην διδούσης [Cratyl. 400 C]; animae, in tres partes divisae, partem summam deo similem esse [Phaed. 80 A] atque cognatam τῷ τε θείῳ καὶ ἀθανάτῳ καὶ τῷ ἀεὶ ὄντι [Rep. X, 611 E]; illam hominis συγγένειαν θείαν quae dicitur [Legg. X, 899 D] esse animae intellegentiam [Alcib. I, 133 C], quod sit κυριώτατον τῆς ψυχῆς εἶδος; hunc esse daemonem [Tim. 90 A C], qui homini sit ξύνοικος ἐν αὐτῷ;[3]) illam intellegentiam hominis genium verum esse.[4]) Phaed. 107 D agitur de cuiusque daemone, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει. Rep. X 617 D E et 620 D E exponitur, quo modo animae ipsae sortem suam eligant[5]) atque Lachesis suam cuique sortem attri--buere dicitur δαίμονα, φύλακα τοῦ βίου καὶ ἀποπληρωτὴν τῶν αἱρεθέντων.

Illam daemonis sententiam, hominis intellegentiam scilicet, prae--cipue S t o i c i adhibuerunt.[6])

---

[1]) Cf. Z e l l e r, o. l. I^5, p. 839 sqq.

[2]) D i e t e r i c h, Nekyia [Teubner 1893], pp. 89; 90, 1. R o h d e, o.l. II^4, p. 278 sq. G e r c k e, o. l. p. 295. R. H. W o l t j e r, o. l. p. 85.

[3]) Tim. 89 E: τὸ δὲ περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἴδους διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε. sq. R i t t e r et P r e l l e r, Historia philosophiae Graecae[9] [Gothae 1913], p. 271.

[4]) Hac re perspecta et bene cognita illud Socratis δαιμόνιον ab hac consideratione non alienum esse, facile intellegitur. Huiusce quaestionis uberiorem locorum et antiquorum et recentiorum copiam affert U k e r t, o. l. pp. 153, 103 sq.; 156 sqq.; cf. W a h r m u n d, o. l. p. 779. C. W a c h s m u t h, o. l. p. 34. R o h d e, o. l. II, p. 263 sqq. W o l f f, o. l. pp. 217—221. K r i s c h e, Forschungen, I, p. 322. M a u r y, o. l. III, p. 420 sqq. F r i e s, Untersuchungen zu Ciceros Timaeus [Rhein. Mus. L V (1900)], p. 28 sqq.

[5]) H a n s R a e d e r, o. l. p. 242.

[6]) C h r y s i p p u s, apud Diog. L. VII, 88: εἶναι αὐτὸ τοῦτο τὴν εὐδαιμονος ἀρετὴν καὶ εὔροιαν βίου ὅταν πάντα πράττηται κατὰ τὴν συμφωνίαν τοῦ παρ' ἑκάστῳ δ α ι μ ο ν ο ς πρὸς τὴν τοῦ τῶν ὅλων διοικητοῦ βούλησιν. M. A u r e l. V, 27: ὁ δ α ί μ ω ν, ὃν ἑκάστῳ προστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ· οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἑ κ ά σ τ ο υ ν ο ῦ ς κ α ὶ λ ό γ ο ς. E p i c t. Diss. I, 14, 12: ἐπίτροπον [ὁ Ζεύς] ἑκάστῳ παρέστησε τὸν ἑκάστου δ α ί μ ο ν α, sqq. P o s i d o n i u s, qui id potissimum egit, ut Stoicorum doctrinam ad P l a t o n e m dirigeret, [apud G a l e n. De Hippocr. et Plat. decretis (K ü h n) V. p. 469] παθῶν causam hanc esse putat: τὸ μὴ κατὰ πᾶν ἕπεσθαι τῷ ἐν αὐτῷ δαίμονι συγγενεῖ τε ὄντι καὶ τὴν ὁμοίαν φύσιν ἔχοντι τῷ τὸν ὅλον κόσμον διοικοῦντι. S e n, ep. 41 et ep. 31, 11. Quae

Apud Platonem praeterea alia sententia utitur vox q.e. δαίμων: Cratyl. 397 D—399 D, enodantur nomina quae sunt θεοί, δαίμονες, ἥρωες, ἄνθρωποι et [ib. 398 A] notissimus ille Hesiodi locus affertur, [1]) quo primo ex scriptis Graecis sermo est de numinibus inter deos et homines positis. Socrates: λέγει οὖν καλῶς, inquit, καὶ οὗτος καὶ ἄλλοι ποιηταὶ πολλοί, ὅσοι λέγουσιν ὡς, ἐπειδάν τις ἀγαθὸς ὢν τελευτήσῃ, μεγάλην μοῖραν καὶ τιμὴν ἔχει καὶ γίγνεται δαίμων κατὰ τὴν τῆς φρονήσεως ἐπωνυμίαν, sqq. [2])

Hoc loco daemonem vi quadam morali interpretatur Plato eo, quod solos honesta vita defunctos „δαίμονας" esse existimat.

Non apud Platonem solum mortui hoc nomen gerunt. Hesiodus hominum aureae aetatis animas daemones appellat [Opp. et D. 122 sqq.]; Aesch. Pers. 620 sq. mortuus Darius δαίμων appellatur [3]) [cf. ib. 633, 641 sq.]; Eurip. Alc. 1003, Alcestis est μάκαιρα δαίμων; ib. 1140 sqq. Hades vel Thanatos est δαιμόνων κοίρανος; [4]) Rhes. 971, Rhesus ἀνθρωποδαίμων dicitur. [5])

„Δαίμονες" apud posteriores idem valet ac „Manes" [6]): Luc. de Luctu 25: ἔασον ἀναπαύσασθαι τοὺς τοῦ μακαρίτου δαίμονας; de morte Peregr. 36 appellantur δαίμονες μητρῷοι καὶ πατρῷοι.

Saepe in titulis occurrit „θεοῖς δαίμοσι" i. e. „Dis Manibus" [7]) atque identidem mors significatur voce q. e. δαίμων. [8])

sententia voci δαίμων apud Stoicos insit, praeclare exponit Bonhöffer, o.l. pp. 81—86; cf. Zeller, o.l. III[3], 1, p. 318 sqq. Curt Wachsmuth, o.l. p. 37 sqq. Lehrs, o.l. p. 170. Corssen, De Posidonio Rhodio [Bonnae 1878], p. 22 sqq. Rohde, o.l. II, pp. 284; 316.

[1]) Hes. Opp. et D. 121 sqq. Cf. infra p. 16.

[2]) Heinze, o. l. p. 90: „Hier schlieszt sich neuer volkstümlicher Seelenkult an den uralten, wenn auch in philosophischer Umbildung, an." Dieterich, Nekyia [1893], p. 88, 2.

[3]) Cf. ib. 156 sq. Eurip. Phoen. 1320 sq. Carm. Pythag. (Nauck) 70 sq. Plut. Rom. c. 28. Vid. Waser, R. E. l.l.

[4]) Schol. [ed. Dindorf] ad l.: ἢ τῷ τῶν νεκρῶν κοιράνῳ· φασι γὰρ καὶ τοὺς νεκροὺς δαίμονας. Cf. Rohde, o.l. II.[4], p. 249, 1.

[5]) Nägelsbach, Nachhom. Th. p. 111. Hild, o. l. p. 16, c. VII Daemon-heros. Rohde, o.l. I[1], p. 101, 2 Thes. L. Gr. i.v. haec habet: „ex Eurip. Rhes. 971 citatur pro Deus ex homine factus." Cf. Usener, o.l. p. 253.

[6]) Lobeck, Aglaoph. I, p. 769*. Cf. Rohde, o.l. I[4], p. 223, 2. Wahrmund, o. l. p. 771.

[7]) Waser, R. E. l. l. col. 2012. v. Sybel, M.L., I, 1, c. 939. Wissowa, Religion und Kultus der Römer [I.v. Müller's Handb. V, 4[2] (1912)], p. 238 sq.

[8]) v. Sybel, l. l. c. 938. Vocabula δαίμων et ἥρως, cum utrumque mortui animam significet, paulatim promiscue usurpari, facile perspicitur. Usener, o.l. p. 253: „So muszten denn," inquit, „dämonen und heroën in einander laufen. Später wird die unausbleibliche vermischung beider begriffe noch deutlicher. Bei den tragikern wird die seele des todten ohne weiteres dämon genannt." Heinze, o.l. p. 90, 1. Ukert, o. l. p. 168 sq.

Imprimis philosophos hac voce significare divinam et immortalem cuiusque animae vel mentis naturam, satis notum est. [1])

Sic ex posterioribus Plutarchus de Caesare interfecto [Caes. 69, p. 740]: ὁ μέντοι μέγας αὐτοῦ δαίμων, inquit, ᾧ παρὰ τὸν βίον ἐχρήσατο καὶ τελευτήσαντος ἐπηκολούθησε τιμωρὸς τοῦ φόνου, sqq. [2])

Daemonologiae posterioris aetatis maximi momenti ducenda sunt haec Platonis [Sympos. 202 E. sqq.]: πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ.... ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν, τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ τὰς ἐπιτάξεις τε καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν, ἐν μέσῳ δὲ ὂν ἀμφοτέρων συμπληροῖ, ὥστε τὸ πᾶν αὐτὸ αὑτῷ συνδεδέσθαι. [3])

Daemones hoc loco commemorati, sunt numina inter deos et homines posita, quae res divinas et humanas inter se coniungunt atque ut hominibus cum diis commercium fieri possit perficiunt. [4])

---

[1]) Wachsmuth, o.l. p. 37 sqq. Rhode, o.l. II[4], p. 316.1. Heinze, o. l. p. 96 sq. Hild, o. l. p. 15, c. VI: Le démon subjectif.

[2]) Cf. ib. p. 741, ubi φάσμα Bruto visum esse narratur, quod Bruto quaerenti quisnam sit, sic respondet: Ὁ σός, ὦ Βροῦτε, δαίμων κακός. Cf. Lehrs, o.l. p. 196.

[3]) Cf. Lehrs, o.l. p. 165: „Die Griech. Volksreligion kennt keine ihrer Natur nach gesonderte Zwischenwesen, welche nur Dämonen heiszen dürften. Wohl aber bildete sich in philosophischen Schulen, besonders aus--drücklich und einfluszreich mehr und mehr in den Platonischen Schulen die Ansicht von bestimmt gesonderten Zwischenwesen zwischen Göttern und Menschen aus." Platonici posterioris aetatis, praecipue Neo-Platonici qui dicuntur, hanc doctrinam exaedificaverunt: cf. Geffcken, Zwei grie--chische Apologeten [Berlin 1907], p. 219 sq. Rohde, Griech. Rel. p. 16: „Plato zuerst," inquit, „als Vorgänger vieler anderen, redet von einem ganzen Zwischenreich von „Dämonen", denen alles zugetraut wird, was an Wirkungen unsichtbarer Mächte der hohen Götter unwürdig erscheint." Hug-Schöne [Platons ausgewählte Schriften. Fünfter Teil-Symposion, Teubner 1909] ad l. annot. haec: „Gewöhnlich erscheinen die Dämonen bei Platon als untergeordnete Götter oder Nebengötter [Reihenfolge θεοί—δαίμονες—ἥρωες] Rep. III, 392 A, Phaidr. 246 E, Leg. IV, 717 B, 713 D, Apol. 27 C; als Schutzgeister jedes einzelnen Phaid. 107 D; einmal wird auch erwähnt, dasz Hesiod die Menschen des goldenen Zeitalters zu δαίμονες werden liesz, ebenfalls in dieser Stellung als φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων Kratyl. 389 A. Nirgends aber ist mit solcher Bestimmt--heit wie hier ihr Wesen erklärt, als der Vermittler zwischen den Göttern und Menschen, als welche sonst die μάντεις und die Priester selbst auch von Platon betrachtet werden." Ceterum de hoc loco cf. Hans Raeder, o. l. pp, 82, 163.

[4]) Plut. de Is. et Os. c. 26, p. 361. def. orac. c. 10, p. 415.

Daemones illos e diis natos esse Plato docet: [Apol. 27 D] Socrates: τοὺς δὲ δαίμονας, inquit, οὐχὶ ἤτοι θεούς γε ἡγούμεθα ἢ θεῶν παῖδας;

Hesiodus primus a diis daemones disiungit, docens [Opp. et D. 122 sqq.] [1]) hominum aureae aetatis animas Iovis consilio daemones esse factos, qui, regio munere fungentes, homines custodirent, ius conservarent. Eorum est id, quod apud Homerum dii ipsi facere solent [ρ 485 sqq.].

Daemones Hesiodei ab Platonicis mediis numinibus eo differunt quod, quondam homines divinae naturae expertes, post mortem ad deorum gradum pervenerunt. Hi daemones iis numinibus inferioribus similes sunt habendi, qui a Platone dicuntur θεοὶ δεύτεροι, ἑπόμενοι θεοῖς: [2]) deorum administri, et imperio et loco determinati, inter homines officia sua exsequuntur et medium quasi locum inter deos et homines tenere videntur. [3]) Apud Homerum voci δαίμων hanc sententiam non inesse, quamquam deos inferiores non ignorat poëta,[4]) postea apparebit. Neque apud lyricos, neque apud Aeschylum Sophoclemve medii numinis vim accepit δαίμων. Apud Euripidem rara tantum huiusce sententiae vestigia inveniuntur.[5])

[1]) Vid. supra p. 14.

Rohde, o.l. I[4], p. 91 illos daemones numina inter deos et homines posita esse negat. Cf. Welcker, o.l. I, p. 731 sqq. Nägelsbach, Nachhom. Th. p. 110. Heinze, o.l. p. 84. Hild, o.l. p. 10, c. II. Waser, o.l. c. 2011. Girard, Le Sentiment réligieux en Grèce [Paris 1869], p. 180 sq. Gruppe, o.l. II, p. 1055, 1 et p. 1089.

Philosophorum Thales primus distinxisse fertur θεόν, δαίμονας, ἥρωας: Athenag. legat. pro Christ. c. XXIII [ed. Geffcken, o.l. p. 141 = Goodspeed, o.l. p. 341]. Cf. Wolff, o.l. p. 215. Diels, Vorsokr. p. 13.

[2]) Plat. Legg. VIII, 828. 834. 848. Cf. Wahrmund, o. l. p. 764 sq. Lübker, o. I[8]. i. v. Daimon.

[3]) Ukert, o. l. p. 145: „Diese Vorstellung [spectat ad varia hominum saecula Hesiodea] scheint einer Zeit anzugehören, da die Götter immer weiter zurücktraten, immer weniger in näherem Umgange mit den Menschen gedacht wurden und man anfing, Mittelwesen anzunehmen, die gleichsam zur Verbindung zwischen Unsterblichen und Sterblichen dienten." Cf. Nägelsbach, Nachh. Theol. p. 114. Pfleiderer, o. l. p. 186. Maury, o. l. p. 389 sq. Usener, o.l. p. 271: „Die seligen geister der ahnen sind selbst die besten mittler zwischen göttern und menschen."

[4]) δ 386 Proteus appellatur Ποσειδάωνος ὑποδμώς. Cf. ε 169 sq. ε 334 sq. Cf. Hiller v. Gaertringen, Pauly-Wiss. R. E. II, c. 184 sqq. i. v. apotheosis. Schoemann-Lipsius, o. l. II, p. 155. Lehrs, o.l. p. 165: „Homer kennt keinen Namen um eine Rang- und Machtstufe unter den Göttern zu unterscheiden."

[5]) Hec. 163 sq. Hel. 1137, El. 1233 sq. Med. 1391. Cf. Rohde, o. l. II[4], p. 249, 1.

Hesiodei daemones, [1]) e genere humano orti, definito imperio, nondum magnos illos honores consecuti sunt, quibus a Platone afficiuntur daemones, maiore potestate ac pleno imperio praediti. Δαιμόνιον illud non amplius est quaedam vis obscura, quae intellegi non potest, sed cum ipsis hominibus consuetudinem habere solet, quin etiam in hominis anima residere putatur. Hominibus cum diis commune quiddam esse apparet, id quod illorum daemonum inter-cessione confirmatur. [2])

Xenocrates Platonicam daemonum doctrinam acceptam retractavit: diversas daemonum species, quarum altera in Cratylo, altera in Convivio invenitur, commiscuit; daemones non modo bonorum verum etiam malorum animas esse docet, et bonos daemones et malos esse. [3]) Suam cuique animam daemonem esse dicit philosophus ille: cf. Arist. Top. II, 6, 111 a 38: ὁμοίως δὲ καὶ εὐδαίμονα οὗ ἂν ὁ δαίμων ᾖ σπουδαῖος, καθάπερ Ξενοκράτης φησὶν

---

[1]) Hild, o. l. p. 10, c. II: „il serait plus exact de dire qu' Hésiode a ouvert les voies à ceux qui plus tard, au lieu de rattacher les démons aux dieux ont admis que, dans certains cas, ils avaient une origine humaine." Maury, o. l. III, p. 420: „En substituant une simple démonologie à la théologie d'Homère et d'Hésiode, le philosophe Grec sauvait le mono-théisme et maintenait la forme polythéiste, si chère au peuple. Platon fait pour son Dieu suprême ce que le catholicisme a fait pour le créateur, en associant à son culte celui de la Vierge et des saints. Tentative qui a abouti du reste au même résultat pratique; les disciples du néoplatonisme ayant fini par oublier pour les démons le Dieu qui en était le souverain et le Père; de même que dans le catholicisme, le culte des intercesseurs finit par plus occuper l'esprit des fidèles que celui du Dieu, dont la Vierge et les saints sont les créatures."

[2]) Wahrmund, o. l. p. 779. Schoemann-Lipsius, o. l. II, p. 155. Gruppe, o.l. II, p. 1054: „Aus dem Widerstreit zwischen den liebgewor-denen alten Vorstellungen, die einen dauernden Verkehr zwischen Göttern und Menschen voraussetzten, und den neuen, welche die Götter von allem entlasteten, was sie in die irdische Sphäre hinabzog, fand man einen eigentümlichen Ausweg: man nahm ein Zwischenreich von Dämonen an, denen man die Vermittlung zwischen Gottheit und Menschheit und damit die Erfüllung aller derjenigen Geschäfte übertrug, die man den Göttern nicht überlassen konnte, ohne das hehre Idealbild zu entstellen."

[3]) Heinze, o.l. p. 83: „Hauptzüge der xenokratischen Dämonologie: Zwischen Göttern und Menschen stehen Dämonen, die mächtiger sind als Menschen, aber der vollen göttlichen Reinheit und Unbeschränktheit nicht teilhaftig sind. Sie vermitteln den Verkehr zwischen Göttern und Menschen, der ohne sie nicht möglich wäre. Sie sind sittlich mehr oder weniger unvollkommen; den bösen Dämonen, nicht den Göttern, gilt der apotropäische Cult, und von Dämonen handeln viele Sagen, die man fälschlich auf Götter bezieht." Cf. Wolff, o.l. p. 221.

εὐδαίμονα εἶναι τὸν τὴν ψυχὴν ἔχοντα σπουδαίαν, ταύτην γὰρ ἑκάστου εἶναι δαίμονα.[1])

Ad numina illa inferiora μεταξὺ θεοῦ τε καὶ θνητοῦ posita praeterea generatim adiungendi sunt δαίμονες qui dicuntur πρόπολοι, deorum administri. A Platone (Legg. VIII p. 848 D) appellantur οἱ ἑπόμενοι θεοῖς. Phaethon e.g. (Hesiod. Theog. 991) et Dike (Hes. Opp. et D. 256—264) tali munere fungi creduntur. Plerumque superiorum deorum assessores et satellites habentur, ut apud Romanos famuli divi qui dicuntur vel anculi anculaeve.[2]) Sic Strabo p. 154, Curetes Dactylos, Cabiros communiter appellat δαίμονας ἢ προπόλους θεῶν. Iam apud Homerum Proteus appellatur Ποσειδάωνος ὑποδμώς [δ 306]. Ἁδρεύς est δαίμων πρόπολος Demetros, Ἄκρατος Dionysi, Ὑμέναιος et Τύχων Aphroditae.[3]) Hermes, deorum nuntius, δαίμων πρόπολος est κατ' ἐξοχήν. Huiusce generis numinibus ea quoque sunt adicienda, quae cogitatione tantum sibi fingebant homines, ut Αἰδώς, Φιλία, Ἔλεος, Ὁρμή, Φήμη, Φόβος.[4])

Parentes, ut ita dicam, horum numinum, diis superioribus servientium hominumque res curantium, daemones Hesiodeos fuisse, non facile negabitur.[5])

Tempore progrediente δαίμων omnino numinis inferioris accepit sententiam. Esse numina inferiora, media quae dicuntur, quae inter deos et homines posita, multa variaque efficerent, praecipue philosophos orientalibus religionibus ductos docuisse apparet;[6]) id quod diis superioribus adscribi non liceret,[7]) ad daemones auctores

---

[1]) Gruppe, o.l. II, p. 1468, 2.

[2]) Lobeck, Aglaoph. II, p. 1233 sqq. Hild, o. l. p. 11, c. III. Wissowa, o.l. p. 22.

[3]) Wahrmund, o.l. p. 769. Lobeck, o.l. p. 1235. Nägelsbach, N. Th. p. 114. Waser, o.l. c. 2012.

[4]) Schoemann-Lipsius, o.l. II, pp. 157; 147, 3. Hild, o.l. c. III, p. 11: „elles ne sont que la monnaie des grandes divinités." Cf. Deubner in Roscher M.L. III, c. 2068 i.v. Personifikationen abstrakter Begriffe. Gruppe, o.l. II, pp. 1065—1091.

[5]) Ukert, o.l. p. 147: „Seit dieser Zeit (Hes. sc.) finden wir häufig die Dämonen als Wesen genannt, die neben den Göttern walten. Je mehr diese sich von den Menschen entfernten, desto wohlthätiger mochte es sein, Wesen anzurufen, die den Sterblichen näher standen und sich besonders für sie interessierten."

[6]) Lehrs, o. l. p. 165; p. 166: „In der Mitte des zweiten Jahrhunderts war diese Ansicht und namentlich in dem jüngeren Platonismus und Pythagoreismus sehr verbreitet"; [vide supra p. 15, 3]. De Stoicorum daemonologia ib. p. 170. Cf. Zeller, o.l. III, 1, pp. 318—321. Rohde, o.l. II[4], p. 316 sq. Bonhöffer, o.l. pp. 80—86. Tambornino, o.l. p. 73. Neuhäuser, o.l. p. 5 sq. Vide supra p. 13, 6.

[7]) Plut. de def. or. c. 13, p. 417 A. Cf. Lehrs, o.l. p. 167: „In der

referendum esse; cum enim dii non boni esse non possent, daemones illos praecipue malorum auctores esse habendos. Quo factum est, ut daemonis notio paulatim omnino in malam abiret sententiam, [1]) daemonesque id unum spectare crederentur, ut homines damno afficerent. Sic apud Plut. de esu carn. I, 7, p. 996 D: τὸ γὰρ ἐν ἡμῖν ἄλογον καὶ ἄτακτον καὶ βίαιον οὐ θεῖον, ἀλλὰ δαιμονικόν; quo loco τὸ θεῖον et δαιμονικόν inter se opponuntur; cf. Sept. Sap. Conv. p. 153 A: τί ὠφελιμώτατον: θεός· τί βλαβερώτατον; δαίμων.

Athenagoras, o.l. c. XXVI (ed. Geffcken, o.l. p. 145) exponit homines a deo bonis tantum, a daemonibus malis affici, quod ut confirmet, hanc tragici alicuius poëtae sententiam affert: [2]) [fragm. trag. adesp. 455 (Nauck)] ὅταν ὁ δαίμων ἀνδρὶ πορσύνῃ κακά, τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον. Deinde haec addit: ὁ δὲ Θεὸς τελείως ἀγαθὸς ὢν αἰδίως ἀγαθοποιός ἐστιν.

Illos patres ecclesiae paganorum deos daemones i. e. numina mala uni vero Deo opposita ducere, quis est qui miretur?

Et Iudaeis et Christianis paganorum dii erant δαίμονες, i. e. numina mala, angeli lapsi. [3])

Abstufungslehre des Neuplatonismus ward sie (die Ansicht von Zwischenwesen sc.) dem ganzen Organismus des Systems noch fester eingefügt. Sie konnte auch manchen Aberglauben gar sehr unterstützen. Die Magie z. B., welche die Götter zu bewältigen nicht gewagt hätte, die eindrucksfähigen Dämonen standen ihr doch zu Gebote." Hild, o.l. p. 17, c. VIII. Gruppe, o.l. II, p. 1045; vide supra, p. 17, 2.

[1]) Lehrs, o.l. p. 170: „alle solche einwirkende Mächte heissen natürlich Dämonen. Jedoch, je mehr man sich eben mit den bösen zu thun machte und mit den bösen Einwirkungen der Sinn sich besonders beschäftigte, um so mehr kommt es wohl auf, dass man mit Dämon und Dämonen den Begriff „böse" auch wohl stillschweigend verbindet." Cf. Neuhäuser, o.l. p. 13 sq. Wendland, Hellenismus, p. 123 sqq.

[2]) Geffcken, o.l. p. 219 sqq. Quantopere apud posteriores variae vocis δαίμων sententiae oblivione obrutae sint, exponit Tambornino, o.l. p. 71; vide infra p. 40.

[3]) August. de civ. dei [ed. Dombart 1905], IX, 19.

Lehrs, o. l. p. 171: „Endlich im Munde der Juden, dann ferner der Christen, welchen neben Gott alle Götter verschwanden, welche die heidnischen Götter auffassten als schädliche, als antastende Gewalten..... ist es ganz natürlich, dass die heidnischen Götter Dämonen und zwar als „Teufel" sind." Wahrmund, o.l. p. 782: „Es kann nicht auffallen, dass die christlichen Schriftsteller, welche in den Dämonen die von ihnen bekämpfte Vieltheilung der Gottheit am auffallendsten hervortreten sehen, den Begriff des Dämonischen nur in diesem letzteren Sinne auffassen." Heinze, o.l. p. 114: „Die christlichen Apologien des 2 Jahrh. sind ganz durchzogen von dem Glauben an böse Dämonen...... Justinus Martyr nennt Satanas den Archegeten der bösen Dämonen, die ihm also mit den gefallenen Engeln der jüdischen Religion identisch sind (Apol. I. 28)......

Etym. M. [p. 263, 13] vox q. e. δεισιδαιμονία sic explicatur: Δεισιδαιμονία λέγεται ἡ πρὸς τοὺς πονηροὺς δαίμονας ἐπιμέλεια. . . . . ἰστέον ὅτι παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ καλοῦ λαμβάνεται. [?] παρὰ δὲ ἡμῖν τοῖς Χριστιανοῖς ἐπὶ τῆς ἀσεβείας λέγεται.

P a u l u s Apostolus, I Cor. X, 20: ἀλλ᾽, inquit, ὅτι ἃ θύουσιν [gentes sc.] δαιμονίοις καὶ οὐ θεῷ θύουσιν· οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι. οὐ δύνασθε ποτήριον κυρίου πίνειν καὶ ποτήριον δαιμονίων· οὐ δύνασθε τραπέζης κυρίου μετέχειν καὶ τραπέζης δαιμονίων.

Cf. I a c. Ep. III, 15: οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ σοφία ἄνωθεν κατερχομένη, ἀλλὰ ἐπίγειος, ψυχική, δαιμονιώδης.

Haec habui de vi atque usu vocabuli δαίμων, quae universe exponerem. Hisce rebus circumspectis, omnia breviter sic com--prehendam:

In antiquissimis scriptis δαίμων significat universum numen divi--num, quo sors impertitur hominibus aut deum certum aut quendam deum, qui quis sit ignoratur.

H e s i o d i aetate δαίμονες numina media, ut ita dicam, commemo--rantur.

Sexto et quinto saeculo a. C. n., praecipue apud tragicos, δαίμων praeterea metonymice usurpatur ad vitae sortem significandam. Hac ratione, cum sua cuique sors sit attributa, δαίμων artius cum singulis hominibus cohaerere videtur, itaque illa vox genii significati--onem accipit, cuius usus prima vestigia apud lyricos inveniuntur. Eadem aetate, non sine magna philosophiae accessione, voci δαίμων sententia οὐσίας ψυχικῆς est subiecta atque hominis anima, quae praecipue a Pythagoreis et Orphicis immortalis et divina habebatur, ex daemone nomen traxit, itaque τὸ δαιμόνιον vinculum, quo dii

Die Dämonen sind Feinde Christi und haben keinen anderen Zweck, als die Menschen von der reinen Lehre abzuwenden;" ib. p. 112: „Die Ver--schmelzung des jüdischen Engelglaubens mit griechischer Dämonologie tritt uns zuerst bei Philon entgegen;" cf. p. 113. W o l f f, o. l. p. 222 sqq. U s e n e r, o. l. p. 294. W a s e r, R.E. l. l.: „So haben Juden und Christen alle Heidengötter für δαίμονες erklärt, und zwar für böse Dämonen, ge--fallene Engel und Teufel." Cf. v. S y b e l, M.L. l. l. T a m b o r n i n o, o.l. p. 95: „Ut daemones," inquit, „qui operantur in falsis prophetis, ita omnino omnes daemones mendaces spiritus sunt, quorum maxime interest errorem propagare hominesque a veritate avertere. Ita fit, ut omnes, qui Christi doctrinam non amplectuntur, a daemone invasi habe--antur." L ü b k e r, Reallex^. i.v.: „Die Heiden kannten gute und böse Geister, Juden und Christen nur böse, zu denen sie wesentlich die Hei--dengötter zählten." S a m W i d e, o.l. p. 174: „So wurden die heidnischen Götter bei dem Sieg des Christentums zu bösen, feindlichen Dämonen." W e i s z apud H e r z o g-H a u c k, o.l. IV, p. 408 sq.

et homines inter se coniungebantur, factum est. Eadem aetate etiam mortuorum animae δαίμονες appellantur.

Praecipue Platone auctore mediorum numinum doctrina amplificatur; daemones deorum superiorum administri sunt facti, iique, cum et bonorum et malorum essent auctores, partim boni partim mali habebantur. Haec δαίμονος sententia, numen medium dico, paulatim praevalebat ceterasque significationes magis magisque obscurabat et posteriore aetate, quod quidem ad sermonem vulgarem attinet, voce δαίμων numina diis deteriora hominibus potentiora significabantur. [1]) Denique, quaecumque mala erant, ea omnia ad daemones auctores referebantur, [2]) quo factum est, ut paulatim vocis daemonis vis omnino in sententiam depravatam abiret. Sic in Sacra Scriptura et apud patres ecclesiae δαιμόνια appellantur ipsius mali principii administri et satellites.

* * *

Haec multa variaque si sub uno aspectu posueris, longa patet via, qua vocis δαίμων significationes, ut ita dicam, sunt progressae. Ipsa daemonis natura incerta, quae inter deos et homines medium tenet locum, efficit, ut saepius quae vis voci insit ambigatur. Antiqui ipsi interdum nutare videntur. [3])

Vir doctus Krejci in initio disputationis, quae inscribitur „Über die ursprüngliche Bedeutung der griechischen Daimones," [4]) haec dicit: „Die ursprüngliche Bedeutung des Wortes δαίμων lässt sich nach der gewöhnlichen lexicographischen Schablone nicht feststellen. Die bisherigen Erklärer haben sich mit Constatirung verschiedener Bedeutungen dieses Wortes begnügen müssen, ohne anzugeben,

---

[1]) Tambornino, o. l. p. 70.

[2]) Geffcken, o. l. p. 218 sq.

[3]) v. Sybel, M. L. l.l. c. 938: „Die Daimonen, inquit, „stehen" in der antiken Vorstellung als eigene Wesensgattung in einer schwankenden Mittelstellung zwischen den Göttern und den Menschen. Da in ähnlichen Mittelstellungen auch die Verstorbenen gedacht werden, so entstehen mancherlei Kombinationen und Variationen." Creuzer, Symbolik, III § 2, p. 4: „Wie vieles wussten nicht Philosophen und Gelehrte aller Art über dieses Wort zu sagen und wie verschieden waren nicht ihre Erklärungen je nachdem sie das Dogma von den Mittelwesen so oder anders ansahen." Neuhäuser, o. l. p. 6: „Atque eadem incertitudine, quae nos saepe premit Graecorum scripta legentes, Graeci etiam ipsi tenebantur, si quidem sub belli Peloponnesiaci finem dubitabant, δαίμονες num essent ipsi dii an spurii quidam deorum liberi, vel e Nymphis vel ex aliis quibusvis suscepti. Quare mirum non est, recentiores etiam interpretes in explicanda hac voce saepe nutare et distinctione non satis certa tum fatum, tum deum, tum genium interpretari." Hild, o. l. p. 9.

[4]) Zeitschrift für Völkerpsychologie und Sprachwissenschaft [XV, 1887], pp. 161—175.

wie dieselben mit einander zusammenhängen und ohne anzudeuten, wie es überhaupt möglich war, dass ein Wort entschieden mytho-logischen Ursprunges so viele Bedeutungen annehmen konnte. [p. 162]. Die Etymologie, die wir ohnehin später besprechen wollen, gibt keine genügende Aufklärung darüber; wir erfahren bloss mit welchem Stamme dieses Wort verwandt ist, aber durch keine Metapher, durch keine philologische Machination lässt sich daraus erklären, wie es einmal den unbestimmten Begriff des höchsten Wesens, das zweitemal einen Gott, dann einen Genius und sogar den Geist der Abgeschiedenen bezeichnen konnte. Nun tritt noch der Umstand hinzu, dass dies Wort durch die Vermittlung des Christenthums in moderne Sprachen übergangen ist, wodurch die Verwirrung noch vergrössert wird."

Vox q. e. θεός ius suum, ut ita dicam, semper obtinuit seque natura constantem praebuit, δαίμων contra aliquid incerti, lineamen-torum conformatione carens, non satis circumscriptum esse videtur.

Magnam virorum doctorum, ex qua radice haec vocabula sint derivanda sciscitantium quaque ratione inter se differant, esse dissensionem, facile intellegitur. Aetate, cuius memoria historicorum fide non est contestata, quondam orta et vetustatis nocte obruta, hominum coniectura tantum illa vocabula enodari possunt.

Unde vocis δαίμονος origo sit repetenda, adhuc incertum videtur. Permulti viri, doctrinae linguisticae peritissimi, multa quidem pro-babilia rettulerunt, certa opinio autem non exstat.

Linguae inter se cognatae aliae ex aliis interdum facilius per-cipiuntur, sententia vero de summo numine divino universe accepta vix ulla invenitur, in quo considerando saepe animi in contrarias sententias distrahuntur.

Inter grammaticos antiquos [1]) et inter recentiores ambigitur, utrum vox q. e. δαίμων idem sonet ac „δαήμων" = peritus [a verbo δαῆναι], [2]) an a verbo δαίομαι = δατέομαι [3]) = distribuere, sit derivanda [4]);

[1]) Antiquorum testimonia infra [p. 25 sq.] allaturus sum.

[2]) Welcker, Griech. Götterlehre, I [1857], p. 138. Cuntz, Περὶ δαίμονος Ὁμηρικοῦ [Progr. Wiesbaden 1858], p. 4. Maury, Histoire des Religions de la Grèce, I p. 389. Gerhard, o. l. p. 237, 1. Preller-Robert, Griech. Mythologie I[4] [1894], p. 112 [cf. Preller-Plew, I[3], p. 88].

[3]) Cf. Brugmann-Thumb, Griechische Grammatik [I. v. Müller's Handb. II, 1[4] (1913)], p. 348.

[4]) G. Curtius, Grundzüge[5], p. 230. Pott, Etymol. Forschungen II[2], p. 950. Fick, Vergl. Wörterbuch der Indogerman. Sprachen[4], p. 450. Prellwitz, Griech. Etymol. Wörterb.[2] [1905], p. 103, i.v. Doederlein Homerisches Glossarium III, [1858], p. 338. Fäsi, ad Od. β 134. Passow, i. v. Schoemann-Lipsius, o. l, II. p. 155, 2. Gruppe, Griech. Kulte und Mythen I, p. 120, 3. Griech. Myth. und Rel. gesch. II, p. 991, 4.

alii fictam esse censent a radice sanscrita div- [i. e. a lucendo, fulgendo]. [1]) Item de vocis q. e. θεός origine viri docti inter se dissentiunt. [2])

Vocem illam q. e. δαίμων, quae ab antiquissimis temporibus usque ad nostram viguerit aetatem, neque umquam, quamvis varia sermonis consuetudine usurpata, Graecam quasi insitam notam amiserit, inquisitione diligenti dignam esse, quis est qui neget?

Ut religiones Graecorum per saecula commutabantur, ita usum huiusce vocabuli atque notionem commutatam esse, facile intellegitur. Qualiscumque enim est ratio, quae cum diis hominibus intercedere solet, talis ab his numinis natura intellegitur; deorum cognitiones

---

E. Boisacq, Dictionnaire étymologique de la langue grecque [Heidelberg 1907], p. 162. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. Anhang n⁰. 44 (p. 394).

Quaestionem in medio relinquunt: Creuzer, Symbolik III, p. 4. Waser, o. l. IV, c. 2010 i. v. v. Sybel, M. L. I, 1, c. 938, i. v. Capelle-Seiler, Homer. Wörterb. i. v. Kröcher, Der homerische Dämon [Progr. Stettin 1876], p. 2 sqq. Hild, o. l. p. 13.

[1]) Chavée, Lexiologie indo-europ. p. 337. Benfey, Wurzellexikon II [1840], p. 207. Bopp, Vergl. Grammatik, III, p. 167. H. Schmidt, Synonymik der Griech. Sprache IV, p. 1. Leo Meyer, Vergl. Grammatik II, p. 274. Wahrmund, o. l. p. 777, 12. Krejči, o. l. p. 175. P. Regnaud, Le ΔΑΙΜΩΝ. Histoire d' un mot et d' une Idée [Revue de l' histoire des Religions XV (1887)], p. 156. Neuhäuser, o. l. p. 9: [δαίμων = δαμών] „Iam enim apparet radix da (dare), ex qua non solum διδόναι ...... δαίειν etiam originem ducit." Schrader, Reallexicon der Indo-Germanischen Altertumskunde [Strassburg 1901], i. v. Ahnenkultus, p. 29: δαιμών — * δασιμών. * δασι = lasi (lares. larium); vide infra p. 36. Proclus ad Plat. Cratyl. 398 B [ed. Georg. Pasquali, Teubner 1908], p. 77: „Ὅτι", inquit, „τὸ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ φωνῇ τοὺς δαίμονας δάμονας λέγεσθαι δηλοῖ ὅτι τῷ α ἀντὶ τῆς αι ἐχρῶντο." — Quod si ita sit, adducor, ut coniciam prisca voce q. e. δαμών significari Terram deam [δᾶ = γᾶ], deo coeli supremo adiunctam. Cf. Bloch, [Roscher, M. L. II, c. 1284], i. v. Demeter und Kora. Lenormant, [Daremb. et Saglio, o. l.], i. v. Ceres. De suffixo μων cf. Neuhäuser, o.l. p. 9. Leo Meyer, o.l. p. 274 sq. Brugmann-Thumb, o.l. p. 222.

[2]) G. Curtius, o. l. p. 513 sqq. Doederlein, o. l. III, p. 366. Prellwitz, o. l. p. 119. H. Schmidt, o. l. IV, p. 1. E. Boisacq, o. l. i. v. A. Walde, Lateinisches Etymologisches Wörterbuch² [Heidelberg 1910], p. 230 i. v. deus. Joh. Schmidt, [Zeitschr. f. Vergl. Sprachforschung XXXII (1893), p. 342]. Schrader, o. l. p. 28. Gruppe, Gr. K. u. M. I, p. 120, 3. Schoemann-Lipsius, o. l. II, p. 150, 1. G. Heine, Synon. d. neutestam. Gr. p. 65, 1.

De quaestione universa conferantur: Kretschmer, Einleitung in die Geschichte der Griech. Sprache [Göttingen 1896], pp. 76; 79 sqq. id. Sprache [Gercke-Norden o.l. I² (1912)], pp. 509—511; p. 521 sq. Friedr. Kluge, Aufgabe und Methode der etymol. Forschungen [N. Jahrb. XXVII (1911)], p. 368.

hominumque religiones arte inter se cohaerere videntur, quibus cognitis etiam deorum nomina facilius intelleguntur.

Quae res quanti sint ad vocis q. e. δαίμων significationem enu--cleandam, lucide apparet.

In ipso graecae religionis flore [1]) Graecorum vita diebus festis, sacris, cultu religionibusque redundabat; antiquis enim religio plus quam est nostrae hominibus aetatis cordi fuisse videtur. [2]) Graecorum illius aetatis et vita publica et vita privata plena erat officiorum, quae erga deos erant observanda. Ipsa enim res publica a diis instituta esse putabatur. Reges principesque vetustissimae aetatis muneribus sacerdotalibus fungebantur; in contionibus, in comitiis, in iudiciis deorum auxilium invocabatur; celeberrimis ludis omnes Graeci tamquam uno religionis vinculo coniungebantur. Nautae deos marinos invocabant; precabantur agricolae Cererem, Per--sephonen, Dionysum; opifices supplicabant Athenae et Hephaesto; praeceptores educatoresque Apollini et Musis; amantium gemitus Aphrodite, Peitho, Charites audiebant. [3])

Stella matutina oriente homo Graecus vel sole occidente Helio vota precesque faciebat, ad convivium ἀγαθῷ δαίμονι [4]) libare solebat.

[1]) Sam Wide, o. l. c. II: „Kultus", pp. 194—198; c. III: „Geschichte der Religiosität", p. 198 sqq. Gruppe, o. l. II, p. 1044 sq. Fairbanks, A Handbook of Greek Religion [New-York 1910], p. 14: „A superficial investigation is sufficient to establish the fact, that religious practices were as numerous and as far-reaching in Greece as among any known people." Schoemann-Lipsius, o. l. II,[4] p.133 sqq. Leop. Schmidt, o. l. I, cap. 1: „Die religiösen Voraussetzungen der Sittlichkeit"; II, cap. 1: „Der Mensch im Verhältniss zu den Göttern." Poland, Das griechische Mittelalter [Die Hellenische Kultur,[3] ed. Baumgarten, Poland, Wagner (1913)], p. 130.

[2]) Cf. R. H. Woltjer, Het Woord Gods en het woord der menschen [Ruys, Utrecht 1913], p. 73.

Quantum iam priscae Cretensi aetati quae dicitur religiones valerent, reliquiae regiae domus Cnosiae affatim docent: cf. Baumgarten, Das griechische Altertum, o. l. p. 37. Sam Wide, o. l. pp. 171 sq. 176. René Dussaud, Les civilisations préhelléniques [Paris 1910], chap. V: „Cultes et Mythes". Beloch, o.l. I, 1[2] [1912], p. 110 sqq. Lehmann-Haupt, Griechische Geschichte [Gercke-Norden, o. l. III[2] (1914)], p. 6. A. J. Evans, The Mycenaean Tree and Pillar cult [J. Hell. Stud. XXI (1901) p. 22 sqq.].

[3]) Cf. Schoemann-Lipsius, o. l. II, p. 154.

[4]) Aristoph. Eq. 106: λαβὲ δὴ καὶ σπεῖσον ἀγαθοῦ δαίμονος. Hesych, i. v.

Vid. Welcker, o. l. III, p. 210 sqq. Lehrs, o. l. p. 194. Schoe--mann-Lipsius, o. l. II, p. 235. Rohde, o. l. I[4], p. 245 sq. adn. v. Sybel, M. L. l. l. c. 939. Gruppe, o. l. II, p. 1087, 2. De templo Ἀγαθοῦ Θεοῦ cf. Paus. VIII. 36. 5.

In illos sane Graecos valebant haec a Paulo apostolo quondam Atheniensibus dicta: 'κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ.' [1])

Itaque deos i. e. θεοὺς καὶ δαίμονας principem in scriptis graecis obtinere locum, Graecorumque scripta materiam ad daemonis naturam persequendam copiosam praebere, quis est qui dubitet?

Quam vocabuli δαίμων vim grammatici antiqui universe senserint, ex paucis cognoscitur testimoniis, quae, cum magna ex parte ad vocis originem solam spectent, ad inquirendam vocis significationem non multum valent.

Pollux, [2]) Onomast. I, 5 [ed. Bethe] haec profert:

'Θεὸς καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες· οὕτω γὰρ Ὁμήρῳ (A 222) [δοκεῖ δαίμονας καλεῖν τοὺς θεούς] καὶ Πλάτων (Polit. 272 E) δὲ 'τὸν τοῦ παντὸς κυβερνήτην μέγιστον δαίμονα' ὠνόμασεν, ἐπειδὴ τῆς αὐτῆς χρείας τὸ θεῖον καὶ [τὸ] δαιμόνιον.'

Deinde V, 131 haec leguntur: περὶ δαιμόνων τῶν ἐπὶ τῶν ἀρῶν: οἱ δὲ δαίμονες, οἱ μὲν λύοντες τὰς ἀρὰς ἀλεξίκακοι λέγονται, ἀποπομπαῖοι, ἀποτρόπαιοι, λύσιοι, φύξιοι, οἱ δὲ κυροῦντες ἀλιτήριοι, ἀλιτηριώδεις, προστρόπαιοι, παλαμναῖοι. [3])

Hesychius[4]) i. v. haec pauca refert:

Δαίμονες – οἱ θεοί, δαήμονές τινες ὄντες οἷον ἔμπειροι ἢ ὅτι πάντα μερίζουσιν ἀπὸ τοῦ δάσσεσθαι.

Δαίμων – δαήμων- θερμόφρων ἢ θεός.

δαιμόνιον, hunc in modum explicatur: θεῖον, μόρσιμον; et vocativus δαιμόνιε sic vertitur: μακάριε, κακόδαιμον.

Neque quidquam plus proficiunt haec Suidae: [5])

[1]) Act. Apost. XVII, 23. Cf. R. H. Woltjer, De jongste onderzoekingen over de rede op den Areopagus en de Christelijke beschouwing der Oudheid [Kirchner, Amsterdam 1917], p. 38 sqq.

[2]) De Polluce eiusque fontibus cf. Lübker, Reallexikon i. v. Sandys, History of classical scholarship, I² [1906], p. 327. Cohn, Griechische Lexikographie [I. v. Müller's Handb. II, 1¹ (1913)], p. 692 sq. Christ-Schmid, Geschichte der Griechischen Litteratur II, 2⁵ [1913], p. 698 sq.

[3]) De voce δαίμονες hoc loco usurpata, cf. L. Schmidt, o.l. I, p. 149.

[4]) E quibus fontibus Hesychius hauserit, v. Lübker, o. l. i. v. Cohn, o.l. p. 701. Reitzenstein, Rhein. Mus. 43 [1888], p. 456 sq. Krumbacher, Geschichte der Byzantin. Literatur² [München 1897], pp. 570; 576. Paul Wendland, Die griechische Prosa [Gercke-Norden, o. l. I² (1912)], p. 218. Christ-Schmid, o. l. II, 2, p. 887.

[5]) De Suida, v. Lübker, o. l. i. v. Wendland, o. l. p. 281. v. Wilamowitz-Moellendorff, Die Griechische Literatur des Altertums [Kultur der Gegenwart I, VIII³, (1912)], p. 313. Christ-Schmid, o. l. II, 2, p. 894 sq.

Δαίμονος — τοῦ δαίμονος.[1])

Etymologicum Magnum[2]) i.v. haec habet:

Δαίμων- δαίω- τὸ μανθάνω ἐξ οὗ καὶ δαίμων . . . .
ἢ παρὰ τὸ δαίω τὸ γινώσκω γίνεται δαίμων . . . .
ἢ παρὰ τὸ μερίζω ὁ ἑκάστῳ ἀπομερίζων.

Haec fere cum Apollonii[3]) et Hesychii annotationibus consentiunt, quorum iudicia ad ea, quae Plato Cratyl. 398 B refert, redire videntur.[4])

[1]) Bernhardy ad l. annotat haec: „Haec vereor ut integra sint. Nam videntur a vetere scriptura fluxisse: δαίμονος -τοῦ δαήμονος, cf. Plat. Cratyl. p. 398 B et Apollon. Lex. p. 214."

[2]) de Etym. M. v. Reitzenstein, R.E. VI, c. 815, i.v. Etymologika, Cohn, o. l. p. 704. Christ-Schmid, o. l. II, 2, p. 886.

[3]) Apollonii Sophistae Lex. Hom. p. 56 haec habet: δαίμονες — οἱ θεοὶ οἱονεὶ δαήμονες ὄντες. οἱ γὰρ θεοὶ πάντα ἴσασιν ἢ ὅτι πάντα μερίζουσιν ἀπὸ τοῦ δατασθαι. Ab Apollonio Aristarchi commentarios atque Apionis λέξεις quae dicuntur adhibita esse commemorat Christ-Schmid, o. l. I[6], p. 85; cf. Reitzenstein, Geschichte der Griechi-schen Etymologika [1897], p. 251. Cum iudiciis supra expositis conferantur ea, quae adscribit Schol. A ad A 222: οὕτως δαίμονας καλεῖ τοὺς θεοὺς ἤτοι ὅτι δαήμονες (ἔμπειροι γὰρ καὶ ἴδριες πάντων αὐτοί εἰσιν) ἢ ὅτι διαιτηταί εἰσι καὶ διοικηταὶ τῶν ἀνθρώπων ὡς Ἀλκμὰν ὁ λυρικός φησιν "ὅς ἔθεν πάλοις ἐπάλλεν δαιμονάς τ' ἐδάσσατο". τοὺς μερισμούς, τὰς διαιρέσεις αὐτῶν . . . . . et Schol. B ad l.: δαίμονας καλεῖ τοὺς θεούς, ὡς ἐμπείρους πάντων καὶ ἴδριας ἢ ὅτι διαιτηταί εἰσι καὶ διοικηταὶ τῶν ἀνθρώπων.

[4]) Plat. Cratyl, 398 B: ὅτι φρόνιμοι καὶ δαήμονες ἦσαν, δαίμονας αὐτοὺς ὠνόμασεν· Wahrmund, o.l. p. 777, 12: „Dies ist eben nur," inquit, „eine platonische Etymologie und nichts weiter. Die Glosse des Hesychius: δαίμων-δαήμων und die Erklärung des Etym. M. p. 35, 24: δαίμων ὁ αὐτοδίδακτος sind aus der platonischen Stelle abzuleiten. Denselben Werth haben Hierokles zum Carm. aur.: τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς δαίμονας καλεῖ ὡς δαήμονας καὶ ἐπιστήμονας, und Tzetz. hist. XII. 871: δαίμων δαήμων τις καὶ ἔμπειρος." Doederlein, Homerisches Glossarium, III. p. 340: „Das Signal δαίμονες vielmehr von δαήμονες abzuleiten, hat bereits Plato Crat. p. 398 b gegeben; nach ihm die Schol. Il. I, 222." Quantum autem eiusmodi Platonicis verborum interpretationibus tribuendum sit, incertum videtur. Apud Platonem enim Socratica illa ironia quae dicitur saepenumero efficit, ut ea, quae per iocum et ludum dicta sint, serii speciem offerant, quo fit, ut vera Platonis sententia non cognoscatur. Imprimis in dialogo, qui Cratylus inscribitur, haec difficultas apparet; cf. R. H. Woltjer, de Platone cett. p. 23 sq. „Saepenumero accidit," inquit Stallbaum ad Euthyd. 302 C, „ut iocosi scriptorum loci pro seriis accepti immania opinionum portenta genuerint." Raeder, o. l. p. 146: „Den eristischen Spitzfindigkeiten," inquit, „woran der Euthydemus so reich ist, entsprechen die gewaltsamen Etymologien des Kratylos ganz. . . . . . [es ist] an vielen Punkten schwierig zu entscheiden, wo der Scherz aufhört und der Ernst anfängt." Itaque in hac re cautione opus est. Neuhäuser hanc interpretationem Platonicam commemorans

Etym. M. vocem quae est δαιμόνιος sic explicat: μακάριος ἢ θαύμαστος, et i. v. δεισιδαιμονία haec habet: λέγεται ἡ πρὸς τοὺς πονηροὺς δαίμονας ἐπιμέλεια καὶ φόβος. γίνεται παρὰ το δείδω. . . . καὶ τὸ δ α ί μ ω ν, ὃ σ η μ α ί ν ε ι θ ε ό ν. [1])

Ab E u s t a t h i o grammatico [2]) non multa commemorabilia ex-ponuntur; haec tantum afferam:

Comment. in Il. A 4, p. 17: Ἥρωας δέ, inquit, ἡ παλαιὰ σοφία [Pythagorei et Orphici sc.] [3]) γένος τι θεῖον εἶναι δοξάζει μέσον θεῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ τ ὸ μ ὲ ν θ ε ῖ ο ν φ ῦ λ ο ν ε ἰ ς θ ε ο ὺ ς δ ι α ι ρ ε ῖ κ α ὶ δ α ί μ ο ν α ς ὧν καὶ διαφορὰν λέγει ὁποία φανή-σεται ἀλλαχοῦ . . . . καὶ ὑποβεβηκέναι μέν φησι θεοῖς δαίμονας ἀνθρώπους δὲ ἥρωσιν.

Quae eadem fere, variatis tantum verbis, refert S c h o l. I [ed. D i n d o r f] ad E u r i p. Hec. 164 sq. [(N a u c k): ποῦ τις θεῶν ἢ δαίμων ἐπαρωγός]:

θεοὺς ὑψηλότερόν τι ἡγοῦνται τῶν δαιμόνων. ὃν γὰρ λόγον ἔχουσιν οἱ ἥρωες πρὸς τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους, ὑψηλότεροί τινες δοκοῦντες καὶ ὑπερέχοντες, τὸν αὐτὸν λόγον καὶ οἱ θεοὶ πρὸς τοὺς δαίμονας ὑψηλότεροί τινες δοκοῦντες τούτων εἶναι. λέγονται δὲ καὶ καταχρη-στικῶς θεοὶ καὶ οἱ δαίμονες. [4])

E u s t a t h i u s ad Il. Z 407, p. 651: ὁ μέντοι δαίμων, inquit, ὥσπερ δὴ καὶ ἡ μοῖρα καὶ ἡ τύχη ἄλλως λέγονται μέσαι λέξεις. quibus consentiunt haec ad Od. ξ 434, p. 1766: τ α ὐ τ ὸ δ ύ ν α τ α ι γ ὰ ρ π α ρ' Ἕ λ λ η σ ι μ ο ῖ ρ α, δ α ί μ ω ν, τ ύ χ η . . . . versibus enim qui antecedunt: οὐ γάρ, inquit, δαίμων ὄλβιος ἐκείνου τοιαύτη καὶ ἡ Μοῖρα. [5])

[o. l. p. 7], „quae", inquit, „quamquam a philosopho summo magis ad irridendam eorum temeritatem, qui omnem operam in enodandis nominibus perderent quam ad rei operiendam veritatem dicta videntur, multi tamen e veteribus eum secuti sunt", sqq. in quos refert N e u h ä u-s e r: S c h o l. Il. A, 222. H e s y c h., Et. M., H i e r o c l e m.

[1]) Vide supra p. 20.

[2]) Cf. L ü b k e r, o. l. i. v. Eustathius. C o h n, R.E. VI, c. 1452 sq. C h r i s t-S c h m i d, o. l. I[6], [1912], p. 88.

[3]) Apud alios scriptores commemorantur οἱ πάλαι θεολόγοι qui dicuntur e.g.: P l u t. de Is. et Os. c. 25. Cf. R. H. W o l t j e r, o.l. p. 60.

[4]) R o h d e, o. l. I[4], p. 153, 2: „gar nicht unrichtig, bringt ein Scholion zu Eur. Hec. 165 Götter und Dämonen, Heroën und Menschen in Parallele."

[5]) Cf. ad Il. Λ 792 p. 884, 49: τὸ δὲ σὺν δαίμονι ἀντὶ τοῦ σὺν ἀγαθῇ τύχῃ. ad Od. ε 396 p. 1545, 5: στυγερὸς δαίμων = θανάσιμος τύχη. S c h o l. Par. B in H e s. Opp. et D. 314: [δαίμονι δ' οἷος ἔησθα τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον]: δαίμονι - τύχῃ καὶ τάξει, in margine legitur: τῇ τάξει δὲ. οἷος ἄρα εἶ. τὸ ἐργάζεσθαι καλόν, et S c h o l. Par. H ad l.: δαίμονι, inquit, τῇ δαιμονίᾳ δόσει καὶ τύχῃ. δηλαδὴ καὶ τῇ τάξει. P r o c l u s ib. δαίμων οὐ μόνον ὁ ἀπονέμων ἡμῖν τὸν βίον καὶ διοικῶν τὰ ἡμέτερα κρείττων ἡμῶν καλεῖται, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ ἀπ' ἐκείνου βίος ἑκάστοις ἀπονεμόμενος. S c h o l. ad S o p h. [ed. P a p a g.] O. C. 76 τὴν τοῦ δαίμονος] τὴν τῆς τύχης.

Pro voce q.e. δαίμων „θεός" subicere solet Eustathius.[1]) Pythagoreorum et Orphicorum doctrina et ratione ductus, vocem q. e. δαίμων I 600, p. 775 μηδέ σε δαίμων ἐνταῦθα τρέψειε φίλος accipit in sententiam, quae ab Homero funditus est aliena: vocabula δαίμων et φίλος coniungens sic intellegit: φίλον ἦτορ, atque εἰ δ' ἴσως, inquit, δαίμων ἐνταῦθα ἡ ψυχὴ κατὰ τοὺς ὕστερον σόφους, οἳ δαίμονα καὶ τὴν ἐν ἑκάστῳ ἀνθρώπῳ ψυχὴν ἔλεγον, εἴη ἂν λέγων, ὡς μηδὲ ἡ ψυχή σου ἐνταῦθα τρέψῃ, sqq. Haec quidem hactenus.

Hic ea quoque commemorare liceat, quae Thesaurus Linguae Graecae, confuse sane scripta, affert i.v. Δαίμων [II, col. 860 sqq.]; quae tamen longiora quam ut hoc loco integra referantur. Multis ac variis significationibus iisdemque incertis allatis probe haec dicuntur [col. 862]: „Sed eos, qui de numine varie et incerte senserunt, varie itidem de eo locutos esse mirum videri non debet."

Haec antiquorum testimonia, quorum alia ex aliis pendere videantur,[2]) parum valere aegre ferimus.

Recentiorum de voce δαίμων iudicia cum tanta suppeditent ubertate ut omnia ipsis verbis reddere non queam, ea potissimum exponere mihi proposui, quae maioris momenti sunt habenda atque commemoratione prae ceteris digna.

Imprimis affero ea, quae exposuit Nitzsch in praefatione operis, quod inscribitur „Erklärende Anmerkungen zu Homer's Odyssee" [1826], p. XIV: „Der Polytheismus schreibt ausser und über dem menschlichen Vermögen liegende Krafterscheinungen . . . gewissen höheren Wesen zu als deren Wirkungen; dem Pantheismus aber, wie ich ihn hier fasse, ist jede solche Erscheinung selbst ein Gott, oder besser ein Dämon; denn θεός mögen wir das Wort des Polytheismus, δαίμων das Wort des Pantheismus nennen. Der Pantheismus nämlich, den ich in der Griechenwelt finde, setzt nicht einen Weltgeist, der in allen Gestalten derselbe ist, und weiss nichts von Emanation, sondern er sieht die Welt voll Geister."[3])

[1]) Cf. ad Il. H 291, p. 648. P 98, p. 1097. T 188, p. 1179. ad Od. ι 381, p. 1635. ξ 386, p. 1765. ο 261, p. 1781. π 194, p. 1805. ρ 243, p. 1819. τ 138. p. 1858. φ 201, p. 1906.

[2]) In Pollucis fontes referuntur Didymus, Tryphon, Pamphilus, Juba. In Hesychii: Diogenianus, Pamphilus, Apion. Apollonius. Et. M. ab Eustathio laudatur. De Thes. L. Gr. vid. Cohn, o. l. p. 709.

[3]) Pantheismus ille hic potius pandaemonismus vel animismus dicendus est, si quidem Nitzschium recte intellego; cuius sententia philosophis, qui animismi disciplinae favent, magnam ad opinionem suam confirmandam dat ansam. Cf. De Visser, De Graecorum Diis non referentibus speciem humanam, [Diss. Lugduni Batav. 1900]. Tylor, I, p. 417 sqq. et II. Vide infra p. 35, 2.

Creuzeri[1]) haec commemoro [Symbolik und Mythologie aller Völker, besonders der Griechen[2]) III § 2 p. 7]: „Ohne alles weitere Räsonnement war dem Griechen δαίμων und δαιμόνιον die höhere, dunkele Macht, die ohne sein Zuthun, seine Schicksale lenkte, jedes göttliche Wesen überhaupt, dessen Kraft das Maass seiner Kräfte überstieg."

Welcker, Griechische Götterlehre [1857], I p. 138 post--quam tractavit vocem q. e. θεός, sic pergit: „Der andre Ausdruck für Gott, Götter ist bei Homer, Hesiodus, häufig auch bei Aischulos u. A. δαίμων, δαίμονες, ohne Unterschied der Bedeutung...... obwohl bei Homer u. A. das Wort auch häufig die besondre Bestimmung Gott im genaueren Verhältniss zum Einzelnen, wie genius, und späterhin andre Bedeutungen annimmt."

Deinde haec: „Sieht man", inquit, „nun darauf, dass auch die Menschengeister des goldnen und silbernen Geschlechts bei Hesio--dus, die doch von den Göttern, wie auch Plutarch bemerkt, bestimmt zu unterscheiden sind, δαίμονες heissen, und auf die fernere Anwen--dung des Wortes in einer dieser ähnlichen Bedeutung, so muss man denken, dass Dämon von dem Hauptmerkmal aus zu dem Begriff Geist sich erweitert gehabt habe......

Das Wort gehört der Griechischen Sprache an und beweist also für sie ein Bewusstsein, welches die Römische in das Wort numen gelegt hat." —

Eodem anno Neuhäuser priorem edidit partem commen--tationis, quae inscribitur „De Graecorum Daemonibus" [Berolini 1857]. Postquam de voce disputavit, quam a radice δα- [i. e. dare = distribuere] ductam esse putat,[3]) de usu vocis ac notione haec profert [p. 10]:

„Hic vero usus inde ab Homero repetitus et ad novissimorum philosophorum doctrinam deductus ostendit, δαίμονα esse summum constituendarum moderandarumque rerum principium, cuius desi--gnatione et rerum et hominum natura, conditiones, fata contine--antur.

Itaque summa δαίμονος notio, quae singulas quasque eius signi--ficationes comprehendit in iisque tamquam in partibus suis conspicua est, in eo versatur, ut significet vim divinam atque incomprehensam, supremo suo atque inevitabili consilio et potestate distribuentem cuncta ac constituentem. Erat autem haec vox primo initio ipsius

---

[1]) Cf. Sam Wide, Griech. Rel. [o. l. II[2]], p. 228 sq. Rohde, Griech. Rel. p. 4. Lübker, o. l. i. v. Mythologie.

[2]) Editio prima 1810—12; tertia: 1837—42. De hoc opere cf. Wide, o. l. p. 228.

[3]) Cf. supra p. 23, 1.

summi numinis appellatio,[1]) cuius eam naturam, quam potissimum veteres Graeci agnoscebant et summa religione ac metu adorabant optime exprimeret." —

Ex libro notissimo, qui inscribitur „Homerische Theologie" [ed. III curavit Autenrieth, Nürnberg 1884] viri docti Nägelsbach haec mihi laudanda sunt, quae non solum ad Homericam spectant aetatem, verum etiam ad posteriorem [p. 75]: „Weder der homerische δαίμων noch das nachhomerische δαιμόνιον thut etwas, das nicht ein übelwollender Gott ebenfalls zu thun im Stande wäre. Wir können daher nur sagen, dass δαίμων und ins besondere δαιμόνιος häufig dazu verwendet wird, diejenige Weise göttlicher Einwirkung auf den Menschen auszudrücken, welche einen nicht blos dunkeln und unerklärlichen, sondern auch unholden und feindseligen Charakter hat."

Idem ille in libro, qui inscribitur „Nachhomerische Theologie des griechischen Volksglaubens" [Nürnberg 1857], verba faciens de daemonum natura, haec profert [p. 111]: „Denn von Homer an und noch sehr lange nach ihm sind die δαίμονες an vielen Stellen genau das, was die θεοί sind", deinde paulo post sic pergit: „Die Entwicklung der Bedeutung nimmt, wie uns scheint, den weiteren Verlauf, dass gleichfalls von Homer an δαίμων, [p. 112] dem lateinischen numen entsprechend, das göttliche Wirken überhaupt, das Wirken einer höheren Macht bezeichnet,[2]) welche sich kund gibt, ohne gedacht zu werden in der Bestimmtheit einer nennbaren Person .... wofür wir oft das Abstraktum τὸ δαιμόνιον lesen .... dass ferner ὁ δαίμων als Schicksalsmacht übergeht in den Begriff der Wirkung dieser Macht, so mit für Schicksal, Geschick steht."[3])

Deinde de obscura daemonis natura haec profert [p. 115]: „Indessen liegt schon von Homer an in dem Worte eine Neigung, diejenige dunkle Macht zu bezeichnen, welche ins menschliche Leben verderblich eingreift."[4])

[1]) Gruppe, o.l. II, p. 1088 adnot. hanc sententiam oppugnat: „Hatte," inquit, „wie sich aus diesen Zeugnissen ergibt, der ἀγαθὸς δαίμων mit Zeus einiges Gemeinsame, so geht doch Neuhäuser [o. l.] zu weit, wenn er nachweisen will, dass δαίμων ursprünglich Bezeichnung des höchsten Gottes gewesen sei."

[2]) Nägelsbach praecipue Nitzschium sequitur, qui vocabula θεός et δαίμων apud Homerum eodem modo distinguit, cf. o. l. I, p. 89. III, p. 391.

[3]) Reichenberger, o. l. p. 21 sq., vide supra p. 8.

[4]) Idem fere iudicant: Wachsmuth, Hellenische Altertumskunde [1846], II, p. 448, 17: „Θεός drückt das Wesen der Götter an sich, ihre Vollkommenheit und ihre Glückseligkeit aus; δαίμων aber göttliche Kraft in ihrer Richtung auf die Welt und hauptsächlich das Menschengeschlecht." Eckermann, Lehrbuch der Religionsgeschichte und Mythologie der

Vir clarissimus L e h r s i u s planius et omnino praeclare de deo, diis, daemonibus agit in opere, quod inscribitur „Populäre Aufsätze aus dem Alterthum"[2] [Leipzig 1875]: „Gott, Götter und Dämonen" [pp. 143—198].

„Θεοί" sic ab eo describuntur: „durch Herrlichkeit, Mächtigkeit, Seligkeit hoch über alles lebende emporragend. Der Mensch denkt und empfindet sie vielfach gerade als Wesen, welche auf ihn einwirken. Als solche hat der Grieche für sie den eigenthümlichen Namen Dämonen" [p. 143]. Paulo post: „und entferne man ja," inquit, „das noch immer nicht seltene Vorurtheil, als habe Dämon vorzugsweise den Begriff böser Gottheit." Sunt enim qui putent voci q.e. δαίμων praecipue inimici numinis inesse vim. [1])

Eadem ratione adiectiva quae sunt θεῖος et δαιμόνιος, quibus dilucide discrimen inter θεόν et δαίμονα intellegitur, disiungi vult L e h r s i u s: [p. 145], „Göttlich heisst, was von göttlicher Natur ist, was mit göttlicher Natur begabt ist, was durch Herrlichkeit, Trefflichkeit, Ausserordentlichkeit über das menschliche herausragend ist. Dämonisch was den Eindruck macht, dass es von einem Gotte veranlasst, gewirkt sei, dass es unter der Einwirkung eines Gottes stehe."

vorzüglichsten Völker des Altertums [Halle 1848], I, p. 350: „Die persönliche und individuelle Gestaltung drückt der Begriff θεός aus, die unbestimmte Allgemeinheit des Göttlichen dagegen das Wort δαίμων .... dennoch ist δαίμων ein Gott und δαίμονες die Götter, insofern sie zum allgemeinen Göttlichen gehören." P r e l l e r-P l e w, Griech. Mythologie, I^3, p. 88: „Θεός [pflegt] mehr die Persöhnlichkeit eines Gottes, wie dieselbe durch Cultus und Mythologie bestimmter umschrieben war, das Wort δαίμων dagegen mehr seine im Leben und in der Natur hervortretende Macht und Wirkung, sein Numen auszudrücken." Cf. P r e l l e r-R o b e r t [1894], I^5, p. 112. H. S c h m i d t, Synonymik der Griech. Sprache IV [1886], p. 2: „In θεός, θεά waltet der Begriff einer höheren, dem Menschen überlegenen, aber ihm doch ähnlichen Persönlichkeit vor, die gleich ihm fühlt und empfindet und in der Ordnung der Welt ihre Stellung hat. Dagegen ist δαίμων eine dunkle überirdische Macht, oft kaum persönlich als blosses Geschick gedacht." P a u l R e g n a u d, o. l. p. 157: „Les θεοί sont qualifiés, déterminés ...... le δαίμων divinité isolée, anonyme, sans sexe, sans attributions définies ...... il est identifié en quelque sorte au destin. En un mot, c'est la divinité conçue comme cause de toute chose et par conséquent du bonheur et du malheur des hommes." U s e n e r, o. l. p. 248: „Als allgemeinste bezeichnung eines göttlichen wesens musste *daimon* im gegensatze zu persönlichen göttern ein wesen bedeuten, das ohne gott (θεός) zu sein an den göttlichen eigenschaften der unsterblichkeit und überlegenen kraft antheil hatte." Cf. L ü b k e r, o. l. i. v. P a s s o w, i. v. 2.⁰ Hild. o. l. p. 9.

[1]) Cf. U k e r t, o. l. p. 140. N ä g e l s b a c h-A u t e n r i e t h, o. l. p. 75, A m e i s-H e n t z e ad β 134, K r e j č i, o. l. p. 171. Finsler, Homer. I^2 [1913], p. 269. T a m b o r n i n o, o. l. p. 62, 1. Vid. supra pp. 19; 21; 30.

„Ganz aus der alten Volksreligion," alio loco inquit [p. 171], „der besten Zeit ist „der Dämon" als des Menschen Schicksal"; atque postea [p. 189]: „Dies ward der Dämon des Menschen, [i.e.] ein festes Schicksal, das ihn beherrscht." [1])

A voce δαίμων, quam metonymice usurpatam ad vitae sortem significandam supra exposuimus, [2]) sententiam passivam omnino abiudicat Lehrsius: „Niemals darf man vergessen," inquit [p. 191 sq.], „dass es Schicksal immer nur als eine thätige oder wirkende Macht bedeuten könne" [3]).

De hac quaestione Reichenberger in opere, quod inscribitur „Die Entwicklung des Metonymischen Gebrauchs von Götternamen in der Griechischen Poesie bis zum Ende des alexandrinischen Zeitalters" [Karlsruhe 1891], p. 49 haec profert; „Sehr gut lässt sich an diesem Wort (δαίμων sc.) die allmählige Heranbildung der metonymischen Bedeutung als Geschick beobachten," et in calce paginae annotat: „Das umgekehrte Verhältnis findet beim lateinischen *numen* statt; es bedeutet ursprünglich die Wirksamkeit des Gottes, daraus hat sich dann die Bedeutung der wirksamen Gottheit herangebildet."

Paulo post: „Erst in der Sprache der Tragödie," [4]) inquit, „erhält δαίμων — neben der ursprünglichen natürlich — vollständig metonymische Bedeutung." Pugnantia autem mihi videtur loqui, cum dicit paulo post: „Boeck und Dissen (in Pindari ed.) sind in ihren Bemerkungen zu den einzelnen Stellen gar zu sehr geneigt δαίμων mit *Fortuna* u. a. wiederzugeben. Mit viel mehr Recht hält Lehrs a. a. O. 189 ff. fest, dass δαίμων immer möglichst persönlich aufzufassen sei."

[1]) Pulcherrime hunc in modum distinguit Lehrsius [p. 190]: „Die Moira hat Bestimmtheit und Gesetz; die Tyche Wandelbarkeit und Freiheit; der Dämon hat Entschiedenheit und Charakter." ibidem: „Der Ausdruck „der Dämon eines Menschen" ist der stärkste Ausdruck mit dem der Grieche des Menschen Schicksal als unentgehbar, als bannend bezeichnet."

[2]) Supra p. 8 sq.

[3]) Idem censet Neuhäuser, o. l. p. 35: „Denique δαίμων ...... generatim etiam vim fatalem in numinis divini voluntate positam et per translationem ipsum fatum significare potest, dummodo teneas, semper magis respici vim efficientem quam quod ab ea effectum sit. Ita ut, si quis de daemone suo conqueratur, non proprie de sorte sua, sed potius de numinis divini ea vi, quae hanc sortem efficiat, conqueri videatur."

[4]) Hanc sententiam passivam apud tragicos passim valere, nemo non concedet [vide locos supra allatos p. 8 sq.]. Lehrsii explicatio [o. l. p. 192] nimis contorta mihi videtur. Quaestionem in lusum et libidinem convertit, cum dicit [p. 192 in calce]: „Es stehen noch in den Tragikern einige unmögliche Stellen mit δαίμων."

Ab illis vir doctus Gruppius discrepat, qui tribus verbis Lehrsii iudicium reicit, cum dicit: „dies ist falsch."

In libro, qui inscribitur „Griechische Mythologie und Religions-geschichte [I. v. Müller's Handb. d. kl. A. W. V. 2, 2], II (1906), p. 991, 4, quae ratio inter deum et fatum intercedat explicans, haec profert Gruppius: „Wahrscheinlich aus dieser Vertauschung der Begriffe Gott und Schicksal [Ζεύς, θεός, μοῖρα sc.] erklärt sich der Sprachgebrauch von δαίμων. Es ist allerdings etymologisch möglich, diesen Namen ..... als nomen agentis im Sinne von „Zuteiler" zu fassen, wie ich selbst gethan habe. [1]) Hierfür scheint zu sprechen, dass δαίμων im Sinne von Schicksal im Epos nur Θ 166, wo es von Aristarch und Zenodot als unhomerisch verworfen wurde, auch in der Lyrik nur selten, und erst im Drama, namentlich bei Sophocles, häufig verwendet wird. Letzteren Gebrauch könnte man mit Reichenberger [p. 49] für metonymisch halten, was sich so gar empfehlen würde, wenn Lehrs [P.A. l.l.] mit Recht behauptete, dass 'δαίμων' Schicksal nur als thätige Macht anzusehen sei. Aber dies ist falsch. Thatsächlich weisen sämtliche Komposita, Λακεδαίμων, ὀλβιοδαίμων,[2]) εὐδαίμων, βαρυδαίμων, δυσδαίμων, [vgl. δύσμορος, δύσμοιρος], κακοδαίμων (= κακόμοιρος) eher auf die Bedeutung 'Schicksal' im passiven Sinn hin. Es müsste daher mindestens angenommen werden, dass δαίμων neben der aktiven Bedeutung „Zuteiler", „Gott" auch die passive „Schicksal" von Haus aus gehabt habe. Unmöglich ist dies nicht, aber der Umstand, dass alle Komposita aus der zweiten Bedeutung sich mindestens weit leichter erklären lassen, legt die Frage nahe, ob diese nicht als die ursprünglich alleinige zu betrachten sei, aus der sich die erste sekundär so entwickelt hat, wie es Lübker [Die Sophokl. Theol. u. Eth.] für Sophokles als begrifflich möglich gezeigt hat [3])

---

[1]) Gruppe, Die Griech. Kulte und Mythen I, p. 120, 3: „Am wahr-scheinlichsten dünkt mich die Ableitung, wonach δαιμων einerseits den Zuteiler (den Herren), andrerseits das Zugeteilte, den Besitz (vgl. εὐδαιμων) bezeichnet, in welcher letzteren Bedeutung es im Lakonischen erwiesen ist".

[2]) Lehrsium non recte vertisse hanc vocem putat Gruppius [ib.]: „von Lehrs", inquit „fälschlich als „götterbeseligt" gedeutet." Cf. Schoe-mann-Lipsius, o. l. II, p. 158, 2.

[3]) Errare mihi videtur Gruppius Lübkerum haec exposuisse arbitratus; o. l. p. 14 Lübker enim haec profert: „Erstlich wird die einzelne, bestimmte Gottheit damit (voce δ. sc.) bezeichnet"; deinde p. 15: „die zweite Bedeutung zeigt uns den δαίμων so recht in seiner unmittel-baren Verbindung mit dem Menschen, mit seinem Handeln wie mit seinem Schicksal" ..... p. 16: „Ist der δαίμων," inquit, „nemlich erst einmal als der Complex der Verhältnisse und Zustände erschienen, der den Menschen treibt [Ai. 504], so ist der Schritt von dieser Bedeutung bis zu dem Resultate dieses über ihn gebietenden Willens oder Verhältnisses und

und wie es auch für andere Schriftsteller gezeigt werden kann." [1])

Rohde, Psyche II[4], [1907] p. 316,1 leviter tantum quaestionem illam attingit, cum disputat de daemone illo, qui apud Stoicos appellatur ὁ παρ' ἑκάστῳ δαίμων: „Die Ausdrucksweise und Vor-stellung" inquit, „lehnt sich vielmehr an das an, was verbreiteter Volksglaube von dem Schutzgeist des Menschen zu sagen wusste. . . . . : . Schon Plato redet (mit einem λέγεται) von dem δαίμων ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει . . . . . : *Phaedon* 107 D. Aber der Glaube muss viel älter sein; er spricht sich ziemlich deutlich aus in Pindars Worten *Ol.* 13, 27: (Ζεῦ πάτερ) Ξενοφῶντος εὔθυνε δαίμονος οὖρον, in denen der Uebergang zu der Bedeutung: Schicksal in dem Worte δαίμων noch nicht ganz gemacht ist, der dann (bei Tragikern u. a. Dichtern) sehr gewöhnlich gemacht wird, immer aber als vorausliegend den Glauben an solchen persönlichen dämonischen Lebensgenossen zu denken nöthigt, ohne dessen Vorangang er gar nicht geschehen konnte (δαίμων = πότμος *Pindar P.* 5, 114 f. und schon Theognis 161, 163. Wenn Heraklit sagt: ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων [*fr.* 121], so heisst ihm δαίμων das Lebensgeschick. Und ἦθος und Lebenslage zugleich bedeutet es dem Plato, *Rep.* 10, 617 D; οὐχ ὑμᾶς δαίμων λήξεται, ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε: wo die Herleitung dieser metony-mischen Anwendung des W. δαίμων aus dem Glauben an den persönlichen Specialdämon des Einzelnen noch sehr deutlich durch-scheint. Ähnlich [Lys.] *epitaph.* 78. Die Metonymie aber schon in der Ilias 8, 166 πάρος τοι δαίμονα δώσω = πότμον ἐφήσω)." [2])

Quae vir doctus Sam Wide, Griechische Religion [Gercke-Norden, o.l. II[2] (1912)], p. 174 sqq. de prisca daemonum religione, quae dicitur, explicat, licet per se considerata maximi sint momenti, hic non afferam, quippe quae ad religiones cognoscendas, non ad vocis δαίμονος vim perspiciendam pertineant.

Inter viros doctos quorum adhuc exposui sententias illud con-

seines dadurch bedingten Thuns ein sehr geringfügiger. Dann besonders kann δαίμων geradezu als Geschick, Fügung, Schicksal verstanden werden." Sententiam activam igitur ad vim passivam progressam esse putat Lübker, qui rationem Gruppii iudicio contrariam sequitur, cf. Berl. Zeitschr. f. G. W. 1853, p. 729.

[1]) Ib. p. 1091 Gruppius haec dicit.: „das Wort δαίμων, das zwar ur-sprünglich „Schicksal" in passivem Sinn bezeichnet zu haben scheint, aber nur selten in diesem Sinn gebraucht wird, wird doch ganz gewöhnlich mit possessiven Attributen verbunden. Waser, R.E. i. v. IV, c. 2010.

[2]) Viri docti Rohde, qui in numerum eorum, qui animismi disciplinae favent, est referendus [cf. Gr. Rel. p. 7 sq.], ea tantum affero, quae spectant ad vocem δαίμων metonymice usurpatam. Quid de prima vocis significatione censeat Rohde, non satis perspicuum esse mihi videtur [cf. Ps. I[1], p. 254, 2; II, p. 205, 5]; ideoque, quid de hac re sentiat, infra [vid. p. 35] commemorare non possum.

-venire apparet: vocem δαίμονα significare numen divinum infinitum, notione obscura conceptum, identidem hominibus inimicum; θεόν vero deum ad certae personae speciem conformatum. Quin etiam ad eum gradum divinitatis vocis δαίμονος sententiam effert Neu-häuser, ut primo initio ipsius summi numinis δαίμονα fuisse arbi-tretur appellationem.[1])

In horum virorum sententiis praevalere praecipuam δαίμονος vim divinam, unde alias significationes — „vitae sortem" dico et „numen medium" et „genium" et „mortui animam" — proficisci abritrentur, facile perspicitur. Contra alii religionum antiquarum origines ex animarum cultu ducentes,[2]) vocem q. e. δαίμων sic intellegunt, ut δαίμονα primo animam significasse, deinde numinis divini sententiam accepisse putent.

Schrader in libro, qui inscribitur „Reallexicon der Indo-Ger-manischen Altertumskunde" [Strassburg 1901], pp. 21—33 verba faciens de cultu eo, qui Germanice „Ahnenkultus" dicitur, quosdam commemorat daemones, quos Galli „Dusios" nuncupant; in eno-dando nomine q.e. dusio-s haec dicit [p. 28]: „Dieses altgall. dusio-s „unreiner Geist" hängt nun zweifellos zunächst mit lit. dusas „Dunst", altsl. duchu, „Atem", „Geist", dusa-Seele, dann weiter mit lit. dvasè-„Atem", „Geist", mhd. Getivâs zusammen . . . Mit hoher Wahrscheinlichkeit ist aber auch griech. θεός aus

[1]) Cf. supra p. 29 sq.

[2]) J. Lippert, Der Seelencult in seinen Beziehungen zur althebräischen Religion [Berlin 1881]; id., Religion der ureuropäischen Kulturvölker [1881]. Tylor, o.l. I. p. 426: „Animism is, in fact, the groundwork of the Philo-sophy of Religion, from that of savages up to that of civilized men. And although it may at first sight seem to afford but a bare and meagre definition of a minimum of religion, it will be found practically sufficient; for where the rost is, the branches will generally be produced." Pflei-derer, o.l. pp. 12; 15 sq. Rohde, Gr. Rel. p. 7 sqq. [cf. supra p. 34, 2]. Tiele, Hoofdtrekken der godsdienstwetenschap [v. Kampen & Zoon, Amsterdam 1901], p. 17. Chantepie de la Saussaye, Lehrbuch der Religionsgeschichte [Tübg. 1905], I[2], p. 13. M. W. De Visser, o. l. p. 3: „omnes cultus," inquit, „ex animismo effluxisse quivis (?) intelliget, qui de eius sensu meditatus erit." [cf. Rossbach, B. Ph. W. 1901, 1396 sqq.]. Samter, o.l. pp. 3; 12 sqq. Beloch, o. l. I, 1[2], c. VI: „Mythus und Religion." Wundt, Völkerpsychologie II, 3. Lübker, o. l. i. v. Mythologie, p. 696.

Cavendum esse ne nimium tribuatur religionibus illis, quae Germanice „Ahnenkulte" appellantur, putant: Ed. Meyer, o. l. I[3], 1, pp. 107 et 121 sq. Sam Wide, o. l. p. 173. Usener, o. l. p. 254. Gruppe, Burs. Jahresb. Supplementband 137 [1907]. p. 38. Cauer, Grundfragen der Homerkritik[2] [1909], p. 311. cf. G. Ch. Aalders, Sporen van Animisme in het oude Testament? [Kok, Kampen 1914], p. 9 sq.

Θϝεσο-ς „Gott" hieran zu knüpfen,[1]) so dass selbst die Kollektiv-bezeichnung der Olympischen Götter in jenem uralten Vorstellungs-kreis von Mahren und anderen Seelengeistern wurzelt.... Diese hier für θεός angesetzte Bedeutungsentwickelung von Seele, Gespenst, Geist zu Gott gewinnt nun an Wahrscheinlichkeit durch den Um-stand, dass zwei weitere, religionsgeschichtlich äusserst bedeutsame Bezeichnungen der Gottheit, nämlich das griech. δαίμων und das indische asura, einen ganz ähnlichen Weg vom Grabe zum Olympus zurückgelegt haben."

Pag. 29 unde vocem q. e. δαίμων derivatam esse putet, explicat: „Es steht daher", inquit, „nichts im Wege für δαίμων eine Grund-form *δασιμων anzusetzen, [2]) und den ersten Bestandteil dieses Wortes *δασι- unter Annahme eines bekannten Lautwandels dem lat. *lasi (lares, larium) „Geist eines Verstorbenen" zu vergleichen. Wie δαιτυμών einen bezeichnet, der mit dem Mahle zusammen-hängt, so muss die Grundbedeutung von *δασιμων .... die eines Wesens gewesen sein, das mit Seelen der Verstorbenen zusammen-hängt, dann Seele eines Verstorbenen selbst." [3])

Eadem fere ratione usus Germanice scripsit Krejci: „Über die ursprüngliche Bedeutung der griechischen Daimones."[4]) Quo modo rem diiudicari velit, satis apparet ex his: „Ich glaube," inquit, [p. 162], „dass die Erklärung nur auf dem Gebiete der vergleichenden Mythologie möglich ist."

Religionum aetates distinguit tres: „Die erste Periode bildet der Ahnen- oder Seelenkultus, die zweite der Geisterglaube. Vom Standpunkte der vergleichenden Mythologie ist anzunehmen, dass auch die Griechen, deren religiöse Vorstellungen, so weit die ältesten literarischen Denkmäler reichen, durchaus der dritten Periode, welche durch den Götterglauben charakterisirt ist, ange-hören, dass also auch die Griechen, die zwei ersten Stadien durch-gemacht haben. Spuren des ersten Stadiums erblicken wir im Heroencult, in verschiedenen Gebräuchen und Festen .... und dass auch die Griechen die zweite Stufe des gemeinsamen Ent-wicklungsprocesses durchgemacht haben, das verbürgt uns das Wort δαίμονες, welches unserer Meinung nach ursprünglich jene Geisterschaaren bedeutete, welche in jener Periode das ganze

[1]) Cf. Brugmann, Grundriss der vergleichenden Grammatik der Indo-Germanischen Sprachen, I² [1897], 1, p. 310. Joh. Schmidt, Zeitschr. f. vergl. Sprachforschung, XXXII (1893), p. 342; vide supra p. 23, 2.

[2]) Hanc coniecturam reicit Gruppius, Bursians Jahresbericht, Sup-plementband 137 [1907], p. 444; cf. ib. p. 52.

[3]) Cf. Schrader, o. l. pp. 669—684, i. v. Religion.

[4]) Zeitschr. f. Völkerpsychologie und Sprachwissenschaft, XV [1887], pp. 161—175.

Weltall beherrschten und durch deren Individualisirung erst die grossen Naturgottheiten entstanden."

Deinde commemorat K r e j č i aetatem illam, qua Graeci deos nomine carentes adorarent atque daemones Hesiodeos ad opinionem sustentandam insignes facit. Daemones illos genios esse dicit: „denn die allererste Funktion," inquit [p. 166], „der vergötterten Ahnen war die Sorge um ihr Geschlecht; diese Funktion ist eben der Keim aller religiösen Vorstellungen." Paulo post [p. 167] sic pergit: „Es kann, glaube ich, kein Zweifel bestehen, dass der Glaube an Geister .... im Volke noch bedeutend lange fortlebte."

Daemones plerumque numina inferiora significare putat, quippe quae essent proxima daemonibus illis, qui non ad superiorum deorum gradum pervenire potuissent [p. 168].

Eo quod antea daemones idem valerent ac dii posterioris aetatis, H o m e r u m promiscue usurpasse vocabula θεός et δαίμων. [1])

Daemoni porro inimici numinis naturam inesse, id quod sic explicat Krejči [p. 172]: „Diese Auffassung [de bonis et malis geniis sc.] wurde in der zweiten Periode [qua sc. daemonum opinio praevaleret] dermassen modificirt, dass man die Geister in gute und böse Daimonen teilte. In der dritten Periode [qua sc. deorum floreret cultus] wurden die guten Daimonen durch Individua-lisirung zu Göttern und Vertretern des guten Princips, wogegen die bösen unverändert ihres Amtes walteten .... deswegen lauern sie auf jeden Augenblick, wo die Götter ihre schützende Hand von den Menschen abziehen und die Unglücklichen werden ihrer Rache preisgegeben."

Huiusce notionis causam etiam ex animarum cultu repetendam esse putat K r e j č i: „Schon auf der ersten Stufe," inquit [p. 172], „hatten die vergötterten Ahnen ausser der Pflicht ihr Geschlecht zu schützen auch eine andere: den feindlichen Geschlechtern nach der bekannten Maxime, Unheil zuzubringen und umgekehrt wurde alles Unheil, ... der Wirkung feindlicher Ahnen zugeschrieben. [2]) Diese Auffassung .... walteten." [Vide supra].

Hac ratione δαίμων sortis vitae significationem accepisse illi videtur: „Aus dieser Vorstellung von unheilvoller Wirkung eines bösen Daimons entwickelte sich bei Späteren die Bedeutung:

[1]) P. 169: „Spuren dieser Übergangsperiode haben wir also in der erwähnten homerischen Gebrauchsweise zu erblicken. Wenn dieselbe Bedeutung bei den späteren z. B. in den hom. Hymnen, bei Herodot, bei Aischylos, Sophokles u. A. vorkommt, ist sie homerisch, d. i. durch Nachahmung der homerischen Diktion entstanden."

[2]) Cf. T y l o r, o. l. II, c. XIV.

Schicksal, Los; denn es wurde ursprünglich darunter das dem Menschen praedestinirte Unglück verstanden." [1])

Circumspectis rebus omnibus rationibusque subductis hanc di--sputationum summam facit [p. 175]: „Unsere Meinung geht dahin, dass δαίμονες ursprünglich jene Geister waren, welche aus den vergötterten Ahnen entstanden, und dass sich diese Bedeutung aus den Resten der älteren Religionsvorstellungen, aus der Etymo--logie [2]) und Variation der Bedeutung in der Literatur feststellen lässt."

Haec quidem ille.

Hi viri docti igitur, qui animismi disciplinae favent, vocem δαίμονα ita intellegunt, ut vocabulum, cui proprie animae inesset vis, per temporum cursum abiret in numinis divini sententiam, quin etiam in deorum superiorum appellationem. Rationem igitur sequuntur contrariam eorum rationi, qui δαίμονι divini numinis sententiam a primo initio adiudicant.

In multas ac varias quas exposui sententias optime cadunt ea, quae dicit Kröcher in initio operis, quod inscribitur „Der ho--merische Dämon",[3]) virorum doctorum conata cavillans ac deridens: „das kleine Menschengeslecht ist es, das Jahrhunderte hindurch mit seinem Witz und seiner Weisheit an ihm (daemoni sc.) herum--zerrt und rupft, so lange, bis aus dem mächtig waltenden Gott ein ohnmächtiger, armseliger Geist, aus dem lichten Himmelswesen ein finsterer, unheimlicher Geselle geworden ist, ein Teufel."

Brevi denique comprehendamus controversias, quas de voce q.e. δαίμων ortas esse vidimus: utrum δαίμων proprie significet numen divinum an mortui animum, est quaestio; deinde utrum δαίμονος natura sit benevola an infensa; porro utrum verbo proprie insit vis activa an passiva.

Litterarum monumenta, quae ad quaestiones solvendas sunt per--scrutanda, tanta ubertate suppeditant, ut disputationem nullis certis terminis definire et circumscribere non possim.

Idcirco mihi propositum est inquirere, quae sententia apud Homerum insit voci q.e. δαίμων. Homerus vetustissimorum graeci ingenii monumentorum auctor habetur. [1])

[1]) Unde haec sciat non exponit Krejči.

[2]) Virum doctum Vaniček secutus, vocem a radice quae est div-, diu-, daivas, ductam esse putat Krejči, „das passt ganz gut," inquit, „zur Vorstellung von den vergötterten Ahnen." [p. 175]

[3]) Programm der Städtischen Real-Lehranstalt zu Stettin [1876].

[4]) Bergk, Griechische Literaturgeschichte [Berlin Weidmann 1872], I, p. 441: „Die Homerischen Gedichte", inquit, „sind das älteste Denkmal und zugleich das Höchste, was der Griechische Geist geschaffen .... wie

Ab illius carminibus proficiscendum esse, nemo non concedet: ab his enim significationes principales sunt referendae. [1])

De Homero et Hesiodo notissima Herodoti haec afferre liceat [II, 53, ed. Wiedemann, 1890]: οὗτοι δέ εἰσιν οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντες, quae quidem ita sunt intellegenda, ut Homerus et Hesiodus deorum nomina et figuras, quales iam ante illorum aetatem sibi fingerent homines, eorumque honores et munera, antea non definita et ambigua, certa ratione circumscripserint stabiliaque finxerint. [2])

Ab Homero igitur quasi capite haec disputatio ducitur, dum-modo teneatur religionem ad aetatem Homerum antecedentem redire, quo fit, ut praeter litteras etiam historia religionis sit re-spicienda.

Quae antiqui grammatici de vocis δαίμων apud Homerum usu exposuerunt non multum valent.

Haec tantum habeo quae afferam:

Apollonii Sophistae [3]) Lexicon Homericum [ex recensione I. Bekkeri 1833], p. 56, haec habet:

δαίμονες οἱ θεοὶ οἱονεὶ δαήμονες ὄντες· οἱ γὰρ θεοὶ πάντα ἴσασιν. ἢ ὅτι πάντα μερίζουσιν ἀπὸ τοῦ δάσασθαι.

Pollux, [4]) Onomast. I, § 5 [ed. Bethe] haec profert:

Θεὸς καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες· οὕτω γὰρ Ὁμήρῳ (A 222) [δοκεῖ δαίμονας καλεῖν τοὺς θεούς] . . . . ἐπειδὴ τῆς αὐτῆς χρείας τὸ θεῖον καὶ [τὸ] δαιμόνιον.

Scholia in Homerum [ed. Dindorf], δαίμονα = θεόν inter-pretantur:

Schol. A ad A 222 haec annotat: οὕτως δαίμονας καλεῖ τοὺς θεοὺς ἤτοι ὅτι δαήμονες [ἔμπειροι γὰρ καὶ ἴδριες πάντων αὐτοί εἰσιν] ἢ ὅτι διαιτηταί εἰσι καὶ διοικηταὶ τῶν ἀνθρώπων, sqq. [5])

---

er seine Vorgänger völlig verdunkelt, so ist er für die Späteren leuch-tendes Vorbild." Gruppe, o.l. II, p. 1044. Bethe, Die griechische Poesie [Gercke-Norden, o.l. I² (1912)], pp. 131, 137, 295. Wac-kernagel, Die Griechische Sprache, [Die Kultur der Gegenwart, I, VIII³], p. 380 sq.

[1]) Hild, o. l. p. 9 in initio. A Neuhäusero Homerus dicitur „antiquissimus verborum significationis testis et quasi praeceptor" [o. l. p. 22]. Cf. Rohde, Psyche I⁴. pp. 2; 13. Kröcher, o. l. p. 1.

[2]) Gerhard, o. l. p. 237. Schoemann-Lipsius, o. l. II, p. 140. Usener, o.l. p. 278 sq. Pfleiderer, o.l. pp. 170; 177. Sam Wide, o. l. p. 171. Helbig, Das homerische Epos aus den Denkmälern erläu-tert [Leipzig 1884], p. 315. De Visser, o.l. p. 255, 1. Cauer, o.l. p. 343 sq. René Dussaud, Les civilisations préhelléniques dans le bassin de la mer Egèe [Paris 1910], p. 254.

[3]) Vide supra p. 26, 3. [4]) Vide supra p. 25. [5]) Vide supra p. 26, 3.

Schol. B ad l. eadem fere exponit.

Schol. T ad O 403: σὺν δαίμονι] ἐφαψομένου θεοῦ.

Schol. T ad O 418: ἐπέλασσέ γε δαίμων] θεῷ ἀναφέρει.

Schol. A ad P 98: πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι] πρὸς θεὸν μάχεται. . . . ἄλλως· τοῖς θεοῖς ἐναντιοῦσθαι οὐ βούλεται. . . . παρὰ θεοῦ γνώμην. Schol. B et T ad l. idem fere proferunt.

Schol. T ad Φ 227: δαίμονι ἶσος] ἀκμῆς ὡς θεός.

Schol. B ad δ 274 sq. κελευσέμεναι δέ σ' ἔμελλε δαίμων] προτρέψαι δέ σε ἐῴκει ὁ θεός.

Schol. P Q T ad ε 421: κῆτος ἐπισσεύῃ μέγα δαίμων] διὰ γὰρ τὴν τοῦ θεοῦ ἐπήρειαν πάντα δεινὰ προσδοκᾷ.

De Eustathii commentariis iam supra [p. 27 sq.] copiose disputavi, ut prorsus nihil habeam quod addam.

Hisce grammaticorum testimoniis denique adicienda esse mihi videntur ea, quae de Homero protulit Plutarchus [de def. or. c. 10]: Ἑλλήνων δέ, inquit, Ὅμηρος μὲν φαίνεται κοινῶς ἀμφοτέροις χρώμενος τοῖς ὀνόμασι, καὶ τοὺς θεοὺς ἔστιν ὅτε δαίμονας προσαγορεύων.

Ex his testimoniis colligendum est, antiquos grammaticos aequalibus suis, quibus δαίμων esset numen medium aut dei inferioris appellatio, Homericum sermonem sibi explicandum putasse, id quod minime supervacaneum fuisse videtur, si memineris, quanta apud posteriores variae vocis δ. sententiae oblivione essent obrutae.[1])

Multo plus ad argumentum habent momenti recentiorum sententiae. Imprimis commemoranda sunt ea, quae profert Doederlein, Homer. Gloss. III No. 2471, p. 338:

„Δαίμων ist," inquit, „das substantivirte Particip δαιόμενος . . . und bezeichnet den Gott, der die Gaben und Loose austheilt; Δαίμονες heissen die Gottheiten bloss als mächtige und dadurch furchtbare Wesen, θεοί aber zugleich als weise, auch wohl gütige Wesen";

Paulo post sic pergit: „Wie die Moira vorzugsweise als ein feindseliges Wesen gilt, ... , so auch der synonyme Göttername δαίμων."

Doederlein igitur δαίμονι vim activam atque infensam adiudicat.

Secundum Ebelingium, Lex. Homer., i. v. δαίμων, hae sunt significationes vocis q.e. δαίμων:

1. „certus quidam deus;

2. deus quidam, qui quis sit ignoramus, etiam universe numen divinum, quo sors impertitur hominibus."

[1]) Cf. e. gr. Max. Tyr. Dissert. XIV, 5, qui ut daemones i. e. media numina esse probet, Homeri affert locos, quibus poëta deos δαίμονας appellat. Maxime patres ecclesiae hoc errore ductos esse Tambornino exponit o. l. p. 71. Vide supra p. 19, 2.

Quid Autenrieth in tertia editione operis viri docti Nägels-bach, quod inscribitur „Homerische Theologie" de voce δαίμων in Homerico sermone exponat, paucis monere liceat:

Eo quod dii ipsi homines in errorem inducere putentur, voce quae est Ἄτη apud Homerum nondum significari putat numen malum ceteris diis oppositum, cuius proprium sit mala efficere, „was sich," inquit, [o.l. p. 74] „in der Fortbildung des griechischen Gottesbewusstseins erst verhältnismässig spät entwickelt hat, nämlich die feste Unterscheidung eines böse wirkenden Dämonischen neben dem Göttlichen. [1])

Von dieser Vorstellung finden sich beim Dichter erst die Keime vor, einmal insofern, als mit dem Worte δαίμων ziemlich oft die böse und schädlich wirkende Gottheit bezeichnet wird, zweitens in dem niemals in gutem Sinne wie θεῖος gebrauchten Adjektivum δαιμόνιος."

Quid sibi velit vox δαίμων apud Homerum, sic exponit: „δαίμων," inquit, „ist die Gottheit im guten und schlimmen Sinn, bedeutet nach seinem Suffix 1) die Gottheit in concreto, die ebenerwähnte oder bekannte": deinde nonnullos affert locos, quibus δαίμων et θεός idem valere aut inter se differre putat, qui in singulis recensendis locis postea commemorabuntur. Deinde sic pergit: „So kann der δαίμων auch der austeilende Gott sein, der den Sieg entscheidet — der Unglück sendet — das Schiksal spendet (hier ist wohl an Zeus gedacht). In den meisten Fällen ist eine bestimmte Gottheit gemeint, wenn auch nicht genannt; daher leicht der Eindruck entsteht, als ob das numen divinum mit δαίμων oder δαίμονες bezeichnet wäre." [2])

Ad summam haec [p. 75]: „Will man", inquit, „nun einen Unterschied zwischen θεός und δαίμων aufstellen, so scheint er

[1]) Nachhom. Theol. p. 114 sq.

[2]) In editione secunda p. 72 de hoc argumento non prorsus eadem exponuntur; singulis locis, quibus δαιμων et θεός idem valere aut inter se differre dicuntur, allatis: „so sieht man deutlich," inquit, „dass sich δαιμων zu θεος wie numen zu persona divina verhält." [in annotatione additur: „In Il. XXIV. 258: Ἕκτορα δ' ὡς θεὸς ἔσκε μετ' ἀνδράσιν könnte nicht δαίμων stehn."] Deinde de δαίμονος natura sic pergit: „ingleichen dass es, als um Schlimmes zu bedeuten eines στυγερός benötigt, ursprünglich nicht in malam partem genommen wurde ..... In diesem Sinne für numen divinum, voluntas divina, ohne Beimischung des Nebenbegriffes von gütig und böse, finden wir das Wort in der Ilias sechsmal, in der Odyssee elfmal. Mit dem Nebenbegriffe des gütigen, gnädigen steht es in der I. zweimal [p. 73], in der Od. dagegen in keiner entscheidenden Stelle. Aber mit dem entgegengesetzten Nebenbegriffe lesen wir es in der I. zehnmal in der Formel ἐπέσσυτο δαίμονι ἶσος [novem tantum locis legitur!] .... in der Od. vollends zwanzigmal, theils mit den Beiwörtern στυγερός, κακός, χαλεπός, theils ohne dieselben."

darin zu bestehen, dass letzteres vorwiegend die Götter nach ihrer Einwirkung auf die Menschen und deren Geschicke bezeichnet; [1]) so schon Nitzsch z. Od. II 135—137." Cetera iam supra exposui [p. 30].

Nonnulla viri docti Nitzsch, passim laudata, non afferre non possum, quippe cuius sententia in carminibus Homericis recensendis a multis plurimi haberi soleat. In commentariis ad Odysseam I, p. 89: voces δαίμων et θεός promiscue ab Homero usurpari concedit Nitzsch, qui tamen apud Homerum vocabulis non prorsus eandem vim subiectam esse censet. „Am kenntlichsten ist er [der unterscheidende Grundbegriff sc.] im Gebrauche der Adjectiven θεῖος und δαιμόνιος, von denen jenes das Göttliche als die höhere Trefflichkeit einer über das gemeine menschliche Mass begabten Natur, dieses dasselbe als das eine unbegriffene Macht Ankündigende, als das Staunen und somit auch leicht Furcht Erregende bezeichnet."

Quod idem alio loco [II, p. 64], variatis tantum verbis, sic profert: „Das Wort [δαίμων sc.] bezeichnet die Gottheit mehr subjektiv, die in ihren Wirkungen erkannte, die Wunder oder ausserordentliches Wirkende." Et [III, p. 391]: „eigentlich", inquit, „bezeichnet es bei Homer nur das göttliche Wirken überhaupt, das Wirken der höheren Macht, die dem Menschen dunkel und unbegriffen sich kund giebt."

Nitzsch igitur vocem δαίμων sic intellegit, ut meram vim divinam significet. [2])

Nitzschio assentitur Ukert, in opere, quod inscribitur: „Über Dämonen, Heroen und Genien" [Leipzig, Weidmann 1850], p. 140, ubi et alia profert et haec: „Wenn vom Essen, Trinken, Schlafen, Liebesgenuss u.s.w. . . . . . die Rede ist, so heissen sie Θεοί, als solche haben sie Kinder, selbst mit Sterblichen, nie wird in Verhältnissen der Art Δαίμων gebraucht, das häufig auf das Geisterartige, in Worten nicht Fassliche geht."

Deinde [p. 142] de δαίμονος natura: „Wenn ein Gott Verderben bringt", inquit, „bösen Rath ertheilt, so wird er Δαίμων genannt. In einer Stelle [3]) bezeichnet der Ausdruck Tod und Unheil."

Item Gerhard, in opere, quod inscribitur „Über Wesen, Verwantschaft und Ursprung der Dämonen und Genien" [Abhandl. der Berl. Ak. 1852], p. 238 apud Homerum eandem rationem inter

[1]) Eiusdem fere sententiae est Waser R.E. l. l.: „θεός mehr die Persönlichkeit eines Gottes, wie dieselbe durch Cultus und Mythologie bestimmter umschrieben war, δαίμων dagegen mehr: seine im Leben und in der Natur hervortretende Macht und Wirkung ausdrückt. Deutlicher noch offenbart sich der Unterschied in den Derivata θεῖος und δαιμόνιος." Cf. v. Sybel, M.L. l. l.

[2]) Supra p. 30, 4 sententias attuli virorum doctorum, qui universe eodem fere modo inter δαίμονα et θεόν distinguunt.

[3]) Θ 166.

θεόν et δαίμονα intercedere putat atque inter deum et numen: „nicht anders", inquit, „als wie die verschiedenen Anschauungen einer und derselbigen Gottheit bald ihre Person bald ihr Wesen, ... , be-treffen, sind auch die entsprechenden Ausdrücke im Wechsel-verhältnis fein unterscheidender Synonymik einander gleich." In annotatione 6 haec profert: „Verschieden von θεός ist δαίμων in der von der Gottheit abgelösten Bedeutung (?) eines waltenden Schicksalgeistes, der teils allgemein, teils freundlich oder feindlich gefasst wird . . . . nebenher geht δαίμων als Ausdruck des Geschickes selbst im hom. πάρος τοι δαίμονα δώσω [Θ 166] und in manchem späteren Sprachgebrauch." Postquam refutavit id, quod Ukert[1]) de δαίμονος natura censet, sic pergit Gerhard:

„Selbständig als eine von der Gottheit getrennte, obwohl entfernt abhängige Persönlichkeit den homerischen Δαίμων auf zu fassen sind wir nirgend schlechthin berechtigt", quod idem Nägelsbach putat.[2]) Numina media, „dienende Mittelwesen' qui dicuntur, ab Homero aliena fuisse docet Gerhard. Varias igitur tangit quaestiones: quid intersit inter δαίμονα et θεόν exponit; de δαίμονος natura disputat, iam apud Homerum vocem vi passiva usurpatam esse ostendit neque quaestionem de numinibus mediis omittit.

Neuhäuser, quem δαίμονα summi numinis divini appellati-onem duxisse supra ostendimus [p. 30], in disputatione de Graecorum Daemonibus [Berolini 1857], p. 17: „Apud Homerum igitur," inquit, „δαίμων primum est universa vis ac voluntas divina, una notione comprehensa, expressaque in eo est obscura quaedam cogitatio unius ac summi numinis, quod singulorum deorum numina in se quasi coniungat . . ." Paulo post [p. 18]: „Interdum enim," inquit, „δαίμων nihil est nisi notio generalior, universam com-plectens divinitatem . . . Interdum autem aperte ac dilucide ita in-ducitur, ut omnium deorum coniuncta et in unum collecta potestas eius vim efficiat diique singuli quasi aliquam eius partem ostendant. Atque in hac notione accidit, ut singulis diis anteponatur habeatque vim illis superiorem." Id quod nonnullis exemplis illustrare conatur Neuhäuser [p. 18 sq.].

Deinde sic pergit [p. 21]: „Itaque si ab Hesiodo aliisque multis serioris aetatis scriptoribus δαίμονες deorum administri dicuntur, apud Homerum dii potius δαίμονος administri sunt eiusque supre-mam vim ac voluntatem exsequuntur."

Locum Θ 166 πάρος τοι δαίμονα δώσω, qui multas virorum doctorum coniecturas elicuit, sic explicat [p. 20]: „pro ipso fato, non constituto eo sed constituenti, δαίμονα dici licebat; atque inde explicatur, qua ratione Hector Diomedi se „δαίμονα δώσειν" dicere

---

[1]) Vide supra p. 42.
[2]) Vide supra p. 41.

potuerit. Daturum quidem ei se dicit letum; sed pro leto eam ponit vim, quae, ut fata omnia, sic etiam mortem afferat."

Neuhäuser igitur a voce δαίμων propriam vim passivam abiudicat.[1])

Magna ex parte de δαίμονος natura, quae apud Homerum cognoscitur, cum Neuhäusero consentit Wahrmund,[2]) qui in commentatione, quae inscribitur „Über den Begriff δαίμων in seiner geschichtlichen Entwickelung,[3]) p. 764 haec profert:

„der δαίμων ist bei Homer noch die absolute und dem menschlichen Verständnis unvermittelte Schicksalsmacht, allein es ist auch schon der erste Schritt geschehen, dieselbe dem menschlichen Verständnis zu nähern, denn die θεοί, welche als ἀνθρωποφυεῖς und ἀνθρωποειδεῖς nach Motiven handeln, welche dem Menschen verständlich sind, erscheinen als Vermittler der Geschicke, und heissen in sofern δαίμονες." Wahrmund igitur cum Neuhäusero deos δαίμονος administros esse censet. Postea, ubi inquirit, quid δαίμων apud Aeschylum significet [p. 770] atque incertam δαίμονος vim exponit, approbat ea, quae dicit Nägelsbach,[4]) „dass dem Wort schon von Homer an die Neigung inwohnt, diejenige dunkle Macht zu bezeichnen, welche in's Leben verderblich eingreift. . . . . Geradezu in der Bedeutung von Tod und Verderben steht das Wort Aesch. Sept. 812, Pers. 921 (So schon einmal bei Homer Il. VIII, 166 πάρος τοι δαίμονα δώσω)." Hic igitur voci vim passivam adiudicat.

Longe aliter de daemone Homerico iudicat vir doctus Cuntz: Περὶ δαίμονος Ὁμηρικοῦ [5]) p. 4: „Iam vero in definienda et circumscribenda," inquit, „δαίμονος vi et natura Odyssea plane separanda est ab Iliade. In Odyssea δαίμων est Deus ille, cuius natura certis quibusdam finibus nondum est limitata, ... sed δαίμων communis omnium rerum est numen, nomine proprio et praecipuo nondum addito."

[1]) Id postea [p. 35] asseverat Neuhäuser, cum dicit: „Denique δαίμων, ... , etiam vim fatalem in numinis divini voluntate positam et per translationem ipsum fatum significare potest, dummodo teneas, semper magis respici vim efficientem quam quod ab ea effectum sit. Ita ut, si quis de daemone suo conqueratur, non proprie de sorte sua, sed potius de numinis divini ea vi, quae hanc sortem efficiat, conqueri videatur."

[2]) Is quis eorum commentationes inter se contulerit, iure mirabitur virum doctum Wahrmund ex Neuhäuseri opere ea tantum se nosse dicere, quae Welcker [o. l. I, 731] commemoraverit [cf. o. l. p. 761, 1]. Mirum in modum enim inter se consentiunt.

[3]) Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien [1859], pp. 761—783.

[4]) Nachhom. Theol. p. 115. Vide supra p. 30.

[5]) Wiesbaden - Gymnas. Programm [1858].

De quaestione utrum δαίμων sit numen benevolum an infensum haec censet: „Omnibus fere locis [in Odyssea sc.] bonum est numen, hominibus propitium, aliquot modo locis iracundum idemque benevolum, quod corrigendo et castigando ad bene beateque vivendum ducere studeat mortales."

Postquam vocis δαίμονος in Iliade sententiam in iudicium vocavit, sic pergit [p. 7]: „Quid redundet ex hisce locis apparet, daemonem in Iliade iam colore aliquo suffundi, quo cum omnibus Diis tribuatur epitheton, tum in variam et malam verbi significationem paullatim transire videatur, qua subinde utuntur Plato aliique."

Inquisitione ad finem perducta sic colligit [p. 8]: „finem imponere liceat disquisitioni nostrae et inde iudicium feramus, quo nihil potest esse luculentius, F. A. Wolfium secuti, Odysseam aliquo tempore ante Iliadem esse ortam et utrumque carmen ab uno eodemque auctore non esse confectum."

Plane dissidet igitur Cuntzius a viris doctis, quorum sententias adhuc exposui. Omnino naturam hominibus propitiam assignat δαίμονι, quin etiam ex vario in utroque carmine vocis usu colligendum esse putat Odysseam antecedere Iliadem neque unum eundemque poëtam haec carmina composuisse.

Pluris habenda sunt ea, quae exponit Kröcher opere, quod inscribitur „Der Homerische Dämon."[1])

Item Kröcher de voce δαίμων multo aliter iudicat atque Nitzsch, Ukert alii, qui imprimis numen quoddam incertum non artius circumscriptum significari putant voce q.e. δαίμων, cuius sententia identidem in malam partem sit accipienda.

„Häufig denkt man sich," inquit [p. 3], „nun auch noch neuer--dings, besonders seit dem Vorgange von Nitzsch, die Sache so, dass δαίμων bei Homer eigentlich nur das göttliche Wirken über--haupt, eine dunkle höhere Macht bezeichne, die nur aus ihren Wirkungen erkannt werde, mithin kein persönliches Einzelwesen sei, sondern sich zu θεός verhalte wie numen zu persona divina .....Diese Ansicht, wenigstens für die Ilias, trifft nicht ganz zu."

Esse argumenta, quae illorum sententias confirment, non negat Kröcher: „an einer gewissen Berechtigung für die unpersönliche Auffassung fehlt es demnach allerdings nicht." [p. 4].

Postquam multos locos diligentius examinavit, sic concludit idem ille [p. 6]: „Ein triftiger Grund, an der Persönlichkeit desselben zu zweifeln, ist somit für die Ilias wenigstens nicht vorhanden."

De Odyssea sic iudicat Kröcher [p. 6]: „In der Odyssee ist die Persönlichkeit des δαίμων nicht so bestimmt und ausgeprägt als in der Ilias ..... allein die Berechtigung zu dem Urtheil, dass der

[1]) Programm der Städtischen Real-Lehranstalt zu Stettin [1876], no. 110.

δαίμων eine unpersönliche Macht sei, [ist] auch hier nicht zuzugeben" . . . paulo post [p. 8] : „In der Odyssee," inquit, „steht es mit den Beweisen für die Unpersönlichkeit des δαίμων ziemlich schwach." [p. 8] . . . . Deinde locis examinatis ita concludit [p. 9] : „auch in der Odyssee [ist] eine unverkennbare Vorliebe für die Persönlichkeit des δαίμων."

Denique circumspectis rebus omnibus rationibusque subductis hanc disputationum summam facit [p. 12] : „Die Ansicht, der homerische Dämon bezeichne eigentlich nur das göttliche Wirken überhaupt, sei vorwiegend eine dunkle höhere Macht und werde erst in zweiter Linie im Sinne eines persönlichen Gottes gebraucht, entbehrt jedweder Begründung. Die Sache verhält sich vielmehr geradezu umgekehrt . . . . . Demnach geht unser Urteil denn dahin, dass δαίμων bei Homer ganz wie θεός zunächst ausschliesslich einen einzelnen persönlichen Gott bedeute[1]) und nur zuweilen gleich jenem auch in den allgemeineren Begriff der Gottheit übergehe."

Interesse tamen inter δαίμονα et θεόν non negat K r ö c h e r : „Ein Unterschied", inquit [p. 15], „ist allerdings vorhanden . . . . . Er (δαίμων sc.) ist eben mit einem Worte weniger persönlich gedacht als der θεός und bezeichnet den einzelnen Gott nicht wie dieser, so weit er eine durch Cultus und Mythologie bestimmt umschriebene Persönlichkeit ist, sondern als Träger der im Menschenleben und in der Natur hervortretenden göttlichen Macht und Wirkung."

Utrum daemonis natura sit hominibus inimica necne, sic iudicat [p. 15] : „Von einer besonders gehässigen Stimmung des δαίμων gegen die Menschenwelt ist somit ebensowenig die Rede . . . . . Wie der θεός bald Glück, bald Unglück sendet, bald von Liebe, bald von Hass bewegt wird, so nicht anders auch der δαίμων." De hac re igitur L e h r s i o assentitur K r ö c h e r.[2])

Sententiis supra expositis ea quoque sunt adicienda, quae profert F i n s l e r in opere, quod inscribitur „Homer" I² [1913], pp. 268—270.[3]) Facere non possumus, quin de his quoque agamus.

„Neben den Göttern", inquit [p. 268], „werden oft Dämonen genannt. Wenn sie, ... , in der Mehrzal auftreten, so sind sie von den Göttern nicht zu unterscheiden."

Θ 166 [πάρος τοι δαίμονα δώσω] δαίμονα mortem, P 98, 104 [πρὸς δαίμονα μάχεσθαι] δαίμονα fatum significare putat F i n s l e r.

[1]) Idem fere censet A u t e n r i e t h, o. l. p. 74 : „ In den meisten Fällen ist eine bestimmte Gottheit gemeint, wenn auch nicht genannt." Vide supra p. 41.

[2]) Vide supra p. 31. De C u n t z i i sententia K r ö c h e r : „Gerade zu wunderbar ist es," inquit [p. 14], „wenn Prof. Cuntz zu dem Resultat gelangt, dass der δαίμων in der Od. fast überall eine gute, dem Menschen gnädige Gottheit sei."

[3]) H o m e r, Erster Teil², Der Dichter und seine Welt [Teubner 1913].

De locutione δαίμονι ἶσος haec dicit [p. 269]: „Hier kann man nicht unter dem Dämon einen Gott verstehen, denn das gäbe ein ganz unklares Bild ..... Der Dämon ist eine Macht für sich, ein Geist, der nie in Menschengestalt, nie sprechend vorgestellt ist, sondern immer in einem geheimnisvollen Dunkel bleibt. Er tritt meistens schädigend, seltener freundlich auf."

Qua ratione, quid inter δαίμονα ac θεόν intersit, cognoscatur, sic explicat [p. 269]: „Den Unterschied zwischen Gott und Dämon erkennt man am besten in den Stellen, wo beide Ausdrücke neben-einander stehen [1]..... Prächtig heben sich die Unterschiede ab, wenn sie durch den Standpunkt der sprechenden Personen bedingt werden." [2])

Deinde, multis locis ex Odyssea allatis, quibus δαίμονα numen obscurum, infensum esse, putat, sic pergit [p. 270]: „Dasz sich die Grenzen zwischen Gott und Dämon gelegentlich verwischen, liegt in der Natur der Sache. Aber ein mit Namen genannter Gott wird in den unserer Darstellung zu grunde liegenden Partien nie als Dämon bezeichnet ..... Die echte Bedeutung des Wortes hat sich in dem Adjektiv daimónios unversehrt erhalten. Es bedeutet einen, von dem ein Dämon Besitz genommen hat, einen Besessenen."

Postremam hic affero commentationem viri docti Jörgensen, quae inscribitur: „Das Auftreten der Götter in den Büchern ι-μ der Odyssee", [3]) e quibus, ne longior sim, hinc atque illinc nonnulla carpam et eligam. P. 363 haec scribit: „die Götter also, die in ι-μ die Handlung leiten, werden unter folgenden 4 Benennungen erwähnt: θεός, δαίμων, θεοί, Ζεύς. Das sind aber in der konven-tionellen Sprache des Dichters nur 4 Namen für dasselbe."

P. 364: „Der Dichter macht also zwischen sich selbst und den Personen, die er als redend einführt, den Unterschied, dass diese die Persönlichkeit der eingreifenden Gottheit gewöhnlich nicht erkennen, während er selber stets aufs genaueste weiss, ob etwa Athena oder Hera das betreffende Wunder gemacht hat."

Deinde locos affert, quibus ostendatur, qua ratione inter se dif-ferant ea, quae poëta ipse narret et ea, quae homines, quos loquentes facit, dicere soleant. Unde ita colligit Jörgensen [p. 366]: „zwischen den Reden und der Erzählung des Homers [ist] ein bestimmter Unterschied in der Erwähnung der göttlichen Mächte."

[1]) Affert Φ 47 et 93: „Der Dichter," inquit, „sieht in dem Ereignis eine höhere [θεόν sc.], Lykaon eine feindselige Macht [δαίμονα sc.]."

[2]) Cf. O 467 sq. [δαίμων], 473 [θεός], 499 [Διόθεν].

[3]) Hermes 39 [1904], pp. 357—382. De hoc opere infra [p. 52 sq.] fusius sermo erit. Cf. Cauer, Grundfragen² [1909], p. 334. Dietrich Mülder, [Bursians Jahresbericht, Band 161 (1913)], Bericht über die Literatur zu Homer 1902—1911, p. 105 sq.

P. 369 haec: „Wenn also der Dichter der Apologe von θεός, δαίμων, θεοί oder Ζεύς spricht, muss der Leser aus seiner durch die früheren Partieen des Gedichtes gewonnenen Kenntniss den Namen des individuellen Gottes ergänzen; wenn die Gottheit freundlich gesinnt ist, heisst sie Athene, wenn feindlich Poseidon."

Haec magni aestimanda esse in carminibus epicis examinandis, nemo non concedet. Is qui haec consideraverit, iure quaeret, num recte iudicaverit Finsler de usu vocabulorum δαίμων et θεός in oratione recta. [1])

Haec omnia cum ad sequentia non parvi fore momenti arbitrarer, paulo uberius tractavi, quamquam superiorem longius, quam voluerim, fluxisse orationem non nego.

In disquisitione, quas de Homerico daemone exposui sententiarum, eodem fere revolvimur atque in examinanda universa daemonis significatione.

In quaestionem vocanda sunt haec:

quae sit apud Homerum propria δαίμονος natura;

utrum δαίμων significet certum quendam deum an incertum numen divinum;

quae ratio intercedat inter δαίμονα et θεόν;

utrum porro voci δαίμων insit vis passiva necne;

denique utrum δαίμων sit numen benevolum an infensum.

In hac disputatione praecipue id ago, ut ex litteris ipsis et e verborum contextu usus ac significatio vocis q. e. δαίμων planius cognoscatur. [2]) Hac ratione, quae ad id temporis nimis neglecta esse videtur, Homeri locis subtilius examinatis, fore ut nonnulla adhuc incerta perspicua fiant spero.

Quae de voce q.e. δαίμων praefatus sum hunc habeant terminum.

---

[1]) Supra p. 47.

[2]) Cf. Alfred Gercke, Methodik [Gercke-Norden o.l. I^2 (1912)], p. 57: „Die sprachlich-grammatische Auslegung ist die Grundlage alles Verständnisses, weil nur die Sprache den Ausdruck der Gedanken ermöglicht."

CAPUT I.

Quo agitur de via ac ratione in inquirenda vocis significatione ineunda.

Priusquam enumerentur et inquirantur loci, quibus vox δαίμων invenitur, nonnulla exhibere liceat de via ac ratione in inquirenda vocis significatione ineunda.

Doctrina, quae semasiologia dicitur, id maxime agit, ut quaeratur quaenam sit propria vis vocabuli; deinde ut investigetur, qua ratione aliae significationes, cum eae, quae angustius valeant, tum quae latius pateant, exstiterint. [1])

Neque ipsum vocabulum tantum spectes, sed consideranda sunt praeterea verba varia quibuscum illud coniungatur aliaque vocabula, quae iisdem verbis adiciantur. Verba quae idem significant et verba cognominata ac derivata sunt conferenda, quibus vis vocis, de qua agitur, illustretur. Neque fieri non potest, ut vocabulum quoddam e contrario planius dignoscatur, itaque nec verba contraria sunt neglegenda. Praeterea sententiae illae, quae ex verborum usu pendent, sententias secundarias dico, ad significationem explanandam sua habent momenta.

Poëta deinde, quippe qui certam metri normam observare debeat itaque certis teneatur finibus, illa verba adhibere solet, quae maxime in certum metrum quadrent, quo fit, ut aliud verbum alii praeferatur, quin etiam verbum, quo uti maluerit poëta, omitti necesse sit. [2]) Id ipsum maxime petierunt poëtae epici, ut illa vocabula illumque verborum contextum eligerent, quae hexametro aptissima esse viderentur, ut haec: δαίμονι ἶσος, [3]) δαίμονος αἴσῃ, [4]) κάμβαλε

[1]) Cf. Paul Kretschmer, Sprache [Gercke-Norden, o.l. I² (1912)], p. 500 sqq. Cohn, Theorie der Griech. Lexikographie [I. v. Müller's Handbuch II, 1], p. 729 sq. Theod. Birt, Kritik und Hermeneutik [I. v. Müller's Handb. I, 3 (1913)], p. 53 sq. J. Woltjer. Het woord, zijn oorsprong en zijne uitlegging [Amsterdam 1908], p. 48 sq.

[2]) J. Woltjer, o. l. p. 42, Birt, o. l. p. 58. Dietrich Mülder, [Bursians Jahresbericht, B. 157 (1912)], p. 319. Paul Cauer, Grundfragen² [1909], p. 401 sqq. Gercke, Methodik [Gercke-Norden, o. l. I² (1912)], p. 59 sq.

[3]) E 438, 459, 884. Π 705, 786. Υ [447], 493. Φ 18, 227. [4]) H. in Cer. (ed. Allen), 300.

δαίμων, [1]) ἔμβαλε δαίμων, [2]) ἤγαγε δαίμων, [3]) ἤπαφε δαίμων, [4]) μήδετο δαίμων, [5]) ἦρχε δὲ δαίμων, [6]) εἰς ὅ κε δαίμων, [7]) ἐπέλασσέ γε δαίμων, [8]) ἐπέσσευεν κακὰ δαίμων, [9]) δαίμοσιν ἀρήσασθαι. [10])
Multas priscae vetustatis verborum figuras, carminis epici structurae aptatas, metro solidas permansisse, dignum est quod observetur.[11])

Neque in examinanda scripti verbi origine neglegenda est mens et ingenium scriptoris, ne in mera littera haereat et intricetur existimator.[12])
Rogandum est, quo tempore scriptor vixerit, cui litterarum generi maxime faverit. [13])
In verborum interpretatione autem causa est cur caveamus ne, notionibus nunc valentibus ducti, scriptori subiciamus sententias, quae omnino a mente eius abhorreant; [14]) quo plura enim legerit quis de aliqua re, quo plures locos, e quibus argumenta eliciantur, in--quisiverit, quo plura scrutatus erit, eo magis periculo se offert ne, opinione praeiudicata ductus, scriptoris cogitationibus suggerat ea, quae ab illo alienissima sint, neve plura ex verbis efficiat quam inesse appareat.

Hisce omnibus perpensis ad vocem q.e. δαίμων redeamus. Haud sane exigua sunt observanda in disputatione, quae in hisce quae--stionibus sit versatura:
1°. quid doceant verba cognominata vel idem significantia;
2°. quibuscum verbis coniungatur δαίμων;
3°. quae alia vocabula iisdem verbis adiciantur;
4°. quae sententia insit adiectivo q. e. δαιμόνιος;
5°. quatenus usus vocis q. e. δαίμων e metro pendeat;
6°. quid valeat ad statuendam vocis δαίμονος vim carminum natura.

[1]) ζ 172. [2]) τ 10. [3]) η 258. ξ 386. Λ 480. [4]) ξ 488. [5]) γ 166. μ 295. [6]) Γ 420. [7]) Η 291, 377, 396. [8]) Ο 418. Φ 93. [9]) σ 256. τ 129. υ 87. [10]) Ζ 115.

[11]) I. Bruns, Vorträge und Aufsätze [München 1905], p. 32: „Der ausgebildete kunstvolle Vers, verschollene Worte, stereotype Wendungen weisen auf lange Zeiten, in denen ein berufsmässiger Sängerstand den epischen Gesang gepflegt hat." Cf. Bethe, o.l. p. 296. Birt, o.l. p. 59. Witte, [Pauly-Wissowa, R. E. VIII, col. 2213 sqq. i. v. Ho--meros], col. 2232 sq.: „Zunächst sei betont, wie sehr das Metrum zur Konservierung von Formen beigetragen hat, die einer früheren Epoche der epischen Poesie entstammten;" col. 2239: „die Sprache der Homerischen Gedichte ein Gebilde des epischen Verses;" col. 2241, 22 sqq.

[12]) J. Woltjer, o. l. p. 45: „de grammatische interpretatie loopt gevaar aan de letter te blijven hangen, het zichtbare symbool te ver--warren met het wezen der zaak."

[1]) Rectissime dicit Cumont, Die orientalischen Religionen im Römi--schen Heidentum [Deutsch von Georg Gehrich (Teubner 1914)], p. 251, 11: „Die Semantik ist oft Kulturgeschichte." Birt, o. l. p. 84.

[14]) Cf. R. H. Woltjer, o. l. p. 37.

CAPUT II.

Quid doceant verba cognominata vel idem significantia.

In hisce vocabulis tractandis res est mihi commemoranda, quam, cum non parvi fore momenti putem, uberius disputaturus sum. Singulari enim modo verba quae sunt δαίμων, θεός, Ζεύς [qui idem dicitur Κρόνου παῖς, Κρονίων, 'Ολύμπιος], θεοί [qui idem dicuntur Οὐρανίωνες, 'Ολύμπιοι, ἀθάνατοι] inter se congruere atque idem significare videntur, id quod his exemplis affatim illustratur:

Phoenix senex, quem Achilli pater iuvenis curatorem addiderat, Achillem ne amplius irae indulgeat serio sermone admonet, Meleagri pertinacis exemplum afferens [I 600 sq.]:

ἀλλὰ σύ, inquit, μή μοι ταῦτα νόει φρεσί, μηδέ σε δαίμων ἐνταῦθα τρέψειε, φίλος.

Diomedes principes graviter afflictos confirmans, haec dicit [ib. 701 sqq.]:

ἀλλ' ἤτοι κεῖνον [Achillem sc.] μὲν ἐάσομεν, ἤ κεν ἴῃσιν
ἤ κε μένῃ· τότε δ' αὖτε μαχήσεται, ὁππότε κέν μιν
θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἀνώγῃ καὶ θεὸς ὄρσῃ.

Nestor Patroclo ut Achillis animum mitiget persuadens [Λ 792 sq.]: [1])

τίς δ' οἶδ', inquit, εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίναις παρειπών;

Diomedes, Agamemnonis consilium refutans, Graecorum animos ad insistendum bello incitat [I 49]:

σὺν γὰρ θεῷ, inquit, εἰλήλουθμεν.

Eumaeus subulcus Telemachum de hospite, quem Ulixem esse nondum agnovit, certiorem facit eumque longos post errores Ithacam in insulam venisse narrat [π 64]:

ὣς γάρ οἱ, inquit, ἐπέκλωσεν τά γε δαίμων.

Fata ut enarret Ulixes rogat Alcinous rex, haec dicens [ϑ 577 sqq.]:

εἰπὲ δ' ὅ τι κλαίεις καὶ ὀδύρεαι ἔνδοθι θυμῷ
'Αργείων Δαναῶν ἠδ' 'Ιλίου οἶτον ἀκούων.
τὸν δὲ θεοὶ μὲν τεῦξαν, ἐπεκλώσαντο δ' ὄλεθρον
ἀνθρώποις. sq.

Penelope queritur [τ 512]:

αὐτὰρ ἐμοὶ καὶ πένθος ἀμέτρητον πόρε δαίμων·

Telemachus navigationis suae causam Nestori explicans de patris sorte haec dicit [γ 88]:

---

[1]) Cf. O 403.

κείνου δ' αὖ καὶ ὄλεθρον ἀπευθέα θῆκε Κρονίων.

Aretae reginae quaerenti quomodo domum suam venerit, Ulixes sic respondet [η 240 sq.]:

ἀργαλέον, βασίλεια, διηνεκέως ἀγορεῦσαι
κήδε', ἐπεί μοι πολλὰ δόσαν θεοὶ Οὐρανίωνες·[1])

Agamemnon errorem suum confessus animique caecitatem in deos vertens, se in culpa esse negat [T 90]:

ἀλλὰ τί κεν ῥέξαιμι; inquit, θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ.

Achilles Ulixi respondens, Agamemnonem mentis non compotem esse arbitratus [I 377]:

ἐκ γάρ εὖ φρένας, inquit, εἵλετο μητίετα Ζεύς.[2])

Hector Polydami verba improbans dicit haec [M 233 sq.]:

εἰ δ' ἐτεὸν δὴ τοῦτον ἀπὸ σπουδῆς ἀγορεύεις,
ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί,[3])

Telemachus Ulixem reducem praesentem agnoscere dubitans [π 194 sq.]:

οὐ σύγ' Ὀδυσσεύς ἐσσι, inquit, πατὴρ ἐμός, ἀλλά με δαίμων
θέλγει, ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω.

Verba quae sunt δαίμων, θεός, θεοί, Ζεύς ad numen divinum significandum promiscue usurpari, his locis satis apparet.

Virum doctum Jörgensen, qui in disputatione, quae inscribitur „das Auftreten der Götter in den Büchern ι-μ der Odyssee", [4]) accurate inquisiverit, quibus nominibus numina divina imprimis in illis Odysseae libris significarentur, verba δαίμων, θεός, θεοί, Ζεύς apud Homerum idem valere putare vidimus,[5]) poëtam vero inter se et homines, quos loquentes inducat, certum servare discrimen, hos enim numina, quae rem agant, ignorare solere, poëtae autem

[1]) Cf. ξ 39: καὶ δέ μοι ἄλλα θεοὶ δόσαν ἄλγεά τε στοναχάς τε·
Ω 241: ἦ ὀνόσασθ', ὅτι μοι Κρονίδης Ζεὺς ἄλγε' ἔδωκε,

[2]) Cf. Z 234: ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
T 137: ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμην καί μευ φρένας ἐξέλετο Ζεύς,

[3]) Cf. H 359 sq.

[4]) Hermes 39 [1904], pp. 357—382; cf. Cauer, Grundfr.² p. 334. Jörgensen commentatione sua id agit, ut ostendat poëtam ipsum in libris, qui ἀπόλογοι dicuntur, Ulixem narrantem induxisse neque posterioris aetatis poëtam propriam primi poëtae narrationem in orationem rectam convertisse; „die Göttermaschinerie", inquit [p. 371], „in ι—μ ist also für die Selbsterzählung ganz vorzüglich stilisirt, und die Hypothese von einer Umdichtung aus der dritten Person scheint mir deshalb kaum möglich." Vide supra Prooem. p. 47 sq.

[5]) Jörgensen [o. l. p. 363] rationem concludit hoc modo: „Die Götter also, die in ι—μ die Handlung leiten, werden unter folgenden vier Benennungen erwähnt: θεός, δαίμων, θεοί, Ζεύς. Das sind aber in der konventionellen Sprache des Dichters nur vier Namen für dasselbe." Cf. supra p. 47.

semper [1]) certum esse deum, sive Iuppiter est, sive Iuno vel alius quis deus, qui sit rerum auctor.

Poëta narrat [Α 479]:

τοῖσιν δ' ἴκμενον οὖρον ἵει ἑκάεργος Ἀπόλλων.

Nestorem vero sic loquentem inducit poëta [γ 182 sq.]:

αὐτὰρ ἔγωγε Πύλονδ' ἔχον, οὐδέ ποτ' ἔσβη
οὖρος, ἐπεὶ δὴ πρῶτα θεὸς προέηκεν ἀῆναι. [2])

Poëta narrat [Θ 217 sqq.]:

καί νύ κ' ἐνέπρησεν πυρὶ κηλέῳ νῆας ἐίσας,
εἰ μὴ ἐπὶ φρεσὶ θῆκ' Ἀγαμέμνονι πότνια Ἥρη
αὐτῷ ποιπνύσαντι θοῶς ὀτρῦναι Ἀχαιούς.

Telemacho procis de armis sublatis percunctantibus haec re-spondenda suggerit Ulixes [τ 10 sqq.]:

πρὸς δ' ἔτι καὶ τόδε μεῖζον ἐνὶ φρεσὶν ἔμβαλε δαίμων,
μή πως οἰνωθέντες, ἔριν στήσαντες ἐν ὑμῖν,
ἀλλήλους τρώσητε sq.

Poëtae sunt haec [α 363 sq.]:

κλαῖεν [Penelope sc.] ἔπειτ' Ὀδυσῆα φίλον πόσιν, ὄφρα οἱ ὕπνον
ἡδὺν ἐπὶ βλεφάροισι βάλε γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Ulixes autem dicit haec [η 286]:

ὕπνον δὲ θεὸς κατ' ἀπείρονα χεῦεν.

Poëta φ 357 sq. eadem dicit atque α 363 sq., quae modo laudavi, Euryclea vero ad Ulixem [χ 428 sq.]:

ἀλλ' ἄγ' ἐγὼν ἀναβᾶσ' ὑπερώϊα σιγαλόεντα
εἴπω σῇ ἀλόχῳ, τῇ τις θεὸς ὕπνον ἐπῶρσε.

Sed ε 491 sq.:

τῷ δ' ἄρ' Ἀθήνη
ὕπνον ἐπ' ὄμμασι χεῦ'.

rursus poëtae sunt.

Recte putat Jörgensen difficilius esse ad diiudicandum, utrum poëta, ubi Ζεύς et θεοί nominantur, summum deum vel deos uni-versos significet, an incertum, incognitum numen divinum.

Cum Π 866 sq. leguntur haec:

τὸν δ' [Automedontem sc.] ἔκφερον ὠκέες ἵπποι
ἄμβροτοι, οὓς Πηλῆϊ θεοὶ δόσαν ἀγλαὰ δῶρα,

sine dubio a poëta dii omnes dicuntur. [3])

Neque aliter sunt intellegenda ea, quae leguntur α 19 sq.:

θεοὶ δ' ἐλέαιρον ἅπαντες
νόσφι Ποσειδάωνος·

[1]) Hoc est, ut dicitur, cum grano salis intellegendum: sunt enim loci, quibus a poëta quoque numen divinum non certo nomine nuncupetur, id quod minime refragatur sententiae generatim supra dictae.

[2]) Cf. δ 585 sq.: ἔδοσαν δέ μοι οὖρον ἀθάνατοι, = ρ 148 sq.

[3]) Cf. Ρ 195. Σ 84. Ω 534.

Duobus versibus ante legitur [α 17 sq.]:

τῷ οἱ ἐπεκλώσαντο θεοὶ[1]) οἶκον δὲ νέεσθαι
εἰς Ἰθάκην sq.

quo loco θεοί idem valet ac δαίμων [cf. π 64] vel Κρονίων [cf. δ 207 sq.] vel θεός [cf. θ 570] vel ἀθάνατοι [cf. τ 592] vel αἶσα [cf. η 197] vel Ζεύς [cf. λ 559].

Simili modo θεοί auctores commemorantur

ab Agamemnone A 290:

εἰ δέ μιν (Achillem sc.) αἰχμητὴν ἔθεσαν θεοὶ αἰὲν ἐόντες,

a Priamo Γ 164:

οὔ τί μοι αἰτίη ἐσσί· θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν,

a Glauco Z 156 sq.:

τῷ δὲ θεοὶ κάλλος τε καὶ ἠνορέην ἐρατεινὴν
ὤπασαν.

ab Helena Z 349:

αὐτὰρ ἐπεὶ τάδε γ' ὧδε θεοὶ κακὰ τεκμήραντο,

ab Aiace I 636 sq.:

σοὶ δ' ἄλληκτόν τε κακόν τε
θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι θεοὶ θέσαν εἵνεκα κούρης
οἴης.

ab Hectore X 297:

ὢ πόποι, ἦ μάλα δή με θεοὶ θάνατον δὲ κάλεσσαν.

ab Achille Ω 525:

ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι,

a Menta α 195:

ἀλλά νυ τόν γε θεοὶ βλάπτουσι κελεύθου.

a Telemacho γ 208:

ἀλλ' οὔ μοι τοιοῦτον ἐπέκλωσαν θεοὶ ὄλβον,

ab Ulixe ι 14 sq.:

τί πρῶτόν τοι ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω,
κήδε' ἐπεί μοι πολλὰ δόσαν θεοὶ Οὐρανίωνες.

ab Eumaeo ξ 39:

καὶ δέ μοι ἄλλα θεοὶ δόσαν ἄλγεά τε στοναχάς τε.

a Penelopa ψ 11:

μαῖα φίλη, μάργην σε θεοὶ θέσαν, sqq.

Hi loci omnes in oratione recta inveniuntur.[1])

[1]) Similiter vox *θεοί* universe usurpatur a poëta:

Ξ 464: *τῷ γάρ ῥα θεοὶ βούλευσαν ὄλεθρον.*

Π 692 sq.: *ἔνθα τίνα πρῶτον, τίνα δ' ὕστατον ἐξενάριξας,*
Πατρόκλεις, ὅτε δή σε θεοὶ θάνατον δὲ κάλεσσαν:

δ 7: *τοῖσιν δὲ θεοὶ γάμον ἐξετέλειον.*

δ 12: *Ἑλένῃ δὲ θεοὶ γόνον οὐκέτ' ἔφαινον,*

[cf. Telemachi haec π 117: *ὧδε γὰρ ἡμετέρην γενεὴν μούνωσε Κρονίων.* α 222.] Vid. supra p. 53,1.

[2]) Conferantur hi quoque loci, quibus nominat. plur. *θεοί* in oratione recta eadem utitur sententia:

Eadem sententia vox Ζεύς usurpatur
a Nestore Α 279:

σκηπτοῦχος βασιλεύς, ᾧ τε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν.

ab Agamemnone Β 375:

ἀλλά μοι αἰγίοχος Κρονίδης Ζεὺς ἄλγε᾽ ἔδωκεν.

a Priamo Γ 308 sq.:

Ζεὺς μέν που τό γε οἶδε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι,
ὁπποτέρῳ θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστίν.

a Diomede Ζ 138 sq.:

τῷ μὲν [Lycurgo sc.] ἔπειτ᾽ ὀδύσαντο θεοὶ ῥεῖα ζώοντες,
καί μιν τυφλὸν ἔθηκε Κρόνου παῖς·

ab Helena Ζ 356 sq.:

εἵνεκ᾽ ἐμεῖο κυνὸς καὶ Ἀλεξάνδρου ἕνεκ᾽ ἄτης,
οἷσιν ἐπὶ Ζεὺς θῆκε κακὸν μόρον,

ab Hectore Η 69:

ὅρκια μὲν Κρονίδης ὑψίζυγος οὐκ ἐτέλεσσεν,

ab Achille Ι 377:

ἐκ γάρ εὑ φρένας εἵλετο μητίετα Ζεύς.

ab Agamemnone Κ 70 sq.:

ὧδέ που ἄμμι
Ζεὺς ἐπὶ γεινομένοισιν ἵει κακότητα βαρεῖαν.

a Polydamante Ν 730, 732:

ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήια ἔργα·
ἄλλῳ δ᾽ ἐν στήθεσσι τιθεῖ νόον εὐρύοπα Ζεὺς
ἐσθλόν. [1])

ab Aiace Ρ 632:

Ζεὺς δ᾽ ἔμπης πάντ᾽ ἰθύνει.

a Thoante Ο 292 sq.:

οὐ γὰρ ἄτερ γε
Ζηνὸς ἐριγδούπου πρόμος ἵσταται ὧδε μενοινῶν. [2])

Α 18, 218. Γ 298, 308, 440. Δ 320, 363, 398, 408. Ζ 171, 183, 368. Η 102, 360. Ι 110 (ἀθάνατοι), 136, 245, 278, 393, 456, 493, 497. Μ 234. Ξ 120, 143. Ο 720. Π 120. Ρ 514. Σ 8, 116. Τ 9, 264. Υ 194, 234, 347, 435. Φ 215. Χ 41, 358, 366, 379. Ψ 650, 787 (ἀθάνατοι). Ω 113, 134, 422, 430, 503, 547 (Οὐρανίωνες), 749.

α 201, 222, 234, 244, 384. β 124 sq. γ 28, 205, 228, [242], 269. δ 351, 360, 377 sq. 585 sq. 805. ζ 174, 180, 203, 240. η 214, 242, 254. θ 167, 410, 413, 579. ι 479. κ 74. λ 139, 274, 276, 341, 555. μ 337 sq. 370 sq. 394, 448. ν 41, 45, [321]. ξ 61, 83, 175, 198, 348, 357, 366. ο 26, 172, 371 sq. π 232, 364, 405. ρ 119, 149 sq. 271. σ 19, 133 sq. 180, 251 sq. τ 124 sq. 592 sq. υ 67, 98, 169, 195. χ 413. ψ 81, 167, 210, 258, 286, 352. ω 351, 401 sq., 443 sq.

1) Cf. Ameis-Hentze, l.l.: „Zeus hier an Stelle des allgemeinen θεός."

2) Aliis locis σὺν θεῷ [Ι 49], σὺν δαίμονι [Λ 792, Ο 403], οὐκ ἄνευ θεοῦ [β 372, ο 531, Ε 185], οὐκ ἀθεεί [σ 351], σὺν θεοῖσιν [Ω 430]. Alii Iliadis loci, quibus vox Ζεύς [Ὀλύμπιος, Κρονίων] idem valere videtur, sunt:

a Telemacho α 347 sqq.:

οὔ νύ τ' ἀοιδοὶ
αἴτιοι, ἀλλά ποθι Ζεὺς αἴτιος, ὅς τε δίδωσιν
ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν, ἑκάστῳ.

ab eodem γ 88:

κείνου δ' αὖ καὶ ὄλεθρον ἀπευθέα θῆκε Κρονίων.

a Nestore γ 119:

μόγις δ' ἐτέλεσσε Κρονίων.

ab eodem γ 132:

καὶ τότε δὴ Ζεὺς λυγρὸν ἐνὶ φρεσὶ μήδετο νόστον
Ἀργείοις,

ab eodem γ 152:

ἐπὶ γὰρ Ζεὺς ἤρτυε πῆμα κακοῖο.

ab Antinoo δ 667 sq.:

ἀλλά οἱ αὐτῷ
Ζεὺς ὀλέσειε βίην, πρὶν ἥβης μέτρον ἱκέσθαι.

a Penelopa δ 722:

κλῦτε, φίλαι· περὶ γάρ μοι Ὀλύμπιος ἄλγε' ἔδωκεν.

ab Ulixe ι 37 sq.:

εἰ δ' ἄγε τοι καὶ νόστον ἐμὸν πολυκηδέ' ἐνίσπω,
ὅν μοι Ζεὺς ἐφέηκεν ἀπὸ Τροίηθεν ἰόντι.

ab eodem υ 98 sq.:

Ζεῦ πάτερ, εἴ μ' ἐθέλοντες ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρὴν
ἤγετ' ἐμὴν ἐς γαῖαν, ἐπεί μ' ἐκακώσατε λίην,

a Laerta ω 350:

Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥα ἔτ' ἐστὲ θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον.[1]

Omnes hi loci iis versibus leguntur, ubi poëta orationem rectam adhibet.

Poëta deos ipsos nuncupare solet; utrum sit Iuppiter ipse, qui auxilio veniat malove afficiat, an Apollo, an Athena, an Aphrodite,

B 111, 324. Δ 160, 166, 235, 249, 408. Ζ 266 (?), 267 (?), 282, 526. Η 76, 411. Θ 140 sq. Ι 18, 37, 98, 117 (?), 172 (?), 236, 377, 419, 608. Κ 45, 71, 89, 104 (?), 329 (?). Λ 278, 289 (?), 406, 753. Μ 68 (?), 275. Ν 58, 226, 319, 631 sq. Ξ 54, 69, 85, 120. Ο 719, 724. Π 845 (?). Ρ 176, 251, 515. Σ 75, 79, 116, 292 sq. 328. Τ 87 (?), 137, 204, 224, 270, 273. Υ 92, 192 (?), 242. Φ 83, 216. Χ 60, 130, 256, 366. Ψ 724. Ω 241, 570.

Omnes hi loci in oratione recta inveniuntur.

[1]) Cf. in Odyssea: γ 160, 288. δ 207. ε 304, 409. ζ 188 sq. η 250, 263. θ 82, 245. ι 52, 67, 358, 411, 479, 552 sq. κ 21. λ 297, 436, 559. μ 313, 371, 405, 415 sq., [445]. ξ 235, 243, 268, 273, 300, 303, 305, 310. ο 475, 488 sq. π 117, [291]. ρ 424, 437. σ 273. τ 80, 363. υ 112, 273. φ 102, 415. χ 51. φ 352. ω 42, 96, 164, qui loci omnes in oratione recta occurrunt.

non dubium habet,[1] homines vero, quos loquentes inducit, nomina non dicunt.[2]

Quae res ut omnino consideratius quam adhuc factum est ageretur, omnibus et Iliadis et Odysseae carminibus inquirendis operam navavi, iis locis inter se collatis, qui praeclare hunc Homericum usum ostendunt.[3]

Lib. I. Achilles Agamemnoni ut Chryseïdem dimittat suadens dicit [A 127 sqq.]:

ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν τήνδε θεῷ πρόες· αὐτὰρ Ἀχαιοὶ
τριπλῇ τετραπλῇ τ' ἀποτίσομεν, αἴ κέ ποθι Ζεὺς
δῷσι πόλιν Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι.

A 178 Agamemnon ad Achillem:

εἰ μάλα καρτερός ἐσσι, inquit, θεός που σοὶ τό γ' ἔδωκεν.

A 277 Nestor Achillem monet, ne cum Agamemnone rege certet,

ἐπεί, inquit, οὔ ποθ' ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς
σκηπτοῦχος βασιλεύς, ᾧ τε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν.

A poëta narrante nominatim appellantur: Ἥρη [A 55, 195, 536], Ἀθήνη [A 194, 206], Ἀπόλλων [A 72, 479], Ζεύς [A 495, 511, 517, 533, 560, 609].

.b. II. Agamemnon, consilium in patriam redeundi simulans ad populi fidem explorandam, in contione dicit [B 111]:

Ζεύς με μέγας Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ.

Idem ille Nestori respondet haec [B 375]:

ἀλλά μοι αἰγίοχος Κρονίδης Ζεὺς ἄλγε' ἔδωκεν.

T 86 Agamemnon profert haec:

ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι,
ἀλλὰ Ζεὺς[4] καὶ Μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ἐρινύς,
οἵ τέ μοι εἰν ἀγορῇ φρεσὶν ἔμβαλον ἄγριον ἄτην sq.

et [ib. 90]:

θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ.

Poëta vero dicit [Δ 104]:

ὣς φάτ' Ἀθηναίη, τῷ δὲ φρένας ἄφρονι πεῖθεν· [Pandaro sc.]

Nestor, Graecos ad pugnam incitans [B 435 sq.]:

μηκέτι νῦν, inquit, δήθ' αὖθι λεγώμεθα μηδ' ἔτι δηρὸν
ἀμβαλλώμεθα ἔργον, ὃ δὴ θεὸς ἐγγυαλίζει.

[1]) Jörgensen, o.l. p. 365: „doch giebt es in der Dichtererzählung ein Paar Stellen, wo die unpersönliche Auffassung möglich ist", cf. supra p. 54,1.

[2]) Jörgensen, o. l. p. 368: „in den Reden tragen aber die Götter nur selten Namen."

[3]) Locorum seriem non ubique per singulos libros perpetuam et continuam me servare potuisse, facile intellegitur.

[4]) Cf. T 137.

Ab Ulixe haec narrantur:
B 306: ἕρδομεν ἀθανάτοισι τεληέσσας ἑκατόμβας
308: ἔνθ' ἐφάνη μέγα σῆμα· δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινός,
σμερδαλέος, τόν ῥ' αὐτὸς Ὀλύμπιος ἧκε φόωσ δέ,
318: τὸν μὲν ἀρίζηλον θῆκεν θεός, ὅς περ ἔφηνε·
324 Calchas dicit:
ἡμῖν μὲν τόδ' ἔφηνε τέρας μέγα μητίετα Ζεύς,

A poëta nuncupantur: Ζεύς [B 2, 38, 482], Ἥρη [B 156], Ἀθήνη [B 158, 166, 172, 279, 446], Κρονίων [B 419, 670].

Lib. III. Priamus Helenae animum confirmans [Γ 164]:
οὔ τί μοι αἰτίη ἐσσί· inquit, θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν,[1])
et idem ille Ilium revertens, cum certamen, quod Hector cum Menelao initurus est, spectare non possit [Γ 308 sq.]:
Ζεὺς μέν που τό γε οἶδε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι,
ὁπποτέρῳ θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστίν.

A poëta commemorantur: Ἶρις [Γ 121, 129], Κρονίων [Γ 302], Ἀφροδίτη [Γ 374, 413].

Lib. IV. Libro quarto a poëta nuncupantur:
Κρονίδης [Δ 5], Ζεύς [Δ 1,30, 68, 381], Ἥρη [Δ 5, 8, 20, 24, 50], Ἀθήνη [Δ 8, 20, 22, 69, 73, 78, 104, 128, 439, 515], Ἄρης [Δ 439], Ἀπόλλων [Δ 507].

Lib. V. In libri quinti initio poëta Athenam deam Diomedi auxilio venientem animumque augentem inducit [E 1 sq.]:
Ἔνθ' αὖ Τυδεΐδῃ Διομήδεϊ Παλλὰς Ἀθήνη
δῶκε μένος καὶ θάρσος, sq.

Athena ipsa cum Diomede communicat [E 125 sq.]:
ἐν γάρ τοι στήθεσσι μένος πατρώιον ἧκα
ἄτρομον, sq.

Aeneas vero Diomedis irruentis pavore captus [E 177 sq.]:
εἰ μή τις θεός ἐστι, inquit, κοτεσσάμενος Τρώεσσιν,
ἱρῶν μηνίσας· χαλεπὴ δὲ θεοῦ ἐπιμῆνις.

Itemque Pandarus perterritus dicit [E 183 sqq.]:
σάφα δ' οὐκ οἶδ', εἰ θεός ἐστιν.
185: οὐχ ὅ γ' ἄνευθε θεοῦ τάδε μαίνεται, ἀλλά τις ἄγχι
ἕστηκ' ἀθανάτων sq.
191: θεός νύ τις ἐστι κοτήεις.

cui Aeneas respondet [E 224 sq.]:
τὼ καὶ νῶι πόλιν δὲ σαώσετον, εἴ περ ἂν αὖτε
Ζεὺς ἐπὶ Τυδεΐδῃ Διομήδεϊ κῦδος ὀρέξῃ.

[1]) Cf. α 347 sq. supra p. 56.

Multi dii deaeque libro quinto a poëta nominantur, quos, ne longior sim, singulos enumerare necesse non habeo. [1])

VI. Hector, Troianos ut acriter pugnarent hortatus, in urbem se confert, adhortaturus Troianorum consiliarios et matronas [Z 115]

δαίμοσιν ἀρήσασθαι, ὑποσχέσθαι δ' ἑκατόμβας.

Z 269 ad matrem dicit Hector:

ἀλλὰ σὺ μὲν πρὸς νηὸν Ἀθηναίης ἀγελείης
ἔρχεο σὺν θυέεσσιν, sq.

poëta dicit [Z 240]:

ὁ δ' ἔπειτα θεοῖς εὔχεσθαι ἀνώγει sq.

De Lycurgo, cum diis immortalibus certamen inire auso, Diomedes ad Glaucum haec dicit [Z 138 sq.]:

τῷ μὲν ἔπειτ' ὀδύσαντο θεοὶ ῥεῖα ζώοντες,
καί μιν τυφλὸν ἔθηκε Κρόνου παῖς· sq.

De Bellerophonte Glaucus dicit

Z 156 sq.: τῷ δὲ θεοὶ κάλλος τε καὶ ἠνορέην ἐρατεινὴν ὤπασαν.

159: Ζεὺς γάρ οἱ [Proeto sc.] ὑπὸ σκήπτρῳ ἐδάμασσε.

171: αὐτὰρ ὁ βῆ Λυκίην δὲ θεῶν ὑπ' ἀμύμονι πομπῇ.

183: καὶ τὴν [Chimaeram sc.] μὲν κατέπεφνε θεῶν τεράεσσι πιθήσας.

Diomedes denique Glauco proponit [Z 226 sqq.]:

ἔγχεα δ' ἀλλήλων ἀλεώμεθα καὶ δι' ὁμίλου·
πολλοὶ μὲν γὰρ ἐμοὶ Τρῶες κλειτοί τ' ἐπίκουροι,
κτείνειν ὅν κε θεός γε πόρῃ [2]) καὶ ποσσὶ κιχείω,

Poëtae haec [Z 234]:

ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς,

Paris autem ad Antenorem [H 360]:

ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα, inquit, θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί. [3])

Poëta dicit [M 254 sq.]:

αὐτὰρ Ἀχαιῶν
θέλγε [Ζεὺς sc.] νόον, Τρωσὶν δὲ καὶ Ἕκτορι κῦδος ὄπαζε.

Helena ad Hectorem dicit [Z 349 sq.]:

αὐτὰρ ἐπεὶ τάδε γ' ὧδε θεοὶ κακὰ τεκμήραντο,
ἀνδρὸς ἔπειτ' ὤφελλον ἀμείνονος εἶναι ἄκοιτις.

---

[1]) Cf. Gehring, Index Homericus, i. v. v.: Ἀθήνη, Ἀπόλλων, Ἄρης, Ἀφροδίτη, Δία, Διί, Ζεύς, Ἥρη, Ἥφαιστος, Ἶρις. et Index Nominum [in ed. Ludwich.].

[2]) Cf. K 546: ἤ τις σφωε πόρεν θεὸς ἀντιβολήσας;
551: ἀλλά τιν' ὔμμ' ὀίω δόμεναι θεὸν ἀντιάσαντα·

[3]) Cf. M 234. ξ 178.

de Paride et se ipsa [Z 357]:

οἷσιν ἐπὶ Ζεὺς θῆκε κακὸν μόρον, [1])

Hector ad Helenam [Z 367 sq.]:

οὐ γάρ τ' οἶδ', inquit, εἰ ἔτι σφιν ὑπότροπος ἵξομαι αὖτις,
ἦ ἤδη μ' ὑπὸ χερσὶ θεοὶ δαμόωσιν Ἀχαιῶν.

idem ille ad Paridem [Z 526 sqq.]:

ἀλλ' ἴομεν· inquit, τὰ δ' ὄπισθεν ἀρεσσόμεθ', αἴ κέ ποθι Ζεὺς
δώῃ ἐπουρανίοισι θεοῖς αἰειγενέτῃσι
κρητῆρα στήσασθαι sq.

Lib. VII. Menelaus ceteros Graecos ob ignaviam vituperans [H 101 sq.]:

τῷδε [Hectori sc.] δ' ἐγὼν αὐτὸς, inquit, θωρήξομαι· αὐτὰρ ὕπερθε
νίκης πείρατ' ἔχονται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν.

Hector ad Aiacem, acri certamine perfecto, dicit [H 288 sqq.]:

Αἶαν, ἐπεί τοι δῶκε θεὸς μέγεθός τε βίην τε
καὶ πινυτήν, περὶ δ' ἔγχει Ἀχαιῶν φέρτατός ἐσσι,
νῦν μὲν παυσώμεσθα μάχης καὶ δηιοτῆτος
σήμερον· ὕστερον αὖτε μαχησόμεθ', εἰς ὅ κε δαίμων [2])
ἄμμε διακρίνῃ, δώῃ δ' ἑτέροισί γε νίκην.

Priamus praeconem Idaeum ad Agamemnonem et Menelaum mitti iubet, qui dicat de indutiis faciendis [H 377 sq.]:

ὕστερον αὖτε μαχησόμεθ', inquit, εἰς ὅ κε δαίμων
ἄμμε διακρίνῃ, δώῃ δ' ἑτέροισί γε νίκην.

quae [H 396 sq.] ab Idaeo Graecis proponuntur.

A poëta nuncupantur:

Ἀθήνη [H 17, 33, 43, 58], Ἀπόλλων [H 20, 23, 37, 58, 272], Ποσειδάων [H 445], Ζεύς [H 478].

Lib. VIII. Ex libro octavo haec tantum affero:

A Nestore appellatur Ζεύς [Θ 140 sq. 143], ab Hectore Ζεύς [Θ 175, 526].

Praeterea multi dii deaeque a poëta commemorantur, quos singulos enumerare supersedeo. [3])

Lib. IX. Diomedes Agamemnoni reditum in patriam molienti resistens, se abiturum esse negat [I 49]:

σὺν γὰρ θεῷ, inquit, εἰλήλουθμεν.

Conferantur Nestoris ad Patroclum dicta [Λ 792 sq.]:

τίς δ' οἶδ', εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίναις
παρειπών; [4])

---

[1]) Cf. δ 236, 261; infra p. 75.

[2]) Cf. Ameis-Hentze, Anhang II. 3^2, p. 55 ad H 291—293.

[3]) Cf. Gehring, o. l. i. v. v.: Ἀθήνη, Ἀπόλλων, Ζεύς, Ἥρη, Ἶρις.

[4]) Cf. Θ 403, Ε 185, Ζ 171, Κ 290, Ρ 101, Υ 192, β 372, γ 391, ο 531, σ 353.

Paris, ut Menelai virtuti obtrectet, Athenam deam ei auxilio venisse ait [Γ 439 sq.]:

νῦν μὲν γὰρ Μενέλαος ἐνίκησεν σὺν Ἀθήνῃ,
κεῖνον δ' αὖτις ἐγώ· πάρα γὰρ θεοί εἰσι καὶ ἡμῖν·

τ 1 sq. (= τ 51 sq.) poëta narrat:

αὐτὰρ ὁ ἐν μεγάρῳ ὑπελείπετο δῖος Ὀδυσσεὺς
μνηστήρεσσι φόνον σὺν Ἀθήνῃ μερμηρίζων.

πέμψον δέ με σύν γε θεοῖσιν, Priamus Mercurium rogat [Ω 430]. Conferatur id, quod a Demodoco cantatum refert poëta [θ 520]: νικῆσαι (Ulixem sc.) καὶ ἔπειτα διὰ μεγάθυμον Ἀθήνην.

Nestor in contione ad Agamemnonem dicit [I 109 sqq.]:

σὺ δὲ σῷ μεγαλήτορι θυμῷ
εἴξας ἄνδρα φέριστον, ὃν ἀθάνατοί περ ἔτισαν,
ἠτίμησας·

Tum Agamemnon concedit [I 116 sq.]:

ἀντί νυ πολλῶν
λαῶν ἐστιν ἀνήρ, ὅν τε Ζεὺς κῆρι φιλήσῃ.

Achilles ipse dicit [I 608]:

φρονέω δὲ τετιμῆσθαι Διὸς αἴσῃ.

In Achillis cum Ulixe, Phoenice, Aiace, legatis ad eum missis colloquio nominantur:
Ζεύς [I 236, 377, 419], Διὸς αἴσῃ [I 608], θεός [I 445, 703], θεοί [I 245, 278, 393, 493, 497, 637], δαίμων [I 600], Ἐρινύς [I 454, 571], Ζεὺς καταχθόνιος [1]) καὶ Περσεφόνεια [I 457], Ἄρτεμις [I 533], Φοῖβος Ἀπόλλων [I 564].

ib. X. Diomedi et Ulixi, qui exploratum Troianorum consilia per noctem in hostium castra prodierint, Athenam subvenisse narrat poëta [K 274 sq.]:

τοῖσι δὲ δεξιὸν ἧκεν ἐρωδιὸν ἐγγὺς ὁδοῖο
Παλλὰς Ἀθηναίη·

295: τῶν δ' ἔκλυε Παλλὰς Ἀθήνη.

366 sq.: τότε δὴ μένος ἔμβαλ' Ἀθήνη
Τυδεΐδῃ, sq.

482: τῷ δ' ἔμπνευσε μένος γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Nestor vero Ulixis equos admiratus, dicit [K 546]:

ἤ τίς σφωε πόρεν θεὸς ἀντιβολήσας;

[1]) Apud Homerum hoc uno loco commemoratur Ζεὺς καταχθόνιος. Cf. Verg. Aen. IV, 638: sacra Iovi Stygio ....; VI, 138: Iunoni infer-nae .... [Vid. Norden, Aeneis Buch VI², p. 170]. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 114 sq. Rohde, Psyche I⁴, p. 207, 3. Lehrs, P.A.² p. 298 sq. Gruppe, o. l. II, p. 1094.

et 551 sqq.:

ἀλλά τιν' ὔμμ' οἴω δόμεναι θεὸν ἀντιάσαντα·
ἀμφοτέρω γὰρ σφῶι φιλεῖ νεφεληγερέτα Ζεὺς
κούρη τ' αἰγιόχοιο Διός, γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Lib. XI. In initio libri undecimi a poëta inducuntur Ζεύς et Ἔρις et Ἀθήνη et Ἥρη. Iridem a Iove ad Hectorem missam esse, quae cum eo Iovis iussa communicaret, narrat poëta Λ 181—210.

Λ 318 sq. Diomedes ad Ulixem:

ἐπεί, inquit, νεφεληγερέτα Ζεὺς
Τρωσὶν δὴ βόλεται δοῦναι κράτος ἠέ περ ἡμῖν.

Idem ille ad Hectorem [Λ 363]:

νῦν αὖτε, inquit, σ' ἐρύσατο Φοῖβος Ἀπόλλων,

et 365 sq.:

ἦ θήν σ' ἐξανύω γε καὶ ὕστερον ἀντιβολήσας,
εἴ πού τις καὶ ἔμοιγε θεῶν ἐπιτάρροθός ἐστι.

Ζεύς saepius commemoratur, ab Agamemnone [Λ 278], ab Hectore [Λ 289], a Diomede [Λ 318], ab Ulixe [Λ 406], a Nestore [Λ 753].

Lib. XII. Libri duodecimi loci, qui ad rem aliquantulum facere videntur, perpauci sunt. Nominantur a Polydamante:

Ζεύς [M 68], ab Hectore θεοί [M 234], a duobus Aiacibus Ζεύς [M 275], a poëta:

Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων [M 17, 34], Φοῖβος Ἀπόλλων [M 24], Ζεύς [M 25, 37, 68, 173, 252, 292, 402, 437].

Lib. XIII. N 55 Poseidon, Calchantis specie indutus, Aiaces sic alloquitur:

σφῶιν δ' ὧδε θεῶν τις ἐνὶ φρεσὶ ποιήσειεν,

deinde poëta hoc modo pergit [N 59 sq.]:

ἦ καὶ σκηπανίῳ γαιήοχος ἐννοσίγαιος
ἀμφοτέρω κεκοπὼς πλῆσεν μένεος κρατεροῖο, sq.

65: ὣς ἀπὸ τῶν ἤιξε Ποσειδάων ἐνοσίχθων.

Quo facto Aias Oilensis, qui deum quendam esse agnoverit, ad Aiacem Telamonium [N 68 sq.]:

Αἶαν, inquit, ἐπεί τις νῶι θεῶν, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι,
μάντεϊ εἰδόμενος κέλεται παρὰ νηυσὶ μάχεσθαι sq.

Deinde rursus poëta [N 81 sqq.]:

ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον,
χάρμῃ γηθόσυνοι, τήν σφιν θεὸς ἔμβαλε θυμῷ·
τόφρα δὲ τοὺς ὄπιθεν γαιήοχος ὦρσεν Ἀχαιούς,

Iterumque Poseidon a poëta commemoratur: [N 89, 125, 206, 215, 231, 239, (θεός), 351, 434, 554, 563]; praeterea: Ζεύς [N 1, 347], Ἄρης [N 444, 521].

Lib. XIV. Conferantur Diomedis illa [Ξ 120]:

ὣς γάρ που Ζεὺς ἤθελε καὶ θεοὶ ἄλλοι,

cum Eumaei [π 64]:

ὣς γάρ οἱ ἐπέκλωσέν τά γε δαίμων.

Ξ 135 sq. a poëta dicitur:

οὐδ' ἀλαὸς σκοπιὴν εἶχε κλυτὸς ἐννοσίγαιος,
ἀλλὰ μετ' αὐτοὺς ἦλθε παλαιῷ φωτὶ ἐοικώς, sq.

Tum Poseidon, παλαιῷ φωτὶ ἐοικώς, Agamemnonem sic alloquitur [Ξ 139 sq.]:

Ἀτρεΐδη, νῦν δή που Ἀχιλλῆος ὀλοὸν κῆρ
γηθεῖ ἐνὶ στήθεσσι, sq.

142 sq.: ἀλλ' ὁ μὲν ὣς ἀπόλοιτο, θεὸς δέ ἑ σιφλώσειε·
σοὶ δ' οὔ πω μάλα πάγχυ θεοὶ μάκαρες κοτέουσιν,

XV. Ζεύς, postquam experrectus Poseidonem Graecis maxime faventem a proelio amovit, Apollini imperans, ut Hectori auxilium ferat [O 221]:

ἔρχεο νῦν, inquit, φίλε Φοῖβε, μεθ' Ἕκτορα χαλκοκορυστήν·

et 231:

σοὶ δ' αὐτῷ μελέτω, ἑκατηβόλε, φαίδιμος Ἕκτωρ· sq.

O 254—261 Apollo se Hectori aperit, deinde [262] legitur:

ὣς εἰπὼν ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν.

De Hectore Thoas autem sic contionatus est [O 290 sqq.]:

ἀλλά τις αὖτε θεῶν ἐρρύσατο καὶ ἐσάωσεν
Ἕκτορ', ὃ δὴ πολλῶν Δαναῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν,
ὡς καὶ νῦν ἔσσεσθαι ὀίομαι· οὐ γὰρ ἄτερ γε
Ζηνὸς ἐριγδούπου πρόμος ἵσταται ὧδε μενοινῶν.

Poëta dicit [O 307]:

πρόσθεν δὲ κί' αὐτοῦ Φοῖβος Ἀπόλλων, sq.

321 sq.:

τοῖσι δὲ θυμὸν
ἐν στήθεσσιν ἔθελξε, (Apollo sc.)

326 sq.:

ἐν γὰρ Ἀπόλλων
ἧκε φόβον, Τρωσὶν δὲ καὶ Ἕκτορι κῦδος ὄπαζεν.

355 sqq.:

προπάροιθε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων
ῥεῖ' ὄχθας καπέτοιο βαθείης ποσσὶν ἐρείπων
ἐς μέσσον κατέβαλλε, sq.

360 sq.:

πρὸ δ' Ἀπόλλων
αἰγίδ' ἔχων ἐρίτιμον· ἔρειπε δὲ τεῖχος Ἀχαιῶν sq.

365 sq.:

ὥς ῥα σύ, ἤιε Φοῖβε, πολὺν κάματον καὶ ὀιζὺν
σύγχεας Ἀργείων, αὐτοῖσι δὲ φύζαν ἐνῶρσας.

Deinde Hector Aiaci occurrit, quem frustra depellere conatur;

neque Aiaci ut Hectorem reiciat, contingit [O 418]:

ἐπεί, ait poëta, ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων.[1])

Teucrum, quo minus Hectorem sagitta missa occidat, Iovem prohibere narrat poëta [O 461 sqq.]:

ἀλλ' οὐ λῆθε Διὸς πυκινὸν νόον, ὅς ῥα φύλασσεν
Ἕκτορ'. ἀτὰρ Τεῦκρον Τελαμώνιον εὖχος ἀπηύρα,
ὅς οἱ ἐυστρεφέα νευρὴν ἐν ἀμύμονι τόξῳ
ῥῆξ' ἐπὶ τῷ ἐρύοντι· παρεπλάγχθη δέ οἱ ἄλλῃ
ἰὸς χαλκοβαρής, τόξον δέ οἱ ἔκπεσε χειρός.

Quo facto Teucer exclamat [O 467 sq.]:

ὢ πόποι, ἦ δὴ πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κείρει
δαίμων ἡμετέρης, ὅ τέ μοι βιὸν ἔκβαλε χειρός, sq.

cui Aiax respondet [O 472 sq.]:

ὦ πέπον, ἀλλὰ βιὸν μὲν ἔα καὶ ταρφέας ἰοὺς
κεῖσθαι, ἐπεὶ συνέχευε θεὸς Δαναοῖσι μεγήρας.[2])

Et Hector gaudens iactat haec [O 488 sq.]:

δὴ γὰρ ἴδον ὀφθαλμοῖσιν
ἀνδρὸς ἀριστῆος Διόθεν βλαφθέντα βέλεμνα, sq.

Poëta aperte profert Iovem Troianis favere [O 593 sqq.]:

Διὸς δ' ἐτέλειον ἐφετμάς·
ὅ σφισιν αἰὲν ἔγειρε μένος μέγα, θέλγε δὲ θυμὸν
Ἀργείων καὶ κῦδος ἀπαίνυτο, τοὺς δ' ὀρόθυνεν.
Ἕκτορι γάρ οἱ θυμὸς ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι sq.

et paulo post idem ille dicit [O 601 sq.]:

ἐκ γὰρ δὴ τοῦ μέλλε παλίωξιν παρὰ νηῶν
θησέμεναι Τρώων, Δαναοῖσι δὲ κῦδος ὀρέξειν.

Hector ipse divini auxilii sibi conscius [O 724 sq.]:

ἀλλ' εἰ δή ῥα τότε, inquit, βλάπτε φρένας εὐρύοπα Ζεὺς
ἡμετέρας, νῦν αὐτὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει.[3])

[1]) Iniuria Ameis-Hentze dicere mihi videtur: „ohne bestimmte Beziehung auf Apollo". Apollo enim est deus, qui hoc libro a poëta inducitur Iovis iussu summus rerum auctor. Schol. B ad l. δαίμων] ἢ ὁ Ἀπόλλων ἢ ὁ Ζεύς, sqq. Jörgensen, o.l. p. 364: „δαίμων ist hier „der Gott" d. h. Apollon, der die ganze Handlung in O leitet und kurz vorher genannt worden ist."
Cf. A 310 et A 147. Π 816 et Π 791. Vid. Kröcher, o. l. p. 4. Cf. infra p. 92, 3.

[2]) Iniuria Neuhäuser [o.l. p. 20 sq.], quippe qui hunc Homericum usum non perspexerit, Π 120 sic interpretatur: „ad fratris verba respiciens [O 467 sq.] eiusque δαίμονα accuratius quasi definiens et ad certam personam revocans „Iovem altitonantem" eam vocavit vim, qui armis adimeret successum."

[3]) Cf. O 490 sqq.

XVI. Ex libro sexto decimo haud multa afferre possum. A poëta nominatim appellatur Ἄρης [Π 613, 784], Ἥρη [Π 432, 439]; praeterea compluribus locis Ζεύς et Ἀπόλλων.[1])

XVII. Menelaus, Patrocli corpus defendens, Hectori irruenti, quem a deo impulsum esse novit, resistere dubitans [P 98 sq.],

ὁππότ' ἀνὴρ ἐθέλῃ, inquit, πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι,
ὅν κε θεὸς τιμᾷ, τάχα οἱ μέγα πῆμα κυλίσθη.

E Graecis neminem sibi suscensurum esse, quod Hectori cesserit, putat Menelaus [P 101]:

ἐπεὶ ἐκ θεόφιν πολεμίζει.

Aiace adiuvante certamen inire audet [P 104]:

καὶ πρὸς δαίμονά περ.

Poëta autem narravit Apollinem deum Hectorem impulisse [P 70—81] et idem ille dicit [P 118]:

θεσπέσιον γάρ σφιν [Graecis sc.] φόβον ἔμβαλε Φοῖβος Ἀπόλλων·

et [P 322 sq.]:

ἀλλ' αὐτὸς Ἀπόλλων
Αἰνείαν ὤτρυνε, δέμας Περίφαντι ἐοικώς,

Aeneas deum postquam agnovit dicit [P 338 sq.]:

ἀλλ' ἔτι γάρ τίς φησι θεῶν, ἐμοὶ ἄγχι παραστάς,
Ζῆν', ὕπατον μήστωρα, μάχης ἐπιτάρροθον εἶναι.

P 441—456 poëta narrat Iovem ipsum Patrocli divinis equis ab Automedonte ductis magnam vim iniecisse:

456: ὣς εἰπὼν ἵπποισιν ἐνέπνευσεν μένος ἠΰ·

Alcimedon Automedontis acrem impetum admiratus rogat [P 469 sq.]:

Αὐτόμεδον, τίς τοί νυ θεῶν νηκερδέα βουλὴν
ἐν στήθεσσιν ἔθηκε καὶ ἐξέλετο φρένας ἐσθλάς;

P 626 sq. poëta dicit neque Aiacem neque Menelaum ignorasse Troianis a Iove victoriam datam esse:

οὐδ' ἔλαθ' Αἴαντα μεγαλήτορα καὶ Μενέλαον
Ζεύς, ὅτε δὴ Τρώεσσι δίδου ἑτεραλκέα νίκην.

Aiax Telamonius exclamat [P 629 sqq.]:

ὢ πόποι, ἤδη μέν κε, καὶ ὃς μάλα νήπιός ἐστι,
γνοίη, ὅτι Τρώεσσι πατὴρ Ζεὺς αὐτὸς ἀρήγει.
τῶν μὲν γὰρ πάντων βέλε' ἅπτεται, ὅς τις ἀφείῃ,
ἢ κακὸς ἢ ἀγαθός· Ζεὺς δ' ἔμπης πάντ' ἰθύνει·

et P 687 sqq. Menelaus dicit ad Antilochum:

ἤδη μὲν σὲ καὶ αὐτὸν ὀίομαι εἰσορόωντα
γινώσκειν, ὅτι πῆμα θεὸς Δαναοῖσι κυλίνδει,
νίκη δὲ Τρώων·

[1]) Cf. Gehring, o. l. i. v. v. Ἀπόλλων, Ζεύς.

A poëta nominatim commemorantur:
Φοῖβος 'Απόλλων [P 71, 118, 322, 326, 512], Ζεύς [P 198, 209, 400, 441, 627], 'Αθήνη [P 544, 551, 567].

Lib. XVIII. Σ 79 Achilles ad matrem dicit:

μῆτερ ἐμή, τὰ μὲν ἄρ μοι 'Ολύμπιος ἐξετέλεσσεν·

et Σ 115:

κῆρα δ' ἐγὼ τότε δέξομαι, ὁππότε κεν δὴ
Ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι ἠδ' ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι. [1])

Ω 525 idem ille ad Priamum regem:

ὡς γάρ, inquit, ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι,

et Ω 538:

ἀλλ' ἐπὶ καὶ τῷ θῆκε θεὸς κακόν, sq.

et Ω 547:

αὐτὰρ ἐπεί τοι πῆμα τόδ' ἤγαγον Οὐρανίωνες, sq.

Poëta narrat [Σ 166 sqq.] Iridem, Iove ceterisque diis nescientibus, ab Hera missam esse, quae Achillem ad pugnam incitaret.

Iris cum abisset Achillem surrexisse. [Σ 203 sq.]:

αὐτὰρ 'Αχιλλεὺς ὦρτο Διίφιλος· ἀμφὶ δ' 'Αθήνη
ὤμοις ἰφθίμοισι βάλ' αἰγίδα θυσανόεσσαν, sq.

Xanthus deus viri specie indutus ad Achillem [Φ 215]:

αἰεὶ γάρ τοι, inquit, ἀμύνουσιν θεοὶ αὐτοί.

Thetidem ad Hephaestum haec loquentem inducit poëta [Σ 454 sqq.]:

καὶ νύ κεν αὐτῆμαρ πόλιν ἔπραθον, εἰ μὴ 'Απόλλων
πολλὰ κακὰ ῥέξαντα Μενοιτίου ἄλκιμον υἱὸν
ἔκταν' ἐνὶ προμάχοισι καὶ Ἕκτορι κῦδος ἔδωκε. [2])

A poëta commemorantur: Ἥρη [Σ 168, 239, 356, 360], 'Αθήνη [Σ 203, 217, 227, 311, 516].

Lib. XIX. Thetis de Patroclo ad Achillem dicit [T 8 sq.]:

τέκνον ἐμόν, τοῦτον μὲν ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ,
κεῖσθαι, ἐπεὶ δὴ πρῶτα θεῶν ἰότητι δαμάσθη·

Achilles ad Agamemnonem [T 203 sq.]:

νῦν δ' οἱ μέν, inquit, κέαται δεδαϊγμένοι, οὓς ἐδάμασσεν
Ἕκτωρ Πριαμίδης, ὅτε οἱ Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν,

Equus Xanthus autem ad Achillem dicit [T 409 sq.]:

οὐ δέ τοι ἡμεῖς
αἴτιοι, ἀλλὰ θεός τε μέγας καὶ μοῖρα κραταιή.

---

[1]) Cf. X 365 sq.
[2]) Cf. Π 700.

et [ib. 413 sq.]:

ἀλλὰ θεῶν ὤριστος, ὃν ἠΰκομος τέκε Λητώ,
ἔκταν' ἐνὶ προμάχοισι καὶ Ἕκτορι κῦδος ἔδωκε.

et [ib. 416 sq.]:

ἀλλὰ σοὶ αὐτῷ
μόρσιμόν ἐστι θεῷ τε καὶ ἀνέρι ἶφι δαμῆναι.

Ulixes Achillem e vestigio proelium postulantem admonet, ut copias prius prandere sinat [T 157 sq.]:

ἐπεὶ οὐκ ὀλίγον χρόνον ἔσται
φύλοπις, inquit, εὖτ' ἂν πρῶτον ὁμιλήσωσι φάλαγγες
ἀνδρῶν, ἐν δὲ θεὸς πνεύσῃ μένος ἀμφοτέροισιν.

Poëta vero semper deum commemorat, qui vim iniciat; Υ 79 sq. e.g. dicit:

Αἰνείαν δ' ἰθὺς λαοσσόος ὦρσεν Ἀπόλλων
ἀντία Πηλείωνος, ἐνῆκε δέ οἱ μένος ἠΰ·

et Υ 110:

ὣς εἰπὼν [Apollo sc.] ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν.

T 188 Agamemnon asseverat:

οὐδ' ἐπιορκήσω πρὸς δαίμονος.

idem ille [ib. 264 sq.]:

εἰ δέ τι τῶνδ' ἐπίορκον, inquit, ἐμοὶ θεοὶ ἄλγεα δοῖεν
πολλὰ μάλ', ὅσσα διδοῦσιν ὅτις σφ' ἀλίτηται ὀμόσσας. [1])

A poëta nominantur:

Κρονίων [T 340], Ἀθήνη [T 341, 349], Ἥρη [T 407].

XX. In libri vicesimi initio poëta narrat Iovem diis ad concilium vocatis permittere, ut quisque utri velit succurrat. Graecis opitulari Heram, Athenam, Poseidonem, Hermen, Hephaestum, Troianis vero Arem, Apollinem, Artemin, Leto, Xanthum, Aphroditen [Υ 1—40].

Poëta Apollinem, Lycaonis specie indutum, adhortantem facit Aeneam, ut cum Achille manus conserat; cf. ea, quae modo laudavi: Υ 79 sq.

Aeneas difficile esse ait certamen cum Achille inire, quod semper εἷς γε θεῶν [ib. 98] illi opem ferat; se quondam ab illo, Lyrnessum et Pedasum vastante, a Iove defensum esse [Υ 92 sqq.]:

αὐτὰρ ἐμὲ, inquit, Ζεὺς
εἰρύσαθ', ὅς μοι ἐπῶρσε μένος λαιψηρά τε γοῦνα.
ἦ κ' ἐδάμην ὑπὸ χερσὶν Ἀχιλλῆος καὶ Ἀθήνης, sq.

---

1) Cf. Γ 276 sqq.

Υ 100 sq. sic pergit idem ille:

εἰ δὲ θεός[1]) περ
ἶσον τείνειεν πολέμου τέλος, οὔ κε μάλα ῥέα
νικήσει, sq.

Iterumque poëta Apollinem Aeneam incitantem inducit [ib. 110]:
ὣς εἰπὼν ἔμπνευσε μένος μέγα ποίμενι λαῶν,

Achilles autem Aeneae occurrens pugnaeque eiusdem memor, quam Aeneas Lycaoni rettulit [vv. 89—96], [Υ 191 sqq.]:
ἔνθεν δ' ἐς Λυρνησσὸν ὑπέκφυγες, inquit, αὐτὰρ ἐγὼ τὴν
πέρσα μεθορμηθεὶς σὺν Ἀθήνῃ καὶ Διὶ πατρί, sq.

et 194: ἀτὰρ σὲ Ζεὺς ἐρρύσατο καὶ θεοὶ ἄλλοι.

Aeneam cum Achille congressum a Poseidone mortis periculo eripi sic narrat poëta [Υ 290 sq.]:
τὸν δέ κε Πηλείδης σχεδὸν ἄορι θυμὸν ἀπηύρα,
εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε Ποσειδάων ἐνοσίχθων.

321 sq.:
αὐτίκα τῷ μὲν ἔπειτα κατ' ὀφθαλμῶν χέεν ἀχλύν,
Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ·

325:
Αἰνείαν δ' ἔσσευεν ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀείρας.

Achilles Aeneam repente sublatum esse aegre ferens [Υ 347 sq.]:
ἦ ῥα, inquit, καὶ Αἰνείας φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσιν
ἦεν.

Lib. XXI. De Lycaone, Priami filio, ab Achille interfecto, haec narrat poëta [Φ 45 sqq.]:
ἕνδεκα δ' ἤματα θυμὸν ἐτέρπετο οἷσι φίλοισιν
ἐλθὼν ἐκ Λήμνοιο· δυωδεκάτῃ δέ μιν αὖτις
χερσὶν Ἀχιλλῆος θεὸς ἔμβαλεν, ὅς μιν ἔμελλε
πέμψειν εἰς Ἀίδαο sq.

Hoc loco, ut etiam Η 4, poëta, qui alias deos ipsos nuncupare solet, vocem θεός sententia generali usurpat.[2])

Lycaon ipse ad Achillem [Φ 82 sqq.]:
νῦν αὖ με, inquit, τεῆς ἐν χερσὶν ἔθηκε
μοῖρ' ὀλοή· μέλλω που ἀπεχθέσθαι Διὶ πατρί,
ὅς με σοὶ αὖτις δῶκε·

et 92 sq.:
νῦν δὲ δὴ ἐνθάδε μοι κακὸν ἔσσεται· οὐ γὰρ ὀίω
σὰς χεῖρας φεύξεσθαι, ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων.

---

[1]) Cf. Η 291, 377, 396.

[2]) Cf. Jörgensen, o. l. p. 366. Η 4 „θεός" in comparatione adhibetur: ὡς δὲ θεὸς ναύτῃσιν ἐελδομένοισιν ἔδωκεν.

Cui Achilles sic respondet [ib. 103 sq.]:

νῦν δ' οὐκ ἔσθ' ὅς τις θάνατον φύγῃ, ὅν κε θεός γε
Ἰλίου προπάροιθεν ἐμῇς ἐν χερσὶ βάλῃσι,

A poëta nominantur: Ξάνθος [Φ 146, 383], Ἀθήνη [Φ 284, 304], Ποσειδάων [Φ 284, 287], Ἥρη [Φ 328, 367, 377, 384], Ζεύς [Φ 388], Ἄρης [Φ 391], Ἀπόλλων [Φ 515, 538, 545, 596, 600, 604], Ἥφαιστος [Φ 330, 342, 355, 367, 378, 381].

XXII. Priamus Hectori ut in urbem redeat Achillique cedat supplicans [X 59 sq.]:

πρὸς δ' ἐμὲ, inquit, τὸν δύστηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέησον,
δύσμορον, ὅν ῥα πατὴρ Κρονίδης ἐπὶ γήραος οὐδῷ
αἴσῃ ἐν ἀργαλέῃ φθίσει, sq.

Idem ille filios ob tardos animos increpans [Ω 241 sq.]:

ἦ ὀνόσασθ', inquit, ὅτι μοι Κρονίδης Ζεὺς ἄλγε' ἔδωκε,
παῖδ' ὀλέσαι τὸν ἄριστον; [1])

X 130 Hector ad Achillem:

εἴδομεν, inquit, ὁπποτέρῳ κεν Ὀλύμπιος εὖχος ὀρέξῃ.

et idem ille [X 256]:

οὐ γὰρ ἐγώ σ' ἔκπαγλον ἀεικιῶ, inquit, αἴ κεν ἐμοὶ Ζεὺς
δώῃ καμμονίην, sq.

ib. 297 Hector exclamat:

ὢ πόποι, ἦ μάλα δή με θεοὶ θάνατον δὲ κάλεσσαν·

et 299:

ἐμὲ δ' ἐξαπάτησεν Ἀθήνη.

Hectore occiso Achilles victoria elatus sic se iactat [X 378 sq.]:

ὦ φίλοι, Ἀργείων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες,
ἐπεὶ δὴ τόνδ' ἄνδρα θεοὶ δαμάσασθαι ἔδωκαν, sq.

X 213—223 poëta exponit Athenam, Hectore ab Apolline deserto, ad Achillem accessisse eumque impulisse, ut Hectorem, quippe cuius interitus fato destinatus esset, occideret [222 sq.]:

ἀλλὰ σὺ μὲν, inquit, νῦν στῆθι καὶ ἄμπνυε, τόνδε δ'ἐγώ τοι
οἰχομένη πεπιθήσω ἐναντίβιον μαχέσασθαι.

Achilles, Athenae auxilio confisus, Hectorem sic alloquitur [X 270 sq.]:

οὔ τοι ἔτ' ἔσθ' ὑπάλυξις, ἄφαρ δέ σε Παλλὰς Ἀθήνη
ἔγχει ἐμῷ δαμάᾳ·

Poëta vero dicit [X 403]:

τότε δὲ Ζεὺς δυσμενέεσσι
δῶκεν (Hectorem sc.) ἀεικίσσασθαι ἑῇ ἐν πατρίδι γαίῃ.

---

[1]) Cf. Ω 525, 538, 547.

et 445 sq.:

οὐδ' ἐνόησεν (Andromache sc.), ὅ μιν μάλα τῆλε λοετρῶν
χερσὶν 'Αχιλλῆος δάμασε γλαυκῶπις 'Αθήνη.

Lib. XXIII. Ψ 184—191 poëta refert Hectoris corpus Aphroditae cura canibus non laedi Apollinemque locum nebula caerulea circumdare;

Ω 18 sq. Hectoris corpus contumeliose ab Achille foedatum ac raptatum Apollinem servantem facit poëta:

τοῖο δ' 'Απόλλων
πᾶσαν ἀεικείην ἄπεχε χροΐ, φῶτ' ἐλεαίρων.

Achilles autem ad Priamum [Ω 422 sq.]:

ὥς τοι, inquit, κήδονται μάκαρες θεοὶ υἷος ἑῆος,
καὶ νέκυός περ ἐόντος, ἐπεί σφι φίλος περὶ κῆρι.

Aiacem, Ulixem, Antilochum cursu certantes inducit poëta Ψ 740—797.

Ψ 774 poëta dicit:

ἔνθ' Αἴας μὲν ὄλισθε θέων — βλάψεν γὰρ 'Αθήνη —,

et Aiax ipse exclamat [Ψ 782 sq.]:

ὢ πόποι, ἦ μ' ἔβλαψε θεὰ πόδας, ἣ τὸ πάρος περ
μήτηρ ὣς 'Οδυσῆι παρίσταται ἠδ' ἐπαρήγει.

Antilochus Menelao certaminis pretio cedens sic dicit [Ψ 592 sqq.]:

εἰ καί νύ κεν οἴκοθεν ἄλλο
μεῖζον ἐπαιτήσειας, ἄφαρ κέ τοι αὐτίκα δοῦναι
βουλοίμην ἢ σοίγε, Διοτρεφές, ἤματα πάντα
ἐκ θυμοῦ πεσέειν καὶ δαίμοσιν [1]) εἶναι ἀλιτρός.

A poëta nominantur: 'Αφροδίτη [Ψ 185], 'Απόλλων Ψ 188, 292, 383, 388, 865], 'Αθήνη [Ψ 388, 399, 771, 774].

Lib. XXIV. Ω 143 poëta narrat Iridem a Iove missam esse, quae Priamum cohortaretur, ut oblato redemptionis pretio Hectoris corpus reciperet. Priamus ad Hecubam [Ω 194 sq.]:

δαιμονίη, inquit, Διόθεν μοι 'Ολύμπιος ἄγγελος ἦλθε
λύσασθαι φίλον υἱόν,

et 223 idem ille:

αὐτὸς γάρ, inquit, ἄκουσα θεοῦ καὶ ἐσέδρακον ἄντην —

ad Hermen dicit [Ω 374]:

ἀλλ' ἔτι τις καὶ ἐμεῖο θεῶν ὑπερέσχεθε χεῖρα,

et 430:

πέμψον δέ με σύν γε θεοῖσιν,
ὄφρά κεν ἐς κλισίην Πηληιάδεω ἀφίκωμαι.

---

1) Cf. T 264 sq.

Achilles ad Priamum dicit [Ω 563 sq.]:

καὶ δέ σε γινώσκω, Πρίαμε, φρεσίν, οὐδέ με λήθεις,
ὅττι θεῶν τίς σ' ἦγε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν·

Poëta autem dicit Hermen a Iove missum esse [Ω 333—348]: 440 sqq. legitur:

ἦ, καὶ ἀναΐξας ἐριούνιος ἅρμα καὶ ἵππους
καρπαλίμως μάστιγα καὶ ἡνία λάζετο χερσίν,
ἐν δ' ἔπνευσ' ἵπποισι καὶ ἡμιόνοις μένος ἠύ.

---

lyssea. Lib. I.

In primi Odyssae libri initio omnes fere deos, Neptuno excepto, Ulixis miseritos esse narratur [α 19] et Iovem ipsum in deorum contione sic loquentem facit poëta [α 74 sq.]:

ἐκ τοῦ δὴ Ὀδυσῆα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
οὔ τι κατακτείνει, πλάζει δ' ἀπὸ πατρίδος αἴης.

Athena, Mentae, Taphiorum regis, specie induta, Telemachum adit eumque excitat, ut de patre sciscitatum iter faciat [α 194 sq.]:

δὴ γάρ μιν ἔφαντ', inquit, ἐπιδήμιον εἶναι,
σὸν πατέρ'· ἀλλά νυ τόν γε θεοὶ βλάπτουσι κελεύθου.

et [α 200 sq.]:

αὐτὰρ νῦν τοι ἐγὼ μαντεύσομαι, inquit, ὡς ἐνὶ θυμῷ
ἀθάνατοι βάλλουσι[1]) sq.

cui Telemachus respondet [α 234]:

νῦν δ' ἑτέρως ἐβόλοντο θεοὶ κακὰ μητιόωντες,

et α 244 rursus idem haec:

ἐπεί νύ μοι ἄλλα θεοὶ κακὰ κήδε' ἔτευξαν·

Mentes [α 267]:

ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα, inquit, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.

A poëta Athena dea nominatim appellatur:

α 125: ὣς εἰπὼν ἡγεῖθ', ἡ δ' ἕσπετο Παλλὰς Ἀθήνη.
156: αὐτὰρ Τηλέμαχος προσέφη γλαυκῶπιν Ἀθήνην,
178: τὸν δ' αὖτε προσέειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·

De Telemacho dicit poëta [α 323]:

θάμβησεν κατὰ θυμόν· ὀίσατο γὰρ θεὸν εἶναι.

et [α 420]:

φρεσὶ δ' ἀθανάτην θεὸν ἔγνω.

et [β 260 sqq.]:

Τηλέμαχος δ' ἀπάνευθεν ἰὼν ἐπὶ θῖνα θαλάσσης,
χεῖρας νιψάμενος πολιῆς ἁλός, εὔχετ' Ἀθήνῃ·
κλῦθί μευ, ὁ χθιζὸς θεὸς ἤλυθες ἡμέτερον δῶ sq.

Penelopen Phemii cantu offensam eumque ut alia canat rogantem

---

[1]) Cf. ο 172 sq. et paulo ante [167 sq.] Pisistrati haec:

φράζεο δή, Μενέλαε διοτρεφές, ὄρχαμε λαῶν,
ἢ νῶιν τόδ' ἔφηνε θεὸς τέρας ἦε σοὶ αὐτῷ.

Telemachus libere reprehendit [α 347 sqq.]:

οὔ νύ τ' ἀοιδοὶ
αἴτιοι, inquit, ἀλλά ποθι Ζεὺς αἴτιος, ὅς τε δίδωσιν
ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν, ἑκάστῳ.[1]

Antinous in Ithacensium contione procorum contumeliae culpam in Penelopen transferens, Telemachum sic alloquitur [β 123 sqq.]:

τόφρα γὰρ οὖν βίοτόν τε τεὸν καὶ κτήματ' ἔδονται,
ὄφρά κε κείνη τοῦτον ἔχῃ νόον, ὅν τινά οἱ νῦν
ἐν στήθεσσι τιθεῖσι θεοί.

Penelope ipsa Ulixi, hospitis specie induto, dicit haec [τ 138 sq.]:

φᾶρος μέν μοι πρῶτον ἐνέπνευσε φρεσὶ δαίμων
στησαμένῃ μέγαν ἱστὸν ἐνὶ μεγάροισιν ὑφαίνειν.

Poëta autem deam nominat, quae Penelopae consilia suggerit [σ 158 sqq.]:

τῇ δ' ἄρ' ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
κούρῃ Ἰκαρίοιο, περίφρονι Πηνελοπείῃ,
μνηστήρεσσι φανῆναι,

et φ 1 sq.:

Τῇ δ' ἄρ' ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
κούρῃ Ἰκαρίοιο, περίφρονι Πηνελοπείῃ,
τόξον μνηστήρεσσι θέμεν sq.

Poëta Telemachum Athenae deae impulsu de patre sciscitatum navigationem suscipere narrat;[2]) Eurycleae vero expeditionem illam dissuadenti respondet Telemachus [β 372]:

θάρσει, μαῖ', ἐπεὶ οὔ τι ἄνευ θεοῦ ἥδε γε βουλή.

Penelopae quaerenti, quo consilio ductus decesserit Telemachus, rerum nauticarum admodum imperitus, Medon respondet [δ 712 sq.]:

οὐκ οἶδ' ἤ τίς μιν θεὸς ὤρορεν, ἦε καὶ αὐτοῦ
θυμὸς ἐφωρμήθη ἴμεν ἐς Πύλον, sq.

Athena ipsa, ut Ulixis animum de Telemacho sollicitum confirmet [ν 422]:

αὐτή μιν πόμπευον, inquit.

Eumaeus subulcus ad Ulixem de Telemacho [ξ 178 sq.]:

τὸν δέ τις ἀθανάτων, inquit, βλάψε φρένας ἔνδον ἐίσας
ἠέ τις ἀνθρώπων· sq.

Lib. II. β 382, 393, 399, 405, 416, 420, 433 rursus Athena dea nominatur a poëta.

β 420 poëta dicit:

τοῖσιν δ' ἴκμενον οὖρον ἵει γλαυκῶπις Ἀθήνη.[3]

---

[1]) Cf. Γ 164, Priamus ad Helenam:
οὔ τί μοι αἰτίη ἐσσί, inquit, θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν, cf. supra p. 58.

[2]) Cf. α 269—305 et β 260—295.

[3]) Cf. ο 292.

Nestor Telemacho de Graecorum reditu narrans [γ 182 sq.]:

οὐδέ ποτ' ἔσβη
οὖρος, inquit, ἐπεὶ δὴ πρῶτα θεὸς προέηκεν ἀῆναι.

Proteus Menelaum de Agamemnonis erroribus certiorem faciens, de illius reditu cum alia, tum hoc dicit [δ 520]:

ἂψ δὲ θεοὶ οὖρον στρέψαν, inquit, καὶ οἴκαδ' ἵκοντο.

Menelaus Telemacho et Pisistrato reditum suum narrans dicit haec [δ 585 sq.]:

ταῦτα τελευτήσας νεόμην, ἔδοσαν δέ μοι οὖρον
ἀθάνατοι, τοί μ' ὦκα φίλην ἐς πατρίδ' ἔπεμψαν.

Hermes, a Iove ad Calypso missus, Athenam dicit ventum adversum suscitasse, qui Graecos perderet [ε 108 sq.].[1])
Nestor vero Telemacho narrat [γ 288 sq.]:

τότε δὴ στυγερὴν ὁδὸν εὐρύοπα Ζεὺς
ἐφράσατο, λιγέων δ' ἀνέμων ἐπ' ἀϋτμένα χεῦε,

idem ille γ 131 dicit: θεὸς δ' ἐκέδασσεν Ἀχαιούς.[2])
Ulixes Alcinoo Phaeacum regi fata sua enarrans haec dicit [ι 68]:

νηυσὶ δ' ἐπῶρσ' ἄνεμον Βορέην νεφεληγερέτα Ζεύς,

idem ille λ 6:

ἡμῖν δ' αὖ κατόπισθε νεὸς κυανοπρῴροιο
ἴκμενον οὖρον ἵει πλησίστιον, ἐσθλὸν ἑταῖρον,
Κίρκη ἐϋπλόκαμος, δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα.

et μ 169:

κοίμησε δὲ κύματα δαίμων.

Poëta Calypso nympham ε 268, Apollinem deum A 479 ventum secundum mittentem inducit.

b. III. Athena, Mentoris cuiusdam specie induta, Telemacho praecepta dans [γ 26 sq.]:

Τηλέμαχ', inquit, ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις,
ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται·

Ulixes, ut iter faciens evitet mala, a Circe nympha edocetur [μ 37 sq.]:

ταῦτα μὲν οὕτω πάντα πεπείρανται· inquit, σὺ δ' ἄκουσον,
ὥς τοι ἐγὼν ἐρέω· μνήσει δέ σε καὶ θεὸς αὐτός.

Athena, Mentae specie induta, se Telemachum consilio adiuturam esse pollicetur [α 279]:

σοὶ δ' αὐτῷ πυκινῶς ὑποθήσομαι, αἴ κε πίθηαι·

et poëta Athenam deam Telemachi animum augentem inducit [γ 76 sq.]:

αὐτὴ γὰρ ἐνὶ φρεσὶ θάρσος Ἀθήνη
θῆχ', ἵνα μιν περὶ πατρὸς ἀποιχομένοιο ἔροιτο·[3])

---

[1]) ε 107—111 damnat Aristarchus. Vide Ludwich ad l. et Ameis-Hentze, Anhang zu Homers Odyssee, I[1], p. 131.

[2]) γ 131 ex χ 317 male translatum esse vidit Nitzsch [cf. Ludwich ad l.].

[3]) Cf α 320 sq.

Ulixes Alcinoo narrans, quo modo Polyphemum excaecaverit, se divino auxilio sustentatum esse non negat itaque loquitur [ι 381]:

αὐτὰρ θάρσος ἐνέπνευσεν μέγα δαίμων.[1])

Eurycleam ex cicatrice domino reduce recognito laetitia exsultantem Ulixes prohibuit, ne Penelopen certiorem faceret neve quid ultra quaereret vel garriret [τ 485 sq.]:

ἀλλ' ἐπεὶ ἐφράσθης, inquit, καί τοι θεὸς ἔμβαλε θυμῷ, σίγα.[2])

Eurycleam Ulixem recognovisse fugit Penelopen:

τῇ γὰρ, inquit poëta, 'Αθηναίη νόον ἔτραπεν [τ 479].

Athenam deam praesentem Laertae ad Ithacenses seditiosos exterrendos opitulantem inducit poëta [ω 520]:

ὣς φάτο, καί ῥ' ἔμπνευσε μένος μέγα Παλλὰς 'Αθήνη.

Ut Ulixes naufragus cutem abraderet ossaque eius confringerentur futurum fuisse narrat poëta [ε 427]:

εἰ μὴ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις 'Αθήνη.

Telemachus ad Nestorem de patre, quem periisse pro certo habet, haec dicit [γ 88]:

κείνου δ' αὖ καὶ ὄλεθρον ἀπευθέα θῆκε Κρονίων.

Eumaeus domini reditum desperans, ad Ulixem [ξ 61]:

ἦ γάρ, inquit, τοῦ γε θεοὶ κατὰ νόστον ἔδησαν,

Penelope dicit [τ 512]:

αὐτὰρ ἐμοὶ καὶ πένθος ἀμέτρητον πόρε δαίμων·[3])

et ib. 592 eadem:

ἐπὶ γάρ τοι ἑκάστῳ, inquit, μοῖραν ἔθηκαν
ἀθάνατοι θνητοῖσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

et ψ 210:

θεοὶ δ' ὤπαζον ὀιζύν,

Ulixes ad Alcinoum [ι 15]:

κήδε' ἐπεί μοι πολλὰ δόσαν, inquit, θεοὶ Οὐρανίωνες.[4])

B 375 Agamemnon:

ἀλλά μοι, inquit, αἰγίοχος Κρονίδης Ζεὺς ἄλγε' ἔδωκεν,

γ 132 sq. Nestor cum Telemacho colloquens:

καὶ τότε δή, inquit, Ζεὺς λυγρὸν ἐνὶ φρεσὶ μήδετο νόστον
'Αργείοις, sq.

Reliquis eiusdem libri versibus a Nestore nominantur:
Ζεύς [152], θεός [158], Ζεύς [160], δαίμων [166], θεός]173],

[1]) Cf. supra p. 53, τ 10. p. 71, τ 138.
[2]) Eadem dicit Penelope ad Ulixem ψ 260.
[3]) Cf. p. 56, δ 722: περὶ γάρ μοι 'Ολύμπιος ἄλγε' ἔδωκεν.
[4]) η 242 eadem ad Aretam reginam dicit Ulixes.

θεός [183], θεοῦ ὀμφή [215], Ἀθήνη [218],[1] θεοί [221], Ἀθήνη [222], μοῖρα θεῶν [269], Ἀπόλλων [279][2], Ζεύς [288], Ζεύς καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι [346], θεοί [376], Διὸς θυγάτηρ, κυδίστη Τριτογένεια [378], (postquam Athena se deam professa est); Ἀθήνη [419].
Ib. a Telemacho dicuntur: θεοί [205, 208, 228], ἀθάνατοι [242].[3])
In tertio libro a poëta nominantur: Ἀθήνη [12, 13, 25, 29], ἴχνια θεοῖο [30], Ἀθήνη [42, 52], αὐτή sc. Athena [62], Ἀθήνη [76, 229, 330, 337, 343, 356, 371, 385, 293, 435], θεά [438], Ἀθήνη [445].

ib. IV. Helena [4]), cum Menelao res apud Ilium gestas in memoriam redigens [δ 261 sq.]:

ἄτην δέ, inquit, μετέστενον, ἣν Ἀφροδίτη
δῶχ', ὅτε μ' ἤγαγε κεῖσε φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης,

eadem autem [Z 349 sq.] errorem suum in deos vertens ad Hectorem haec dicit:

αὐτὰρ ἐπεὶ τάδε γ' ὧδε θεοὶ κακὰ τεκμήραντο,
ἀνδρὸς ἔπειτ' ὤφελλον ἀμείνονος εἶναι ἄκοιτις.

et aliquot versibus post de se ipsa et Alexandro dicit [Z 357]:

οἷσιν ἐπὶ Ζεὺς θῆκε κακὸν μόρον, sq.

---

[1]) γ 218 sqq.: εἰ γάρ σ' ὣς ἐθέλοι φιλέειν γλαυκῶπις Ἀθήνη
ὡς τότ' Ὀδυσῆος περικήδετο κυδαλίμοιο
δήμῳ ἔνι Τρώων.
221 sq.: οὐ γάρ πω ἴδον ὧδε θεοὺς ἀναφανδὰ φιλεῦντας
ὡς κείνῳ ἀναφανδὰ παρίστατο Παλλὰς Ἀθήνη —,
K 245 [quem versum Jörgensen, o.l., p. 368 in calce, neglexit] de Ulixe dicit Diomedes: φιλεῖ δέ ἑ Παλλὰς Ἀθήνη.
Conferantur ipsius Ulixis haec [K 278 sqq.]:
κλῦθί μευ, αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, ἥ τέ μοι αἰεὶ
ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι, οὐδέ σε λήθω
κινύμενος.
et Aiacis haec [Ψ 782 sq.]: ὢ πόποι, ἦ μ' ἔβλαψε θεὰ πόδας, ἣ τὸ πάρος περ
μήτηρ ὣς Ὀδυσῆι παρίσταται ἠδ' ἐπαρήγει.
Graecis heroibus igitur notum erat Ulixem in illius deae tutela esse.
[2]) γ 279 sq.: ἔνθα κυβερνήτην Μενελάου Φοῖβος Ἀπόλλων
οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνε.
Jörgensen, o.l. p. 368: „Die Homerischen Menschen wissen, dass Hephaistos die köstlichen Kunstwerke gebildet, dass Apollo oder Artemis den plötzlichen Tod schicken, dass Poseidon das Schiff scheitern lässt u.s.w."
Cf. Α 43 sqq. Ω 605 sq. 758 sq. ε 124. η 64 sq. λ 172 sq. 199. ο 410 sq. ρ 251, 494.
Gruppe o.l. II, p. 1237 sqq.
[3]) γ 251 damnat Aristarchus, quem refutat Kirchhoff, d. hom. Od. p. 182 sqq.
[4]) De Helena pulchre scripsit Ivo Bruns, Vorträge und Aufsätze [München 1905], pp. 71—98.

Penelope autem de Helena loquens ad Ulixem [ψ 222]:[1])
τὴν δ', inquit, ἤτοι ῥέξαι θεὸς ὤρορεν ἔργον ἀεικές.

Menelaus divino quodam numine duce Helenam ad equum Troianum adiisse arbitratus [δ 274 sq.]:
ἦλθες, inquit, ἔπειτα σὺ κεῖσε· κελευσέμεναι δέ σ' ἔμελλε
δαίμων, ὃς Τρώεσσιν ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι·
Polyphemus ad vesperam gregem omnem in antrum egit [ι 339]:
ἤ τι ὀισάμενος, ἢ καὶ θεὸς ὣς ἐκέλευσεν.
Telemachus in procos effuse cenatos ac potos invehens [σ 406 sq.]:
δαιμόνιοι, inquit, μαίνεσθε καὶ οὐκέτι κεύθετε θυμῷ
βρωτὺν οὐδὲ ποτῆτα· θεῶν νύ τις ὔμμ' ὀροθύνει.
ρ 360 sqq. poëta narrat:
αὐτὰρ 'Αθήνη
ἄγχι παρισταμένη Λαερτιάδην 'Οδυσῆα
ὤτρυν', sq.
N 351 poëta dicit:
'Αργείους δὲ Ποσειδάων ὀρόθυνε μετελθών.
A Menelao in colloquio cum Telemacho habito nominantur; θεοί [δ 351, 360], τὶς θεῶν [364], θεοί [433, 583], ἀθάνατοι [586], θεοὶ ἀθάνατοι [591].

Lib. V. Ulixes domum redeundi cupidus, altum petere avet atque, patientis animi cum sit, ad Calypso dicit [ε 221 sq]:
εἰ δ' αὖ τις ῥαίησι θεῶν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,
τλήσομαι ἐν στήθεσσιν ἔχων ταλαπενθέα θυμόν·
idem ille exclamat [ε 303]:
οἵοισιν νεφέεσσι περιστέφει οὐρανὸν εὐρὺν
Ζεύς.
et [ε 356]:
ὤμοι ἐγώ, μή τίς μοι ὑφαίνῃσιν δόλον αὖτε
ἀθανάτων.
iterumque [ε 408 sq.]:
ὤμοι, ἐπεὶ δὴ γαῖαν ἀελπέα δῶκεν ἰδέσθαι
Ζεύς, sq.
et [ε 419 sqq.]:
δείδω, inquit, μή μ' ἐξαῦτις ἀναρπάξασα θύελλα
πόντον ἐπ' ἰχθυόεντα φέρῃ βαρέα στενάχοντα,
ἠέ τί μοι καὶ κῆτος ἐπισσεύῃ μέγα δαίμων
ἐξ ἁλός, sq.
[423]: οἶδα γὰρ ὥς μοι ὀδώδυσται κλυτὸς ἐννοσίγαιος.
Leucotheam deam eum de hac re certiorem fecisse apparet ε 339 sqq.

[1]) Ψ 218—224 damnat Aristarchus; vide Ameis-Hentze, Anh. Od. 4³, p. 93.

Poëta autem narrat haec [ε 282 sqq.]:

τὸν δ' ἐξ Αἰθιόπων ἀνιὼν κρείων ἐνοσίχθων
τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὀρέων ἴδεν· εἴσατο γάρ οἱ
πόντον ἐπιπλείων. ὁ δ' ἐχώσατο κηρόθι μᾶλλον.

et idem haec [ε 366]:

ὦρσε δ' ἐπὶ μέγα κῦμα Ποσειδάων ἐνοσίχθων.

Deinde a poëta nominantur:

ἐνοσίχθων [ε 375], Ἀθήνη [ε 382. 427. 437. 491]; postremo loco dicit poëta:

τῷ δ' ἄρ' Ἀθήνη
ὕπνον ἐπ' ὄμμασι χεῦ'.

Ulixes vero dicit [η 286]:

ὕπνον δὲ θεὸς κατ' ἀπείρονα χεῦεν.[1])

b. VI. Ulixes supplex Nausicaae misericordiam implorans dicit [ζ 172 sqq.]:

νῦν δ' ἔνθαδε κάββαλε δαίμων,
ὄφρα τί που καὶ τῇδε πάθω κακόν· οὐ γὰρ ὀίω
παύσεσθ', ἀλλ' ἔτι πολλὰ θεοὶ τελέουσι πάροιθεν.

cui respondet Nausicaa [ζ 188]:

Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον Ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν, sq.

A poëta commemoratur Ἀθήνη [ζ 2, 13, 24, 41, 112, 139, 229].

b. VII. Ulixes ad Alcinoum [η 213 sq.]:

καὶ δ' ἔτι κεν, inquit, καὶ πλείον' ἐγὼ κακὰ μυθησαίμην,
ὅσσα γε δὴ ξύμπαντα θεῶν ἰότητι μόγησα.[2])

Aretae reginae quaerenti cuiatem se esse dicat Ulixes respondet [η 241 sq.]:

ἀργαλέον, βασίλεια, διηνεκέως ἀγορεῦσαι
κήδε', ἐπεί μοι πολλὰ δόσαν θεοὶ Οὐρανίωνες·

[η 248 sqq.]:

ἀλλ' ἐμὲ τὸν δύστηνον ἐφέστιον ἤγαγε δαίμων
οἶον, ἐπεί μοι νῆα θοὴν ἀργῆτι κεραυνῷ
Ζεὺς ἔλσας ἐκέασσε μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.

[η 254]:

νῆσον ἐς Ὠγυγίην πέλασαν θεοί,[3]) sq.

et η 270 sq.:

ἦ γὰρ μέλλον ἔτι ξυνέσεσθαι ὀιζυῖ
πολλῇ, τήν μοι ἐπῶρσε Ποσειδάων ἐνοσίχθων.

ι 37 sq. Ulixes dicit:

εἰ δ' ἄγε τοι καὶ νόστον ἐμὸν πολυκηδέ' ἐνίσπω,
ὅν μοι Ζεὺς ἐφέηκεν ἀπὸ Τροίηθεν ἰόντι.

A poëta nuncupatur Ἀθήνη [η 14, 19, 27, 37, 40, 47, 78, 140].

---

[1]) Cf. supra p. 53. [2]) Cf. ξ 198.

[3]) η 251—258 damnat **Aristarchus**; vide **Ameis-Hentze**, Anh. Od. 2³, p. 18.

Lib. VIII. Ab Alcinoo nominantur:
θεός [θ 44, 570], θεοί [θ 579].
Ab Ulixe: θεοί [θ 167], θεός [θ 170, 177], θεοί [θ 413], Ζεύς [θ 465], θεός [θ 498].

Lib. IX—XII. In Odysseae libros ι-μ, quibus ἀπόλογοι continentur, cum Jörgensen diligentius inquisiverit [1]) haec tantum ex iis laudo:
Ab Ulixe nominantur:
Ζεύς [ι 38, 67, 552 sq.], [λ 436, 559], [μ 215, 313, 371, 405, 415, (445)].
Διὸς αἶσα [ι 52].
Ζεὺς καὶ θεοὶ ἄλλοι [ι 479].
θεός [ι 158, 339], [μ 419], τὶς θεός [ι 142], [κ 141], θεοῦ μοῖρα [λ 292].
θεοί [ι 15], [λ 139, 274, 276, 332, 555], [μ 338, 394, 448].
τὶς θεῶν [κ 157].
δαίμων [ι 381], [κ 64], [λ 587], [μ 169, 295].
δαίμονος αἶσα [λ 61, Ab Elpenoris umbra dicitur].
νύμφαι [ι 154].
Ποσειδάων [ι 526, 536].
Ἑρμείας [κ 277, 307].
Καλυψώ [ι 29].
Κίρκη in libro κ passim. [2])
Λαμπετίη [μ 375].

Jörgensen [o. l. p. 363]: „Ausser Zeus," inquit, „wird nur an zwei Stellen der in die Handlung eingreifende Gott namhaft gemacht, nämlich Hermes in κ und Helios in μ; denn von den Nymphen und Kirke kann man wohl absehen und die Poseidon--stelle in ι ist von besonderer Art. Deinde profert quae iam supra laudavi. [3])

Locos a viro docto Jörgensen collatos et uberius tractatos hic planius explicare supersedeo. [4])

Lib. XIII. Athena postquam dixit ad Ulixem, mirum sibi videri eum non prius ipsius auxilium sensisse [ν 299 sqq.]:

νῦν αὖ δεῦρ' ἱκόμην, inquit [303 sq.], ἵνα τοι σὺν μῆτιν ὑφήνω
χρήματά τε κρύψω sq.

atque eadem illa dicit [ν 363 sq.]:

ἀλλὰ χρήματα μὲν μυχῷ ἄντρου θεσπεσίοιο
θείομεν αὐτίκα νῦν, sq.

---

[1]) Cf. supra pp. 47 sq.; 52 sq.

[2]) κ 136, 150, 210, 221, 241, 276, 308, 322, 337, 347, 375, 383, 388, 394, 426, 449, 480, 483, 501, 549, 554, 563, 571.

[3]) Cf. supra p. 2,5.

[4]) Quam ob causam Jörgensen non commemoraverit ι 15, κ 64, λ 61, 139, 274, 276, 292, 332, 436, 555, 559, 587, μ 215 equidem non intellego.

ad Telemachum autem de donis antro reconditis dicit Ulixes [π 232]:
καὶ τὰ μὲν ἐν σπήεσσι θεῶν ἰότητι κέονται.

A poëta nominantur:
Ἀθήνη [ν 121, 190, 221, 236, 252, 287, 352 (θεά), 439],
ἐνοσίχθων [ν 125].

XIV. In Eumaei et Ulixis colloquio ab Ulixe nominantur:
Ζεὺς καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι [ξ 53, 119].
Ζεύς [ξ 158, 235, 243, 268, 273, 300, 303 (Κρονίων), 305, 310].
θεοί [ξ 198, 348, 357].
θεός [ξ 227, 242, 309].
δαίμων [ξ 488].
Ἄρης καὶ Ἀθήνη [ξ 216].[1])
ab Eumaeo appellanntur:
θεοί [ξ 39, 61, 83, 175, 366, 394].
θεός [ξ 65, 89, 444], τὶς ἀθανάτων]ξ 178].
Κρονίων [ξ 184].

XV. Athena in somnis Telemachum ut domum redeat monens dicit [ο 34 sq.]:
πέμψει δέ τοι οὖρον ὄπισθεν
ἀθανάτων ὅς τίς σε φυλάσσει τε ῥύεταί τε.
Telemachus matri iter factum enarrans [ρ 148 sq.]:
ἔδοσαν δέ μοι οὖρον, inquit,
ἀθάνατοι, τοί μ' ὦκα φίλην ἐς πατρίδ' ἔπεμψαν.

Poëta autem narrat [ο 292]:
τοῖσιν δ' ἴκμενον οὖρον ἵει γλαυκῶπις Ἀθήνη,
et [ο 222]:
ἤτοι ὁ μὲν [Telemachus sc.] τὰ πονεῖτο καὶ εὔχετο, θῦε δ' Ἀθήνῃ
νηὶ πάρα πρυμνῇ·
Theoclymenus, vates Argivus, ob caedem profugus, ad Telemachum Athenae sacra facientem accedens [ο 260 sq.]:
ὦ φίλ', inquit, ἐπεί σε θύοντα κιχάνω τῷδ' ἐνὶ χώρῳ,
λίσσομ' ὑπὲρ θυέων καὶ δαίμονος, sq.

Ab Eumaeo deinde nominantur: θεοί [ο 372], Ζεύς [ο 475];
ab Ulixe: Ζεύς [ο 489]; a Telemacho: Ζεύς [ο 523]; a Theoclymeno dicitur [ο 531]:
Τηλέμαχ', οὔ τοι ἄνευ θεοῦ ἔπτατο δεξιὸς ὄρνις.

---

[1]) ξ 216: ἦ μὲν δὴ θάρσός μοι Ἄρης τ' ἔδοσαν καὶ Ἀθήνη
καὶ ῥηξηνορίην·

Lib. XVI. Telemacho in patriam reverso Eumaeus sortem Ulixis, senis mendici personam gerentis, enarrans [π 64]:

ὣς γάρ, inquit, οἱ ἐπέκλωσεν τά γε δαίμων.

Telemachus cum hospite colloquens dicit [π 117]:

ὧδε γὰρ ἡμετέρην γενεὴν μούνωσε Κρονίων·

et idem ille [π 129]:

ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται·

Poëta narrat [π 154—177] Athenam, Eumaeo absente, apparuisse Ulixi, illumque virgula divina in iuvenem convertisse. Telemachus conversam hospitis figuram admiratus [π 181 sqq.]:

ἀλλοῖός μοι, ξεῖνε, inquit, φάνης νέον ἠὲ πάροιθεν,
ἄλλα δὲ εἵματ' ἔχεις, καί τοι χρὼς οὐκέθ' ὁμοῖος.
ἦ μάλα τις θεός ἐσσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.

et rursus idem [π 194 sqq.]:

οὐ σύγ' Ὀδυσσεύς ἐσσι, πατὴρ ἐμός, ἀλλά με δαίμων
θέλγει, ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω.
οὐ γάρ πως ἂν θνητὸς ἀνὴρ τάδε μηχανόῳτο
ᾧ αὐτοῦ γε νόῳ, ὅτε μὴ θεὸς αὐτὸς ἐπελθὼν
ῥηιδίως ἐθέλων θείη νέον ἠὲ γέροντα.

Deinde Ulixes quod rediit, Athenae auxilio attribuit [π 207]:

αὐτάρ τοι τόδε ἔργον Ἀθηναίης ἀγελείης.

[ib. 233]: νῦν αὖ δεῦρ' ἱκόμην ὑποθημοσύνῃσιν Ἀθήνης.

Deinde nominantur ab Eurymacho: τὶς θεῶν [π 356];
ab Antinoo: θεοί [π 364], δαίμων [π 370];
ab Amphinomo: θεῶν βουλαί [π 402], Διὸς θέμιστες [π 403], θεοί [π 405];
a poëta: Ἀθήνη [π 155, 166, 172, 451, 454].

Lib. XVII. In libro, qui inscribitur ρ, nominantur:
a Telemacho: Ζεύς [51], θεοί [119], ἀθάνατοι [149, 601], θεός [399];
ab Eumaeo: δαίμων [243], θεοί [271], Ζεύς [322, 597];
a Melantheo: θεός [218];
ab Antinoo: τίς δαίμων [446]; [1])
a poëta: Ἀθήνη [63, 360].

Lib. XVIII. Eurynomae adhortatae Penelopam, ut se lavaret et ungueret, illa, magna animi aegritudine capta, respondet, id non amplius sibi opus esse [σ 180 sq.]:

ἀγλαΐην γάρ, inquit, ἐμοίγε θεοί, τοὶ Ὄλυμπον ἔχουσιν,
ὤλεσαν.

[1]) Cf. ρ 446: τίς δαίμων τόδε πῆμα προσήγαγε δαιτὸς ἀνιήν;
σ 37: οἵην τερπωλὴν θεὸς ἤγαγεν ἐς τόδε δῶμα.

eademque ad Eurymachum dicit [σ 251 sq.]:

Εὐρύμαχ᾽, ἦτοι ἐμὴν ἀρετὴν εἶδός τε δέμας τε
ὤλεσαν ἀθάνατοι,

paucis versibus post [σ 256]:

νῦν δ᾽ ἄχομαι· τόσα γάρ μοι ἐπέσσευεν κακὰ δαίμων.[1])

Se ipsam miseram dicit [σ 273]:

τῆς τε Ζεὺς ὄλβον ἀπηύρα.

Cum his conferantur ea, quae dicit poëta
[σ 190 sq.]: τέως δ᾽ ἄρα δῖα θεάων [Athena sc.][2])
ἄμβροτα δῶρα δίδου, ἵνα μιν θηησαίατ᾽ Ἀχαιοί.
[β 12]: θεσπεσίην δ᾽ ἄρα τῷ γε χάριν κατέχευεν Ἀθήνη·
[ζ 229 sq.]: τὸν μὲν Ἀθηναίη θῆκεν, Διὸς ἐκγεγαυῖα,
μείζονά τ᾽ εἰσιδέειν καὶ πάσσονα, sq.
[η 41 sq.]: ἥ [Athena sc.] ῥά οἱ ἀχλὺν
θεσπεσίην κατέχευε φίλα φρονέουσ᾽ ἐνὶ θυμῷ.
[θ 18 sq.]: τῷ δ᾽ ἄρ᾽ Ἀθήνη
θεσπεσίην κατέχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις, sq.
[ψ 156]: αὐτὰρ κὰκ κεφαλῆς χεῦεν πολὺ κάλλος Ἀθήνη.

In libro σ nominantur ab Ulixe:
θεοί [19, 133, 134], δαίμων [146], θεός [265], Κρονίων [376];
a poëta nominatur: Ἀθήνη [69, 155, 158, 187, 190, 197, 346].

Lib. XIX. Poëta narrat [τ 33 sq.]:

πάροιθε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη,
χρύσεον λύχνον ἔχουσα, φάος περικαλλὲς ἐποίει.

Telemachus vero repentinam lucem admirans [τ 40]:

ἦ μάλα τις θεὸς ἔνδον, inquit, οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι.

cui Ulixes sic respondet [τ 43]:

αὕτη τοι δίκη ἐστὶ θεῶν, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.

Reliquis libri undevicesimi versibus nominantur ab Ulixe:
Ζεὺς Κρονίων [80], δαίμων [201], Ζεύς τε καὶ Ἥλιος [276], θεός [485, 488], θεοί [502];
a Penelopa: ἀθάνατοι [125, 593], δαίμων [129,[3]) 138, 512];
a poëta: Ἀθήνη [2, 33, 52, 479, 604], Ἑρμείας [397].

Lib. XX. υ 87 Penelope dicit:

αὐτὰρ ἐμοὶ καὶ ὀνείρατ᾽ ἐπέσσευεν κακὰ δαίμων.

Poëta vero narrat [δ 795 sqq.], Athenam deam Penelopae somnium misisse.

B 5 sq. idem ille dicit:

ἥδε δέ οἱ [Iovi sc.] κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή,
πέμψαι ἐπ᾽ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι οὖλον Ὄνειρον.

---

[1]) Cf. τ 129. [2]) Cf. σ 187 sqq.
[3]) Cf. σ 256.

υ 345 sq. poëta dicit:

μνηστῆρσι δὲ Παλλὰς Ἀθήνη
ἄσβεστον γέλω ὦρσε, παρέπλαγξεν δὲ νόημα.

Telemachus autem exclamat [φ 102]:

ὢ πόποι, ἦ μάλα με Ζεὺς ἄφρονα θῆκε Κρονίων. [1])

Penelope ad Eurycleam [ψ 11 sq.]:

μαῖα φίλη, inquit, μάργην σε θεοὶ θέσαν, οἵ τε δύνανται
ἄφρονα ποιῆσαι καὶ ἐπίφρονά περ μάλ' ἐόντα, sq.

Deinde nominantur ab Ulixe: θεοί [υ 169];
a Philoitio: θεοί [υ 195], Κρονίων [υ 236];
a poëta: Ἀθήνη [υ 30, 44, 54 sq. 284, 345].

Lib. XXI. Ulixes ut Eumaei et Philoitii mentes experiatur, eos rogat [φ 195 sq.]:

ποῖοί κ' εἶτ' Ὀδυσῆι ἀμυνέμεν, εἴ ποθεν ἔλθοι
ὧδε μάλ' ἐξαπίνης καί τις θεὸς αὐτὸν ἐνείκαι;

cui Philoitios sic respondet [φ 200 sq.]:

Ζεῦ πάτερ, αἲ γὰρ τοῦτο τελευτήσειας ἐέλδωρ,
ὡς ἔλθοι μὲν κεῖνος ἀνήρ, ἀγάγοι δέ ἑ δαίμων·

ὣς δ' αὔτως Εὔμαιος ἐπεύχετο, inquit poëta [ib. 203], πᾶσι θεοῖσι, sq.

Tum Ulixes, fide eorum cognita, iis pollicetur [φ 213 sq.]:

εἴ χ' ὑπ' ἔμοιγε θεὸς δαμάσῃ μνηστῆρας ἀγαυούς,
ἄξομαι ἀμφοτέροις ἀλόχους καὶ κτήματ' ὀπάσσω, sq.

Ad procos Ulixes [φ 278 sqq.]:

λίσσομ', inquit, ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἔπος κατὰ μοῖραν ἔειπε,
νῦν μὲν παῦσαι τόξον, ἐπιτρέψαι δὲ θεοῖσιν·
ἠῶθεν δὲ θεὸς δώσει κράτος, ᾧ κ' ἐθέλῃσιν.

A poëta nominantur: Ἀθήνη [φ 1, 358], Ζεύς [φ 413].

Lib. XXII. χ 205 sq. a poëta haec dicuntur:

τοῖσι δ' ἐπ' ἀγχίμολον θυγάτηρ Διὸς ἦλθεν Ἀθήνη,
Μέντορι εἰδομένη ἠμὲν δέμας ἠδὲ καὶ αὐδήν.

et χ 256 idem ille dicit:

τὰ δὲ πάντα ἐτώσια θῆκεν Ἀθήνη.

iterumque χ 273:

τὰ δὲ πολλὰ ἐτώσια θῆκεν Ἀθήνη.

et χ 297:

δὴ τότ' Ἀθηναίη φθισίμβροτον αἰγίδ' ἀνέσχεν
ὑψόθεν ἐξ ὀροφῆς·

Ulixes vero ad Eurycleam [χ 413]:

τούσδε δὲ μοῖρ' ἐδάμασσε θεῶν, inquit, καὶ σχέτλια ἔργα·

[1]) Cf. π 194 sq.: ἀλλά με δαίμων | θέλγει, sq.

et Penelope ad Eurycleam dicit [ψ 63]:

ἀλλά τις ἀθανάτων κτεῖνε μνηστῆρας ἀγαυούς,

Amphimedontis ψυχή, Agamemnonis umbrae procorum caedem narrans, haec dicit [ω 149 sq.]:

καὶ τότε δή ῥ' Ὀδυσῆα κακός ποθεν ἤγαγε δαίμων
ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιήν,

et [ib. 164]:

ἀλλ' ὅτε δή μιν ἔγειρε, inquit, Διὸς νόος αἰγιόχοιο,

et [ib. 182]:

γνωτὸν δ' ἦν ὅ ῥά τίς σφι θεῶν ἐπιτάρροθος ἦεν·

Medon inter Ithacenses, procorum caede commotos, haec ad animos placandos profert [ib. 443 sqq.]:

κέκλυτε δὴ νῦν μευ, Ἰθακήσιοι· οὐ γὰρ Ὀδυσσεὺς
ἀθανάτων ἀέκητι θεῶν τάδε μήσατο ἔργα·
αὐτὸς ἐγὼν εἶδον θεὸν ἄμβροτον, ὅς ῥ' Ὀδυσῆι
ἐγγύθεν ἑστήκει καὶ Μέντορι πάντα ἐῴκει.
ἀθάνατος δὲ θεὸς τότε μὲν προπάροιθ' Ὀδυσῆος
φαίνετο θαρσύνων, sq.

Denique in libro χ a poëta nominatur: Ἀθήνη [210, 224, 239].

Lib. XXIII. In Ulixis et Penelopae colloquio nominantur
ab Ulixe: Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες [ψ 167], θεός [ψ 185], Ζεὺς καὶ θεοὶ ἄλλοι [ψ 352];
a Penelopa: θεοί [ψ 210, 258, 286], θεός [ψ 222, 260];
a poëta: Ἀθήνη [ψ 157, 242, 344, 371].

Lib. XXIV. ω 367 sqq. a poëta narratur:

αὐτὰρ Ἀθήνη
ἄγχι παρισταμένη μέλε' ἤλδανε ποιμένι λαῶν,
μείζονα δ' ἠὲ πάρος καὶ πάσσονα θῆκεν ἰδέσθαι.

Ulixes autem patrem admiratus [ω 373 sq.]:

ὦ πάτερ, inquit, ἦ μάλα τίς σε θεῶν αἰειγενετάων
εἶδός τε μέγεθός τε ἀμείνονα θῆκεν ἰδέσθαι.

Ulixes primum, velut ignotus, in hortis cum Laerta patre sermocinatus [ω 306 sq.]:

αὐτὰρ ἔμοιγ', inquit, ὄνομ' ἐστὶν Ἐπήριτος· ἀλλά με δαίμων
πλάγξ' ἀπὸ Σικανίης δεῦρ' ἐλθέμεν οὐκ ἐθέλοντα·

In postremo Odysseae libro nominantur a poëta:
Ἀθήνη [ω 367, 472, 487, 502, 516, 520, 529, 533, 541], Ζεύς [ω 477], Κρονίδης [ω 539].

Quamquam vereor, ne pro consilio longius lapsus esse videar neve loci exiliter enumerati eos, qui legunt, fastidio affecerint, tamen planius quam adhuc factum sit, hanc rem agendam esse putavi. Ex locis inter se subtilius comparatis colligendum est, poëtam inter suam ipsius narrationem et eorum, quos loquentes inducat, in numinibus divinis appellandis discrimen facere solere; id quod Jörgensen [vid. supra p. 78] in Odysseae libros (ι-μ) demonstravit, qui tamen reliqua carmina obiter tantum percucurrit.

Poëta ipse, cum ἐξ ἰδίου προσώπου, ut ita dicam, loquitur, numen divinum certo nomine nuncupare solet, ut semper sciamus, quis sit deus, qui rem agat, licet nonnullis locis sive metri leges observans, sive, ut varietur ac distinguatur oratio neve frequentius repetitum nomen elocutioni obsit, voces q.s. θεός, θεά, δαίμων adhibeat.[1])

Ab iis autem, quos poëta loquentes facit, [τὰ πρόσωπα λέγοντα quae dicuntur], vulgo appellatur vel θεός [τὶς θεός, τὶς θεῶν], vel θεοί [ἀθάνατοι, 'Ολύμπιοι], vel δαίμων, vel Ζεύς [Κρονίων, Κρόνου παῖς, 'Ολύμπιος].[2])

Nonnullis locis nomine appellari deos, sive iidem in rebus gerundis se aperuerunt, sive omnibus satis noti sunt,[3]) facile intellegitur.[4])

Hac ratione verborum q.s. θεός, θεοί, δαίμων, Ζεύς ad significandum numen divinum incertum consensum concentumque, satis expositum esse puto.

Haec denique sunt commemoranda:
in Iliade δαίμων in oratione recta legitur his sedecim locis: E 459, 884. Z 115. H 291, 377, 396. Θ 166.

---

[1]) Α 222 [δαίμονας], 472. Γ 139, 396, 420 [δαίμων]. Ν 82, 239. Ο 418 [δαίμων]. Π 531, 726. Φ 248. β 392. γ 30, 438. δ 767. ε 193 sq. 265, 351. η 38, 41. ν 352. σ 197. υ 393. ω 535.

Duobus tantum locis [H 4, Φ 74] voce q.e. θεός universum numen divinum significat poëta. Vide supra p. 68.

Variandi rationem in carminibus epicis non neglegendam esse putat vir doctus Belzner, Homerische Probleme [1911], I, p. 34: „Es ist sicher, dasz dieses Prinzip („Variationsprinzip") in den homerischen Epen auch seine Wirkung tut."

[2]) Belzner, o.l. I, p. 11 sqq. exponit, quid intersit inter ea, quae poëta ipse narrat atque ea, quae dicunt homines, quos loquentes inducit.

[3]) Cf. supra p. 75, 1, 2.

[4]) Cf. Δ 64, 147, 182. Γ 438. Ζ 205, 428. Η 81, 146, 154. Ι 254, 457, 533, 564. Κ 245, 552 sq. Λ 714. Π 95, 845. Ρ 561, 566, 630. Υ 94, 450. β 116. γ 145, 218, 222, 279, 378, 419. δ 261, [289], 752, 762. ε 423. ζ 323. η 271. θ 520. μ 72. ν 359. ξ 216. π 207, 233, 260, [282], [298]. ρ 494. τ 276. φ 258 [τοῖο θεοῖο], 338, 364. χ 7.

I 600. Λ 792. O 403, 467 sq. P 98, 104. T 188. Φ 93. Ψ 595.

Reliquis undecim locis, quibus δαίμων in Iliade legitur, vox a poëta narrante adhibetur: septies in locutione δαίμονι ἶσος [E 438. Π 705, 786. Υ (447), 493. Φ 18, 227] [1]; semel in comparatione [Λ 480] [2]; loci, qui restant, sunt Λ 222. Γ 420. O 418. [3])

Unum locum [ε 396] [4] si exceperis, in Odyssea omnibus locis, δαίμων in oratione recta usurpatur: β 134. γ 27, 166. δ 274 sq. ε 421. ζ 172. η 248. ι 381. κ 64. λ 61, 587. μ 169, 295. ξ 386, 488. ο 261. π 64, 194, 370. ρ 243, 446. σ 146, 256. τ 10, 129, 138, 201, 512. υ 87. φ 201. ω 149, 306.

Hoc igitur me plenius absolvisse confido quam contigerit aliis: eorum locorum dico indagationem, quibus in oratione recta numen divinum incertum appelletur. Quibus locis inter se collatis sequitur, ut δαίμων — aeque ac θεός, vel τὶς θεός, τὶς θεῶν, θεοί, Ζεύς — in oratione recta usurpetur ad universum significandum numen divinum aut deum quendam, qui quis sit ignorent ii quos poëta loquentes inducat.

Hisce omnibus perpensis transeamus ad inquirenda et conferenda verba, quibuscum δαίμων coniungatur unaque vocabula alia, quae iisdem verbis adiciantur. [5]

[1] Praeterea E 459 ab Apolline dicitur: δαίμονι ἶσος, ib. 884 a Marte. Hos locos in eos, qui in oratione recta inveniuntur, rettuli.

[2] Λ 480 sq.: . . . . . . ἔτι τε λῖν ἤγαγε δαίμων | σίντην.

[3] Λ 221 sq.: . . . . . . ἡ δ' Οὔλυμπον δὲ βεβήκει
δώματ' ἐς αἰγιόχοιο Διὸς μετὰ δαίμονας ἄλλους.
Γ 420: . . . . ἦρχε δὲ δαίμων [Aphrodite sc.]
O 418: . . . . ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων [Apollo sc.].

[4] ε 396: . . . . στυγερὸς δέ οἱ ἔχραε δαίμων.

[5] Vid. supra p. 50.

CAPUT III.

Quibuscum verbis δαίμων coniungatur quaeque alia vocabula iisdem verbis adiciantur.

Verba cognominata vel idem significantia postquam examinavimus, anquiramus quibuscum verbis δαίμων coniungatur quaeque alia vocabula illis verbis adiciantur.

Argumenta, quae supra [p. 50] in congerenda materia secundo et tertio loco rettuli, hoc capite explicabuntur, quae tamen sola examinare non satis est; etiam alias locutiones, sive forma sive sententia comparatione dignas, afferre non inutile videbitur.[1])

A. de Iliade:

Athenam deam, postquam de coelo ad Achillis iram cohibendam descendit eique ut gladium in vaginam reconderet imperavit, Olympum in montem ad ceteros deos revertentem inducit poëta [A 221 sq.]:

ἡ δ' Οὔλυμπον δὲ βεβήκει

[1]) Locos, quibus δαίμων legitur, non deinceps singulos per se tractatos enumeravi, sed coniunxi eos, quos inter se cohaerere et congruere putem. Ut uno in conspectu omnia videamus, hanc locorum tabulam addo:

Pluralis	A 222	μετὰ δαίμονας ἄλλους
Pluralis	Z 115	δαίμοσιν ἀρήσασθαι
Pluralis	Ψ 595	δαίμοσιν εἶναι ἀλιτρός
	Γ 420	ἦρχε δὲ δαίμων
	E 438, 459, 884.	δαίμονι ἶσος
	Π 705, 786.	δαίμονι ἶσος
	Υ [447], 493.	δαίμονι ἶσος
	Φ 18, 227.	δαίμονι ἶσος
	H 291, 377, 396	εἰς ὅ κε δαίμων διακρίνῃ
	Λ 792, O 403	σὺν δαίμονι
	P 98, 104	πρὸς δαίμονα
	T 188	πρὸς δαίμονος
	O 418. Φ 93	ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων
	Λ 480	ἐπί τε λῖν ἤγαγε δαίμων
	I 600 sq.	μηδέ σε δαίμων τρέψειε
	O 467 sq.	ἐπὶ μήδεα κείρει | δαίμων
	Θ 166	δαίμονα δώσω

A 222 δῶματ' ἐς αἰγιόχοιο Διὸς μετὰ δαίμονας ἄλλους. [1])

Primo loco cum his conferantur: H. in Ap. [ed. Allen, 1912], 10 sqq., ubi describitur, quo modo Apollo in Olympum introiens a patre ceterisque dis excipiatur:

τῷ δ' ἄρα νέκταρ ἔδωκε πατὴρ δέπαϊ χρυσείῳ
δεικνύμενος φίλον υἱόν, ἔπειτα δὲ δαίμονες ἄλλοι
ἔνθα καθίζουσιν.

H. in Merc. 381, Mercurius dicit:

Ἠέλιον δὲ μάλ' αἰδέομαι καὶ δαίμονας ἄλλους, sq.

Zeus Mercurium ad Orcum mittit [h. in Cer. 336 sqq.]:

ὄφρ' Ἀΐδην μαλακοῖσι παραιφάμενος ἐπέεσσιν
ἁγνὴν Περσεφόνειαν ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος
ἐς φάος ἐξαγάγοι μετὰ δαίμονας, sq.

Ib. 322 iidem vocantur φῦλα θεῶν αἰειγενετάων et 325 μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες.

Ceterum de compluribus vel de diis universis sermo est his locis: Achilles Thetidis matris auxilium invocans illam admonet, ipsam quondam solam ex dis perniciem a Iove avertisse [A 399 sq.]:

ὁππότε μιν ξυνδῆσαι, inquit, Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι,
Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.

Cuius rei Iovem memorem Thetidi auxilium petenti non denega-turum esse.

Hera a Iove vituperata, tacita consedit [A 569 sq.],

ὄχθησαν δ' ἀνὰ δῶμα Διὸς θεοὶ Οὐρανίωνες [570].

De Hephaesto poëta dicit [A 597 sq.]:

αὐτὰρ ὁ τοῖς ἄλλοισι θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν
οἰνοχόει,

Δ 1 legitur:

οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο

Hera in deorum concilio irata Iovi, qui incepta sua irrita faciat, [Δ 29]:

ἔρδ'· inquit, ἀτὰρ οὔ τοι πάντες ἐπαινέομεν θεοὶ ἄλλοι.

Iterumque eadem illa [Δ 62 sqq.]:

ἀλλ' ἤτοι μὲν, inquit, ταῦθ' ὑποείξομεν ἀλλήλοισι,
σοὶ μὲν ἐγώ· σὺ δ' ἐμοί· ἐπὶ δ' ἕψονται θεοὶ ἄλλοι
ἀθάνατοι.

Hera et Athena Iovem petentes [E 753 sq.]:

εὗρον δὲ Κρονίωνα θεῶν ἄτερ ἥμενον ἄλλων
ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος Οὐλύμποιο.

---

[1]) Ebeling, o.l. i.v. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 74. Lehrs, o.l.² p. 144. Kröcher, o. l. p. 5. Quid Aristarchus de hoc loco [A 222] sentiat, cf. Ludwich, Aristarchs Homerische Textkritik [1884], I, p. 186.

H 443 sq. legitur:

οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἀστεροπητῇ
θηεῦντο μέγα ἔργον Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων.

et Θ 2 sq.:

Ζεὺς δὲ θεῶν ἀγορὴν ποιήσατο τερπικέραυνος
ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος Οὐλύμποιο.

Zeus ipse currum et equos ad Olympum egit [Θ 439]:

θεῶν δ' ἐξίκετο θώκους.

et de Athena dicitur [ζ 41 sqq.]:

ἡ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσ' ἀπέβη γλαυκῶπις Ἀθήνη
Οὔλυμπον δ', ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
ἔμμεναι·

Eris, quae sola pugnantibus adest, certamine gaudet [Λ 74 sq.]:

οἴη γάρ ῥα θεῶν παρετύγχανε μαρναμένοισιν,
οἱ δ' ἄλλοι οὔ σφιν πάρεσαν θεοί, sq.

Hera Iovis iussu ab Idaeis montibus discessit, ut advocaret Irim et Apollinem [O 84 sq.]:

ἵκετο δ' αἰπὺν Ὄλυμπον, ὁμηγερέεσσι δ' ἐπῆλθεν
ἀθανάτοισι θεοῖσι Διὸς δόμῳ·

ib. 100 sq. legitur:

ἡ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσα καθέζετο πότνια Ἥρη,
ὤχθησαν δ' ἀνὰ δῶμα Διὸς θεοί·

Iris deinde a Iove mittitur, quae Poseidonem iubeat pugnam relinquere et [ib. 161]:

ἔρχεσθαι μετὰ φῦλα θεῶν ἢ εἰς ἅλα δῖαν.

Dii, Poseidonis hortatu, seorsum ab acie considunt; tum Poseidon [Υ 141 sq.]: μάλα δ' ὦκα, inquit, διακρινθέντας ὀίω

ἂψ ἴμεν Οὔλυμπον δέ, θεῶν μεθ' ὁμήγυριν ἄλλων,

deinde legitur [ib. 149]:

ἔνθα Ποσειδάων κατ' ἄρ' ἕζετο καὶ θεοὶ ἄλλοι,

Achilles ad Aeneam [Υ 194]:

ἀτὰρ σὲ, inquit, Ζεὺς ἐρρύσατο καὶ θεοὶ ἄλλοι.

Poseidon et Athena Achilli polliciti sunt se gloria eum affecturos esse, deinde sic pergit poëta [Φ 298]:

τὼ μὲν ἄρ' ὣς εἰπόντε μετ' ἀθανάτους ἀπεβήτην,

Achilles Hectori moribundo interitum futurum praedicenti sic respondet [χ 365 sq.]:

τέθναθι· κῆρα δ' ἐγὼ τότε δέξομαι, ὁππότε κεν δὴ
Ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι ἠδ' ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι.

Satis ex his exemplis apparet, verba quae sunt δαίμονες ἄλλοι,

θεοὶ ἄλλοι, Ὀλύμπιοι ἄλλοι, θεοὶ Οὐρανίωνες, inter se concinere neque sententia discrepare, vocem θεοί vero frequentius quam δαίμονες usurpari. Hymnorum enim locos si exceperis, uno loco [A 222] poëta ipse accusat. plur. δαίμονας utitur, [1]) id quod metri causa factum esse veri simillimum est [cf. infra cap. V].

* * *

Reliqui duo loci, quibus vocis q.e. δαίμων numerus pluralis invenitur, hic sequantur:

Hector Helenae iussu Troianos ad acriter pugnandum excitans [Z 113 sq.]:

ὄφρ' ἂν ἐγὼ βείω, inquit, προτὶ Ἴλιον ἠδὲ γέρουσιν
εἴπω βουλευτῇσι καὶ ἡμετέρῃς ἀλόχοισι
Z 115. δαίμοσιν ἀρήσασθαι, ὑποσχέσθαι δ' ἑκατόμβας. [2])

Ibidem [240] dicit poëta:

ὁ δ' [Hector sc.] ἔπειτα θεοῖς εὔχεσθαι ἀνώγει

Hector ad matrem [ib. 269 sq.]:

ἀλλὰ σὺ μὲν, inquit, πρὸς νηὸν Ἀθηναίης ἀγελείης [3])
ἔρχεο σὺν θυέεσσιν.

Videamus quae vocabula cum verbo ἀρᾶσθαι coniungantur, deinde quibus numinibus offerantur ἑκατόμβαι:

A 35 sq. legitur:

πολλὰ δ' ἔπειτ' ἀπάνευθε κιὼν ἠρᾶθ' ὁ γεραιὸς [Chryses sc.]
Ἀπόλλωνι ἄνακτι.

Athena dea imploratur: Z 304. K 277, 296. P 567 sq. δ 761. ζ 323.

Zeus: I 172. υ 97 [εὔχεσθαι].

Boreas et Zephyrus implorantur: [4]) Ψ 194.

---

[1]) Z 115 Hector, Ψ 595 Antilochus loquitur, hic igitur nom. pl. δαίμονες in oratione recta invenitur. Cf. caput II, pp. 59 et 70.

[2]) Kröcher, o.l. p. 5.

[3]) Cf. Z 379 sqq. De Athena dea Ilii adorata cf. Dietrich Mülder, Die Ilias und ihre Quellen [Berlin 1910], p. 73.

[4]) De ventorum cultu vide Herod. VII, 178, 189. Xenoph. Anab. IV, 5, 3 sq. Paus. II, 12, 1 et 34, 2 [de sacris vento Africo factis]. VIII, 29, 1 [de sacris procellis factis]. VIII, 36, 3 [de Boreae fano]. IX, 34, 3 [de ventorum ara]. Hesych. et Suid. i.v. ἀνεμοκοῖται. Cf. Schoemann-Lipsius, o.l. II⁴, p. 356, 1. Rohde, o.l. I⁴, p. 248, 1; II, p. 122, 2. Gruppe, o.l. II, pp. 834 sqq.; 1333. Gilbert, Griechische Götterlehre [1898], p. 37. Sam Wide, o. l. p. 187. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 91. Buchholz, die Homerischen Realien, III, p. 229. Riess, R.E. I, c. 41, i.v. Aberglauben.

Nymphae: ν 355 (cf. ρ 239 sq.).
dii: Γ 318. I 566 sq. μ 337 (cf. ib. 333). σ 176.

Cum verbo ἀρᾶσθαι locis allatis coniunguntur haec nomina: Ἀπόλλων, Ἀθήνη, Ζεύς, ἄνεμοι, Νύμφαι, θεοί, ἀθάνατοι, δαίμονες.

Ἑκατόμβαι [1]) commemorantur:
α 25: Poseidon Aethiopas adierat

ἀντιόων ταύρων τε καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης.

Hermes ad Calypso [ε 101 sq.]:

οὐδέ τις ἄγχι βροτῶν πόλις, inquit, οἵ τε θεοῖσιν
ἱερά τε ῥέζουσι καὶ ἐξαίτους ἑκατόμβας·

Athena Ulixi nondum terram suam recognoscenti locos notos singulos ostendit [ν 349 sq.]:

τοῦτο δέ τοι σπέος εὐρύ, inquit, κατηρεφές, ἔνθα σὺ πολλὰς
ἔρδεσκες Νύμφῃσι τεληέσσας ἑκατόμβας·

Ceterum hecatombae adhibentur: Ἀπόλλωνι Α 315, ἀθανάτοισι Β 306, λ 132 sq., πᾶσι θεοῖσι ρ 50, Ἀθήνῃ Ζ 93, Σπερχειῷ Ψ 146.

Artemidi soli non esse factas ab Oineo hecatombas narrat Phoenix I 535 sq.

Hecatombae voventur: Ποσειδάωνι, Ἀπόλλωνι, Ἀθήνῃ, Σπερχειῷ, Νύμφῃσι, θεοῖς, ἀθανάτοις, δαίμοσιν.

Z 115 sermo est de precibus ac sacris δαίμοσιν oblatis.

Verba δαίμοσιν ἀρήσασθαι, quae Z 115 in oratione recta inveniuntur, idem valent ac θεοῖς ἀρήσασθαι (εὔχεσθαι).

* * *

Antilochus, iniuriae sibi conscius, Menelao certaminis pretium et quidquid desiderat concedere mavult quam illius amicitiae iacturam facere et [Ψ 595]

Ψ 595. δαίμοσιν εἶναι ἀλιτρός.

Cum his conferantur haec:
εἴδωλον quod, Iphthimae specie indutum, Athena dea effinxit et ad Penelopam dormientem misit, ut illius animum cura liberaret, de Telemacho dicit [δ 807]: οὐ μὲν γάρ τι θεοῖς ἀλιτήμενός ἐστι.

[1]) Ebeling, o.l. i.v.
Cf. Finsler, o.l. I², p. 259. Schoemann-Lipsius, o.l. I⁴, p. 63.

Eidotheae quaerenti qua de causa Phari in insula moretur, Menelaus respondet [δ 377 sq.]: ἀλλά νυ μέλλω
ἀθανάτους ἀλιτέσθαι, οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.

Hermes ad Calypso de Graecis domum redeuntibus haec dicit [ε 108]:
ἀτὰρ ἐν νόστῳ Ἀθηναίην ἀλίτοντο.

Achilles ad Priamum [Ω 569 sq.]:
μή σε, γέρον, inquit, οὐδ' αὐτὸν ἐνὶ κλισίῃσιν ἐάσω,
καὶ ἱκέτην περ ἐόντα, Διὸς δ' ἀλίτωμαι ἐφετμάς.

Ex locis allatis apparet cum verbis quae sunt ἀλιτρός, ἀλιτήμενος, ἀλιτέσθαι coniungi haec nomina:
δαίμονες, θεοί, ἀθάνατοι, Ἀθήνη, Ζεύς [Διὸς ἐφετμαί sc.].

Antilochus a Menelao ad ius iurandum provocatus veretur, ne sit δαίμοσιν ἀλιτρός.

Poseidon est deus per quem ut iuret Antilochus, Menelaus flagitat [Ψ 584 sq.]:
ἵππων, inquit, ἁψάμενος γαιήοχον ἐννοσίγαιον
ὄμνυθι.

Praeterea deus per quem iuratur est Ζεύς [1]) [Κ 329, Η 411 sq. Ψ 43, τ 303], Ἀπόλλων [Α 86].

Ab Agamemnone in iure iurando invocantur:
Ζεύς, Ἠέλιος, ποταμοί, γαῖα, Πλούτων, Περσεφόνη [2]) [Γ 276 sqq.]

[1]) Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 215 sqq. Hirzel, Der Eid [1902], pp. 8 sq.; 11; 19 sq.; 29.

[2]) Γ 278 sq.: καὶ οἳ ὑπένερθε καμόντας
ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅ τις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ.

καὶ αἳ coni. Duentzer, coll. Τ 259. Cf. van Leeuwen ad Γ 279.

Codicum lectionem servandam esse puto:

Ι 457 Ζεύς τε καταχθόνιος καὶ ἐπαινὴ Περσεφόνεια iisdem funguntur vicibus atque Ἐρινύες ib. 454; v. 569 Hades et Persephone invocantur ab Althaea, cuius preces exaudivit ἠεροφοῖτις Ἐρινὺς ἐξ Ἐρέβεσφιν [ib. 571 sq.]. Schol. B ad Ι 457 adscribit: τοῖς ὁ μὲν εὔχεται ταῖς Ἐρινύσι, τὰς δὲ εὐχὰς αὐτῷ ἐκτελεῖ Ἅιδης καὶ Περσεφόνη· ὅτι αὐτοκράτορες τῶν τιμωριῶν ὄντες τὴν τοῦ κολάζειν ἐξουσίαν τοῖς ἄλλοις δαίμοσι παρέχονται. Schol. A ad Ι 569: κικλήσκουσ' Ἀΐδην] ὅτι ἐπικαλεῖται μὲν τὸν Ἅιδην καὶ τὴν Περσεφόνην, ὑπακούουσι δὲ αἱ Ἐρινύες ὡς ὑπηρέτιδες.

Schol. A ad Γ 279: ἀνθρώπους τίνυσθον] πρὸς Ζηνόδοτον. ὅτι ἐκ δυικῶς γράφεσθαι τὸ τίνυσθον ἐλέγχεται ὅτι ἐπὶ Περσεφόνης καὶ Πλούτωνος ἐστιν ὁ λόγος, οὐκ ἐπὶ τῶν νεκρῶν.

Eodem munere et Hades et Persephone et Erinyes fungi solent, unde planum fit alios pro aliis appellari. Itaque Γ 278 sq. [καὶ οἳ .... τίνυσθον] Hades et Persephone, principes numinum inferorum, sunt intellegendi.

Vid. Ameis-Hentze, Anhang Il. 1, p. 189 et adnot. ad Ι 457.

Cf. Finsler, o.l. I², p. 296. Sam Wide, o.l. p. 203. Hirzel, o.l. pp. 145, 7; 155.

et Ζεύς, Γῆ, Ἠέλιος, Ἐρινύες [T 257 sqq.]; paulo post idem ille [T 264 sq.]:

εἰ δέ τι τῶνδ' ἐπίορκον, ἐμοὶ θεοὶ ἄλγεα δοῖεν
πολλὰ μάλ', ὅσσα διδοῦσιν ὅτις σφ' ἀλίτηται ὀμόσσας.

Dii per quos iuratur, in quos igitur is, qui peieraverit, „ἀλιτρός" est, sunt Ζεύς, Ποσειδάων, Γῆ τε καὶ Ἠέλιος vel, ut summatim ac generatim comprehendamus, dii universi. [1])

Quomodo, hisce omnibus perpensis, verba δαίμοσιν εἶναι ἀλιτρός sint intellegenda, facile unusquisque perspiciet. [2])

* *
*

Aphrodite dea Helenam convenit, quam ad Paridem e certamine ereptum ducit. Deam Helenae praeeuntem inducit poëta [Γ 420]:

Γ 420. ἦρχε δὲ δαίμων. [3])

Quamquam vocis δαίμονος sententia facile hic perspicitur, certam deam cum significet, tamen nonnullos locos, qui quod ad formam cum hoc loco conferri possunt, exponere non inutile videtur.

Eadem dea, quae Γ 420 δαίμων dicitur, paulo post [v. 425] θεά appellatur. [4])

Poëta dicit [β 405 sq.]:

ὣς ἄρα φωνήσασ' ἡγήσατο Παλλὰς Ἀθήνη
καρπαλίμως· ὁ δ' ἔπειτα μετ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο.

[1]) S c h o e m a n n-L i p s i u s, o.l. II[4], p. 275; „Vielmehr konnte man ohne Unterschied bei jedem Gott schwören und jeder Gott konnte den, der falsch bei ihm geschworen hatte, strafen, wenn auch Zeus dieses Strafambt im weitesten Umfange und auch da ausübt, wo der Schwörende nicht bei ihm, sondern bei einem andern Gott geschworen hat. Welche Götter aber nun im Schwure angerufen wurden, das hing begreiflcher--weise von den jedesmaligen Umständen ab", id quod praeclare illustratur Ψ 584 sq.: Menelaus ab Antilocho, qui equis vicerit, postulat, ut per Poseidonem iuret. Cf. L a s a u l x, Studien des class. Alterthums, pp. 177 sqq.; 179, 13. R o h d e, o.l. I[4], pp. 64 sq.; 268, 2; 309.

[2]) F i n s l e r, o.l. I[2], p. 268: „Neben den Göttern werden oft (?) Dämonen genannt. Wenn sie, wie nur dreimal und zwar in der Ilias geschieht, in der Mehrzahl auftreten, so sind sie von den Göttern nicht zu unter--scheiden." Cf. p. 250.

[3]) A m e i s-H e n t z e in annotatione ad Γ 420 minus recte: „δαίμων," inquit, „von einem bestimmten Gott nur hier." O 418 enim voce δαίμων Apollinem esse intellegendum supra [p. 64,1] commemoravimus. Vide praeterea h. in Merc. 138, 551; h. in Panem 22, 41; h. in Tellurem 16. Cf. H. S c h m i d t, Synon. IV, No. 151 p. 3.

Quatenus usus vocis q. e. δαίμων [Γ 420] e metro pendeat, vide infra cap. V.

[4]) F i n s l e r, o.l. I[2], p. 284, Γ 420 sic interpretatur:

„Da ging sie hin, und der Dämon ging voran. Die Göttin ist ihm (poëtae sc.) ein Teufel."

Ibidem paulo post [v. 416]:

ἂν δ' ἄρα Τηλέμαχος νηὸς βαῖν', ἦρχε δ' Ἀθήνη.

α 125 legitur:

ὣς εἰπὼν ἡγεῖθ', ἡ δ' ἕσπετο Παλλὰς Ἀθήνη

et γ 12:

ἐκ δ' ἄρα Τηλέμαχος νηὸς βαῖν', ἦρχε δ' Ἀθήνη.

Ulixes insulam prope ad Cyclopum portum sitam describens [ι 142]:

ἔνθα κατεπλέομεν, inquit, καί τις θεὸς ἡγεμόνευε

iterumque idem ille adventum Aeaeen in insulam narrans dicit [κ 141]:

καί τις θεὸς ἡγεμόνευεν.

A 493 sqq. poëta dicit:

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐκ τοῖο δυωδεκάτη γένετ' ἠώς,
καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἴσαν θεοὶ αἰὲν ἐόντες
πάντες ἅμα, Ζεὺς δ' ἦρχε.

et Φ 391 legitur:

ἦρχε γὰρ Ἄρης.

* * *

Verba δαίμονι ἶσος, quae in Iliade novies inveniuntur, [1] diligentius sunt tractanda. Diomedem ab Athena dea impulsum [E 1 sq., 123 sq.] irruentem facit poëta [E 438]:

E 438. ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο δαίμονι ἶσος, sq.

Apollo ipse de Diomede dicit [ib. 459]:

E 459. αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτῷ μοι ἐπέσσυτο δαίμονι ἶσος.

E 884. et ib. 884 Ares eadem profert.

Similiter Patroclum impetum facientem inducit poëta [Π 705 et
Π 705. 786]:

786. ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο δαίμονι ἶσος, sq.

De Achille a poëta dicitur [Υ 447]:

Υ 447. ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο δαίμονι ἶσος, [2] sq.

et ib. 493:

Υ 493. ὣς [ut ignis immane ardens] ὅ γε πάντῃ θῦνε σὺν ἔγχεϊ, δαίμονι ἶσος, [3]

et Φ 18:

Φ 18. ὁ δ' ἔσθορε δαίμονι ἶσος,

---

[1]) In hymnis semel legitur: h. in Cer. 235: ὁ δ' ἀέξατο [Demophon sc.] δαίμονι ἶσος.

[2]) Cf. Ludwich ad l. Ameis-Hentze ad Υ 447: „fehlt in vielen und guten Handschriften", cf. Anhang Il. 7, p. 76.
Schol. A annot.: ἐν ἄλλοις ὁ στίχος οὗτος οὐ κεῖται.

[3]) Cf. P 88 sq.: βῆ δὲ (Hector sc.) διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ,
ὀξέα κεκληγώς, φλογὶ εἴκελος Ἡφαίστοιο
ἀσβέστῳ·

et ib. 227:

Φ 227. ὣς εἰπὼν Τρώεσσιν ἐπέσσυτο, δαίμονι ἶσος.

Septies legitur ἐπέσσυτο δαίμονι ἶσος, semel ἔσθορε, semel θῦνε δαίμονι ἶσος. 1)

Verba quae sunt δαίμονι ἶσος igitur cum verbis irruendi [ἐπέσσυτο sc., ἔσθορε, θῦνε] coniungi videmus.

Exponamus nonnullos locos, qui verba supra allata illustrare iisque sententia congruere videantur.

Nestor ad Patroclum [Λ 747]:

αὐτὰρ ἐγὼν, inquit, ἐπόρουσα κελαινῇ λαίλαπι ἶσος,

Paulo ante versum supra allatum poëta Patroclum irruentem inducit hoc modo [Π 784]:

τρὶς μὲν ἔπειτ' ἐπόρουσε θοῷ ἀτάλαντος Ἄ ρ η ι,

deinde sequitur [ib. 786]:

ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο δ α ί μ ο ν ι ἶσος,

Dicas verbis δαίμονι ἶσος, quae per gradationem usurpaverit poëta, maiorem etiam vim quam verbis θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηι subiectam esse, itaque δαίμονος vim etiam pluris quam ipsius dei belli esse aestimandam.

Patroclus ab Achille arcessitus, e tentorio voce illius audita [Λ 604]: ἔκμολεν ἶσος Ἄρηι·

Andromache aliquid mali praesagiens duabus famulis ut se sequantur imperat ad percunctandum de Hectoris fato [X 460]:

ὣς φαμένη μεγάροιο διέσσυτο μαινάδι ἴση, 2)

Diomedes acri impetu irruit fluvio inundanti similis [E 87]:

θῦνε γὰρ ἂμ πεδίον ποταμῷ πλήθοντι ἐοικώς,

et M 463 legitur:

ὁ δ' ἄρ' ἔσθορε φαίδιμος Ἕκτωρ
νυκτὶ θοῇ ἀτάλαντος ὑπώπια·

de eodem dicit poëta [ib. 40]:

αὐτὰρ ὅ γ', ὡς τὸ πρόσθεν, ἐμάρνατο ἶσος ἀέλλῃ.

et Λ 295 Hector in Graecos irruere dicitur

βροτολοιγῷ ἶσος Ἄρηι. 3)

---

1) Cf. Mülder, o.l., cap. XV, 5, quod inscribitur „Metrische Anlehnung", p. 339 sq.

2) Cf. Z 388 sq.: ἡ μὲν δὴ [Androm. sc.] πρὸς τεῖχος ἐπειγομένη ἀφικάνει,
μαινομένῃ εἰκυῖα·

3) Cf. N 802: Ἕκτωρ δ' ἡγεῖτο, βροτολοιγῷ ἶσος Ἄρηι,
Θ 215 sq.: εἴλει δὲ θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηι
Ἕκτωρ Πριαμίδης, sq.

De Lyciorum ducibus dicit poëta [M 375]:

οἱ δ' ἐπ' ἐπάλξεις βαῖνον ἐρεμνῇ λαίλαπι ἶσοι, [1])

Eorum, qui venerunt ex Dulichio Echinadibusque sacris insulis [B 627]:

ἡγεμόνευε Μέγης, ἀτάλαντος Ἄρηι,

Cretibusque praeerant [B 650 sq.]:

Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς . . . . . .
Μηριόνης τ', ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ.

Similiter Meriones appellatur Η 166, Θ 264, Ρ 259. [2])

Idem certamen inire dicuntur [N 298]:

οἷος δὲ βροτολοιγὸς Ἄρης πόλεμόνδε μέτεισι.

M 130 Leonteus Lapitha dicitur βροτολοιγῷ ἶσος Ἄρηι.

Automedon Areti exuviis potitur [Ρ 536] θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηι.

Phaeaces se in forum conferunt ad gymnicos ludos faciendos [ϑ 115]:

ἂν δὲ καὶ Εὐρύαλος, βροτολοιγῷ ἶσος Ἄρηι,

Magnus pavor Troianis obrepit conspicatis Achillem armis splendentem βροτολοιγῷ ἶσον Ἄρηι [Υ 46].

Achilles ad Hectorem accedit [X 132]:

ἶσος Ἐνυαλίῳ, κορυθάικι πτολεμιστῇ.

Scamander fratris Simoëntis auxilium invocans ad compescendum Achillem [Φ 315]:

ὃς δὴ νῦν κρατέει, inquit, μέμονεν δ' ὅ γε ἶσα θεοῖσι. [3])

Apollinem Graecis pestem inferentem sic describit poëta [A 47]:

ὁ δ' ἤιε νυκτὶ ἐοικώς.

De Heracle apud inferos venante dicit Ulixes [λ 606]:

ὁ δ' ἐρεμνῇ νυκτὶ ἐοικώς, sq.

de Menelao dicit poëta [Γ 449]:

Ἀτρείδης δ' ἀν' ὅμιλον ἐφοίτα θηρὶ ἐοικώς,

In locutionibus κελαινῇ λαίλαπι ἶσος, ποταμῷ πλήθοντι ἐοικώς, ἶσος ἀέλλῃ modus irruendi cum procellae vel fluminis vi comparatur; haec verba igitur non sunt mera epitheta. Verba νυκτὶ ἐοικώς hor-

---

[1]) Arem vociferantem sic inducit poëta [Υ 51]:

αὖε δ' Ἄρης ἑτέρωθεν, ἐρεμνῇ λαίλαπι ἶσος,

ubi Ameis-Hentze annotat haec: „dieser und ähnliche Vergleiche stehen sonst passender in Verbindung mit Verben der Bewegung oder des Kämpfens." Pro „αὖε" [Υ 51] Strabo XIII, 597 legit „ὦρτο"; cf. Ludwich.

[2]) θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηι idem ille dicitur N 295, 328, 528; cf. Ξ 517 sq.

[3]) Cf. E 440.

-rendum aliquid significant. [1]) Si quis vero Marti ipsi, i.e. personae certa forma descriptae, similis habetur, et ad vim impetus et ad corporis figuram hoc pertinere potest. Verbis δαίμονι ἶσος etiam maiorem vim inesse quam ἀτάλαντος Ἄρηι ex Π 784 coll. 786 satis apparet. Δαίμων autem, cum hic non sit numen certa figura circumscriptum, sed numen incognitum, in comparatione illam occultam vim significat, qua quis impulsus, acri impetu in hostem irruit. [2])

Euryalus cum ad gymnicos ludos se conferens Ἄρηι βροτολοιγῷ ἶσος dicitur [θ 115], haec locutio epitheton Euryali est habendum et idem fere sonat atque ἰσόθεος φώς, vel θεοειδής, vel θεῷ ἐναλίγκιος. Sic de Telemacho dicitur [α 324]: αὐτίκα δὲ μνηστῆρας ἐπῴχετο ἰσόθεος φώς [cf. υ 124] et [β 5]: βῆ δ' ἴμεν ἐκ θαλάμοιο θεῷ ἐναλίγκιος ἄντην.

Similiter Priamus appellatur [Γ 310]:

ἦ ῥα, καὶ ἐς δίφρον ἄρνας θέτο ἰσόθεος φώς,

Ereuthalion [Η 136], Euryalus [Β 565], Machaon medicus [Δ 212], Patroclus [Λ 644], qui idem dicitur θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος [γ 110] [cf. Ρ 477].

Menelaus per turbam cursare dicitur [Γ 449 sq.]: θηρὶ ἐοικώς, εἴ που ἐσαθρήσειεν Ἀλέξανδρον θεοειδέα.

Idomeneus [Γ 230 sq.] ἐνὶ Κρήτεσσι θεὸς ὣς | ἕστηκ',

Ulixes [ψ 163] e balineo egreditur δέμας ἀθανάτοισιν ὁμοῖος.

---

[1]) Cf. Schol. A ad M 463: νυκτι θοῇ] ὅτι τὰ φοβερα νυκτι ὁμοιοῖ.
Schol. B ad M 463: νυκτι θοῇ] νυκτι τα φοβερα ὁμοιοῦσιν, sq.
Schol. B ad A 47: νυκτι ἐοικως] τα φοβερα νυκτι εἰκάζει.

[2]) L e h r s, o. l. p. 143: „Er stürmte auf ihn ein einem Dämon gleich, so heisst das: so schrecklich, so gewaltsam."

D o e d e r l e i n, Hom. Gloss. III, No. 2471, p. 338: „ἐπεσσυτο δαιμονι ἰσος - hiermit wird nicht die mordlustige Wut des Diomedes, Patroclus, Achilles geschildert, sondern nur die übermensch-liche Schnelligkeit ihres Anlaufs".

N ä g e l s b a c h, H. Th.[2], p. 73 dicit: „wo man zu übersetzen versucht ist: einem Teufel gleich." In editione tertia autem (p. 74) missa haec fecit A u t e n r i e t h.

F i n s l e r, o. l. I[2], p. 269: „Diomedes", inquit, „Patroclos, Achilleus stürmen an, einem Dämon gleich. Hier kann man nicht, wie es in der zuletzt erwähnten Stelle [P 98, 104] noch anginge, unter dem Dämon einen Gott verstehen, denn das gäbe ein ganz unklares Bild. Anstürmende Krieger werden nur mit Ares verglichen, sonst mit keinem der Götter, in einem Falle Patroklos mit Ares und einem Dämon im gleichen Atem. [Π 784, 786]. Der Dämon ist eine Macht für sich, ein G e i s t, der nie in Menschengestalt, nie sprechend vorgeführt ist, sondern immer in einem geheimnisvollen Dunkel bleibt. Er tritt meistens schädigend, seltener freundlich auf [cf. Λ 792, Γ 182]."

Quod ad metrum vid. infra cap. V.

Achillem sic appellat Agamemnon [A 131]: θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ, Phoenix ad Achillem [I 603]: ἶσον γάρ σε, inquit, θεῷ τίσουσιν Ἀχαιοί.[1]

Hae comparationes omnes ad certam speciem et formam pertinent, a quibus vocem q. e. δαίμων et sententia et sonitu absonam esse unusquisque concedet. Sonorum varietas enim distincte auditur, si alta voce recites haec:[2]

ἐπέσσυτο [ἔσθορε] δαίμονι ἶσος et ἐπῴχετο ἰσόθεος φώς.[3]

Δαίμονα praecipue in locutione quae est δαίμονι ἶσος apparet esse numen divinum incertum vel occultam vim divinam, quae a certae personae imagine remota, definita forma et figura plane careat.

* * *

Hector ad Aiacem proelio ancipiti commisso [H 290 sqq.]:[4]

νῦν μὲν παυσώμεσθα μάχης καὶ δηιοτῆτος
H 291 σήμερον· ὕστερον αὖτε μαχησόμεθ', εἰς ὅ κε δαίμων[5]
ἄμμε διακρίνῃ, δώῃ δ' ἑτέροισί γε νίκην.

---

1) Insignem esse discrepantiam inter vocem θεος huiusce loci et δαίμων ib. 600 [μηδε σε δαιμων ἐνταῦθα τρεψειε], nemo negabit.

2) Kretschmer, Sprache [Gercke-Norden, o.l. I^2 (1912)], p. 503: „Wie jede Vorstellung", inquit, „wird auch die Wortbedeutung von einem Gefühlston begleitet, und diese Begleitgefühle spielen keine ganz unwichtige Rolle in der Sprache."

Dietrich Mülder, Bericht über die Literatur zu Homer 1902—1911, [Burs. Jahresb. Band 161 (1913), p. 88], id., Die Ilias und ihre Quellen [1910], p. 355 sqq.

Felix Bölte, Rhapsodische Vortragskunst [Neue Jahrbb. XIX (1907)], p. 571: „Die homerischen Gedichte sind für den mündlichen Vortrag berechnet. Nicht das Auge des Lesers, das Ohr des Hörers sollte sie aufnehmen," sqq.

Cf. Finsler, o. l. I^2, p. 60 et p. 319. Cauer, Grundfr.^{2}, p. 384.

3) Nägelsbach, o. l.^{2} p. 72, 1: „In Il. XXIV, 258 Ἕκτορά θ', ὃς θεὸς ἔσκε μετ' ἀνδράσιν, könnte nicht δαίμων stehen"; neque E 78 θεος δ' ὣς τίετο δήμῳ pro voce q. e. θεός „δαίμων" legi potest.

De voce q.e. ἰσόθεος vide Ameis-Hentze, Anhang Od. 1^4, p. 40.

Non recte de locutione q.e. δαίμονι ἶσος iudicare mihi videtur Krejči, o. l. p. 169: „Ebenso [ut sc. δαίμων et θεός] ist dann die Wendung δαίμονι ἶσος", welche häufig (?) vorkommt, parallel und gleichbedeutend mit den nicht minder zahlreich vorkommenden Ausdrücken wie ἰσόθεος, θεοείκελος u.d.gl." Idem atque Krejči censet Kröcher, o. l. p. 16.

Cf. H. Schmidt, Synon. d. Gr. Spr. IV, p. 16.

4) Vide Ameis-Hentze, Anh. Il. 3^2, p. 55.

5) Eustathius ad H 291, p. 681, 48: εἰσόκε θεος ἄμμε διακρίνῃ.
ad H 377, p. 686, 10: εἰσόκε δαίμων ἤγουν τύχη ἢ μοῖρα ἄμμε .... διακρίνῃ sqq.

H 377 Eadem a Priamo iterantur [ib. 377 sqq.], quae rursus, Priami
H 396 iussu, ab Idaeo praecone ad Graecos referuntur [ib. 396 sq.]. [1])

Δαίμων hisce locis numen illud nominatur, quod pugnantes dirimit praebetque victoriam. Neque enim sine divina voluntate reportatur victoria. [2])

Menelaus victoriam e deorum arbitrio pendere dicit H 101 sq.

Iovem victoriam precantur Graeci H 202 sqq. Zeus belli arbiter appellatur Δ 84. T 224.

Hector secum reputat [X 129 sq.]:

βέλτερον αὖτ' ἔριδι ξυνελαυνέμεν ὅττι τάχιστα·
εἴδομεν, ὁπποτέρῳ κεν 'Ολύμπιος εὖχος ὀρέξῃ. [3])

Idaeus praeco, postquam Aias et Hector aequo proelio manus conseruerunt [H 279 sq.]:

μηκέτι, inquit, παῖδε φίλω, πολεμίζετε μηδὲ μάχεσθον·
ἀμφοτέρω γὰρ σφῶι φιλεῖ νεφεληγερέτα Ζεύς,

Apollo postquam ex Athena quaesivit, quam ob rem ab Olympo discesserit [H 26 sq.]: ἦ ἵνα δὴ Δαναοῖσι μάχης ἑτεραλκέα νίκην δῷς; sic pergit [ib. 29 sqq.]:

νῦν μὲν παύσωμεν πόλεμον καὶ δηιοτῆτα
σήμερον· ὕστερον αὖτε μαχήσοντ', εἰς ὅ κε τέκμωρ
'Ιλίου εὕρωσιν, ἐπεὶ ὣς φίλον ἔπλετο θυμῷ
ὑμῖν ἀθανάτῃσι, διαπραθέειν τόδε ἄστυ.

Athena ad Arem [E 32 sq.]:

οὐκ ἂν δὴ Τρῶας μὲν ἐάσαιμεν καὶ 'Αχαιοὺς
μάρνασθ' ὁπποτέροισι πατὴρ Ζεὺς κῦδος ὀρέξῃ;

Dii sunt, qui homines pugnantes committant modo, modo dirimant.

A 8 rogatur:

τίς τάρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι; [4])

In deorum concilio Zeus dicit haec [Δ 14 sqq.]:

ἡμεῖς δὲ φραζώμεθ', ὅπως ἔσται τάδε ἔργα.
ἤ ῥ' αὖτις πόλεμόν τε κακὸν καὶ φύλοπιν αἰνὴν
ὄρσομεν ἦ φιλότητα μετ' ἀμφοτέροισι βάλωμεν.

Agamemnonis ψυχή ad Achillis dicit [ω 41 sq.]:

ἡμεῖς δὲ πρόπαν ἦμαρ ἐμαρνάμεθ'· οὐδέ κε πάμπαν
παυσάμεθα πτολέμου, εἰ μὴ Ζεὺς λαίλαπι παῦσεν.

---

[1]) Neuhäuser, o.l. p. 21 non infacete nec illepide: „quare," inquit, [ex eo sc. quod *δαίμονος* vis singulis diis superior putari possit] „et Graeci et Troiani victoriae assignationem non a deorum aliquo, quippe qui ipsi acerrime inter se pugnarent, neque a Iove, quippe qui in neutram partem videretur sententiam tulisse, sed a daemone, tamquam principio potentiore exspectabant."

[2]) Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 66. Finsler, o.l. I², p. 242 sqq.

[3]) Cf. H 69 sqq.

[4]) Cf. H 209 sq.

Π 662 legitur:

εὖτ' ἔριδα κρατερὴν ἐτάνυσσε Κρονίων.

Hector ad Glaucum [P 176 sqq.]:

ἀλλ' αἰεί τε, inquit, Διὸς κρείσσων νόος αἰγιόχοιο,
ὅς τε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ καὶ ἀφείλετο νίκην
ῥηιδίως, ὁτὲ δ' αὐτὸς ἐποτρύνει μαχέσασθαι.

Apollo, in Periphantis praeconis figuram conversus, Aeneam ad pugnam incitat et [P 331 sq.]:

ἡμῖν δέ, inquit, Ζεὺς μὲν πολὺ βούλεται ἢ Δαναοῖσι
νίκην·

ab Aenea Ζεύς appellatur [ib. 339]

ὕπατος μήστωρ.

Aeneas ad Apollinem Lycaoni similem dicit [Υ 100 sq.]:

εἰ δὲ θεός περ
ἶσον τείνειεν πολέμου τέλος, sq.

Λ 336 dicit poëta:

ἔνθά σφιν κατὰ ἶσα μάχην ἐτάνυσσε Κρονίων

Θ 170 sq.:

τρὶς δ' ἄρ' ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων κτύπε μητίετα Ζεὺς
σῆμα τιθεὶς Τρώεσσι, μάχης ἑτεραλκέα νίκην.

Patroclus ad Hectorem [Π 844 sq.]:

σοὶ γάρ, inquit, ἔδωκε
νίκην Ζεὺς Κρονίδης καὶ Ἀπόλλων, sq.

Ex locis, quos supra attulimus, facile intellegitur, δαίμονα [H 291, 377, 396] significare summum numen divinum illud, quod hominibus victoriam attribuit aut cladem infert, [1]) in proelium eos inducit aut dirimit, quibus muneribus non modo Iovem, deorum principem, sed etiam ceteros deos fungi apparet. [2])

* * *

Nestor Patroclum ab Achille missum de miserrima belli fortuna certiorem facit eique suadet, ut Achillem ad auxilium ferendum adducat [Λ 792 sq.]:

Λ 792. τίς δ' οἶδ', inquit, εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίναις
παρειπών; [3])

---

[1]) Cf. Finsler, o. l. I², p. 243.

[2]) Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 54 sqq.

[3]) Schol. B ad l.l.: ἅμα δε και εὐελπιν ποιεῖ τῇ παρα τοῦ δαίμονος ἐπικουρίᾳ· ἴσως γάρ, φησι, και τὸ δαιμόνιον συμβαλεῖται σοι.

Schol. T ad O 403: συν δαίμονι δέ], ἐραψαμένου θεοῦ.

Eustath., p. 884, 49: το δὲ σὺν δαίμονι ἀντι τοῦ σὺν ἀγαθῇ τύχῃ. quae vis tamen voci δαίμων apud Homerum nondum inest.

Cf. Lehrs, o. l. p. 141.

Patroclus, acri proelio exorto, Eurypylum saucium relinquens eadem fere dicit [O 403 sq.]:

O 403. τίς δ' οἶδ', εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίνω
παρειπών;

Diomedes ad Agamemnonem in patriam reditum meditantem [I 48 sq.]:

νῶϊ δ', ἐγὼ Σθένελός τε, inquit, μαχησόμεθ', εἰς ὅ κε τέκμωρ
Ἰλίου εὕρωμεν· σὺν γὰρ θεῷ εἰλήλουθμεν.

Priamus Hermen rogat haec [Ω 430]:

πέμψον δέ με σύν γε θεοῖσιν,

De Bellerophonte Glaucus dicit [Z 171]:

αὐτὰρ ὁ βῆ Λυκίην δὲ θεῶν ὑπ' ἀμύμονι πομπῇ.

Paris Helenae sic respondet [Γ 439 sq.]:

νῦν μὲν γὰρ Μενέλαος ἐνίκησεν σὺν Ἀθήνῃ,
κεῖνον δ' αὖτις ἐγώ· πάρα γὰρ θεοί εἰσι καὶ ἡμῖν. [1])

Diomedes patris facinora recordatus ad Athenam deam [K 289 sq.]:

ἀτὰρ ἂψ ἀπιὼν [Tydeus sc.], inquit, μάλα μέρμερα μήσατο ἔργα
σὺν σοί, δῖα θεά, ὅτε οἱ πρόφρασσα παρέστης. [2])

Ulixes, Athenae auxilium implorans, dicit [ν 390 sq.]:

καί κε τριηκοσίοισιν ἐγὼν ἄνδρεσσι μαχοίμην
σὺν σοί, πότνα θεά, ὅτε μοι πρόφρασσ' ἐπαρήγοις.

Achilles res gestas in memoriam redigens ad Aeneam dicit [Υ 191 sq.]:

αὐτὰρ ἐγὼ τὴν [Lyrnessum sc.]
πέρσα μεθορμηθεὶς σὺν Ἀθήνῃ καὶ Διὶ πατρί.

Ulixes Demodocum vatem rogat, ut canat equum Troianum [ϑ 493]

τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ,

deinde Demodocus canit [ib. 519 sq.]:

κεῖθι δὴ αἰνότατον πόλεμον φάτο τολμήσαντα [Ulixem sc.]
νικῆσαι καὶ ἔπειτα διὰ μεγάθυμον Ἀθήνην.

Phaeaces Ulixem in patriam reduxisse narrat poëta [ν 120 sq.]:

ἐκ δὲ κτήματ' ἄειραν, ἅ οἱ Φαίηκες ἀγαυοὶ
ὤπασαν οἴκαδ' ἰόντι διὰ μεγάθυμον Ἀθήνην. [3])

Odysseae libri undevicesimi in initio poëta [τ 1 sq.]:

Αὐτὰρ ὁ, inquit, ἐν μεγάρῳ ὑπελείπετο δῖος Ὀδυσσεὺς
μνηστήρεσσι φόνον σὺν Ἀθήνῃ μερμηρίζων. [4])

[1]) Cf. ε 167 sqq., ubi Calypso ad Ulixem:
πέμψω δέ τοι, inquit, οὖρον ὄπισθεν,
ὥς κε μάλ' ἀσκηθὴς σὴν πατρίδα γαῖαν ἵκηαι,
αἴ κε θεοί γ' ἐθέλωσι, sq.

[2]) Cf. Δ 389 sq.: πάντα δ' ἐνίκα [Tydeus sc.]
ῥηϊδίως· τοίη οἱ ἐπίρροθος ἦεν Ἀθήνη.

[3]) Cf. ν 304 sq. [4]) Cf. τ 51 sq.

De Hectore dicit Menelaus [P 101]:

ἐκ θεόφιν πολεμίζει.

Telemachus Eurycleae animum confirmans [β 372]:

θάρσει, μαῖ', inquit, ἐπεὶ οὔ τοι ἄνευ θεοῦ ἥδε γε βουλή.

Theoclymenus dexteram avem a deo missam esse agnoscens, ad Telemachum [ο 531]:

Τηλέμαχ', inquit, οὔ τοι ἄνευ θεοῦ ἔπτατο δεξιὸς ὄρνις·

Eurymachus ad procos dicit [σ 353]:

οὐκ ἀθεεὶ [1]) ὅδ' ἀνὴρ Ὀδυσήιον ἐς δόμον ἵκει·

Pandarus insignem Hectoris virtutem admiratus ad Aeneam [E 185]:

οὐχ ὅ γ' ἄνευθε θεοῦ τάδε μαίνεται, inquit.

Thoas de Hectore dicit [O 292 sq.]:

οὐ γὰρ ἄτερ γε
Ζηνὸς ἐριγδούπου πρόμος ἵσταται ὧδε μενοινῶν.

Ex locis allatis satis apparet, verba quae sunt σὺν δαίμονι, σὺν θεῷ, σὺν θεοῖς, σὺν Ἀθήνῃ, σὺν Διὶ πατρί, διὰ μεγάθυμον Ἀθήνην, οὐκ ἄνευ θεοῦ, οὐκ ἄτερ Ζηνός, inter se concinere et ad numen auxilium ferens significandum promiscue usurpari.

Verba σὺν δαίμονι solis locis supra allatis [Λ 792, O 403] inveniuntur.

* * *

Menelao Hectoris aspectu commoto persuasum est, se non posse non cedere viro, quem deus honore afficiat [P 98 sqq.]:

P 98. ὁππότ' ἀνὴρ ἐθέλῃ, inquit, πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι,
ὅν κε θεὸς τιμᾷ, τάχα οἱ μέγα πῆμα κυλίσθη.
τώ μ' οὔ τις Δαναῶν νεμεσήσεται, ὅς κεν ἴδηται
Ἕκτορι χωρήσαντ', ἐπεὶ ἐκ θεόφιν πολεμίζει.
εἰ δέ που Αἴαντός γε βοὴν ἀγαθοῖο πυθοίμην,
ἄμφω κ' αὖτις ἰόντες ἐπιμνησαίμεθα χάρμης
104. καὶ πρὸς δαίμονά περ, sq.

Haec difficultate sane non carent: difficilius ad interpretanda sunt verba πρὸς δαίμονα.

Haud multi sunt loci, qui quod ad formam cum hoc loco possint conferri. Nihilo minus excutere liceat nonnullos locos, quibus vir deo adiuvante pugnans inducitur. Addendi sunt aliquot loci, quibus sermo est de certamine contra deum vel contra numen divinum suscepto.

Hector ille, quem deus adiuvat et honore afficit, ab Ulixe sic depingitur [I 236 sqq.]:

---

[1]) De verbis οὐκ ἀθεεί, σὺν θεῷ, θεῶν ἰότητι, θεῶν ἀέκητι cf. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 120.

Ζεὺς δέ σφι Κρονίδης ἐνδέξια σήματα φαίνων
ἀστράπτει· Ἕκτωρ δὲ μέγα σθένεϊ βλεμεαίνων
μαίνεται ἐκπάγλως, πίσυνος Διί, οὐδέ τι τίει
ἀνέρας οὐδὲ θεούς· sq.

Menelaus ad Athenam Phoenicis specie indutam [P 566]:
τῷ (Hectori) γὰρ, inquit, Ζεὺς κῦδος ὀπάζει.

O 290 sqq. de eodem haec dicit Thoas:
ἀλλά τις αὖτε θεῶν ἐρρύσατο καὶ ἐσάωσεν
Ἕκτορ', ὃ δὴ πολλῶν Δαναῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν,
ὡς καὶ νῦν ἔσσεσθαι ὀίομαι· οὐ γὰρ ἄτερ γε
Ζηνὸς ἐριγδούπου πρόμος ἵσταται ὧδε μενοινῶν.

Zeus ad Apollinem [O 221]:
ἔρχεο νῦν, inquit, φίλε Φοῖβε, μεθ' Ἕκτορα χαλκοκορυστήν·
et [ib. 232]:
σοὶ δ' αὐτῷ μελέτω, ἑκατηβόλε, φαίδιμος Ἕκτωρ· sq. [1])

Hastam in Hectorem postquam frustra immisit [Π 119 sqq.],
γνῶ δ' Αἴας κατὰ θυμὸν ἀμύμονα ῥίγησέν τε
ἔργα θεῶν, ὅ ῥα πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κεῖρε
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, Τρώεσσι δὲ βούλετο νίκην· [2])

Achilles de se ipso haec profert [I 608]:
φρονέω δὲ τετιμῆσθαι Διὸς αἴσῃ,

Hera ad Poseidonem [Υ 129 sqq.]:
εἰ δ' Ἀχιλεὺς, inquit, οὐ ταῦτα θεῶν ἐκ πεύσεται ὀμφῆς,
δείσετ' ἔπειθ', ὅτε κέν τις ἐναντίβιον θεὸς ἔλθῃ
ἐν πολέμῳ· χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς.

Athenam sic loquentem inducit poëta [γ 26 sqq.]:
Τηλέμαχ', ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις,
ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται· οὐ γὰρ οἴω
οὔ σε θεῶν ἀέκητι γενέσθαί τε τραφέμεν τε,
ubi eadem fere intercedit ratio inter δαίμονα et θεούς ac P 98 sq. inter δαίμονα et θεόν.

De certamine contra deos suscepto haec affero:

Athena Diomedi, caligine ab oculis eius ablata, imperat, ne quem deum, Aphrodita excepta, vulneret [E 129 sqq.]:
τὼ νῦν, inquit, αἴ κε θεὸς πειρώμενος ἐνθάδ' ἵκηται,
μή τι σύγ' ἀθανάτοισι θεοῖς ἀντικρὺ μάχεσθαι
τοῖς ἄλλοις· sq.

Aphroditam a Diomede vulneratam consolata Dione [E 406 sq.]:
νήπιος, inquit, οὐδὲ τὸ οἶδε κατὰ φρένα Τυδέος υἱός,
ὅττι μάλ' οὐ δηναιὸς ὃς ἀθανάτοισι μάχηται,

Et Diomedes dicit [Z 129]:
οὐκ ἂν ἔγωγε θεοῖσιν ἐπουρανίοισι μαχοίμην.

---

[1]) Cf. Π 94, 715. [2]) Cf. O 458—493.

iterumque idem ille [ib. 141]:

οὐδ' ἂν ἐγὼ μακάρεσσι θεοῖς ἐθέλοιμι μάχεσθαι.

ipseque Neptunus ad Heram [Θ 210 sq.]:

οὐκ ἂν ἔγωγ' ἐθέλοιμι, inquit, Διὶ Κρονίωνι μάχεσθαι
ἡμέας τοὺς ἄλλους, ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερός ἐστιν.

Achilles ad Asteropaeum [Φ 193]:

ἀλλ' οὐκ ἔστι, inquit, Διὶ Κρονίωνι μάχεσθαι,

Ulixes ad Eidotheam [δ 397]:

ἀργαλέος γάρ τ' ἐστὶ, inquit, θεὸς βροτῷ ἀνδρὶ δαμῆναι. [1])

Locis allatis verba q.s. θεοῖσι μάχεσθαι ad pugnam comminus commissam spectare, non facile negabitur.

Apud Homerum verbum μάχεσθαι plerumque cum dativo coniungitur. [2]) Nonnullis aliis locis legitur μάχεσθαι ἐπί cum dativo,[3]) aut μαχ. ἀντία cum genet. [4]) aut ἐναντίον τινός.[5]) Tribus tantum locis legitur μάχεσθαι πρός cum accusativo: locis sc. supra allatis [P 98, 104] et P 471: οἷον πρὸς Τρῶας μάχεαι.

Verba q.s. ἀμείνονι φωτὶ μάχεσθαι [6]) leguntur H 111 sq.:

μηδ' ἔθελ' ἐξ ἔριδος σεῦ ἀμείνονι φωτὶ μάχεσθαι,
Ἕκτορι Πριαμίδῃ,

et Λ 543: Ζεὺς γάρ οἱ νεμεσᾶθ', ὅτ' ἀμείνονι φωτὶ μάχοιτο [7])

Utrum „πρὸς δαίμονα" „numine invito" esset vertendum, an „contra deum", antiqui ipsi iam dissentiebant: Schol. A ad P 98 haec annotat: ὅτε ἀνὴρ βούλεται ἀνδρὶ μάχεσθαι ὃν θεὸς τιμᾷ, πρὸς θεὸν μάχεται· πῶς ἅμα πρὸς δαίμονα καὶ ἅμα φωτὶ μάχεσθαι; ἀλλὰ τὸ πρὸς δαίμονα τοιοῦτόν ἐστιν ὡς λέγομεν πρὸς κῦμα,

---

[1]) Campbell, Rel. i. Gr. Litt., p. 79: „Another curious feature of the popular belief, which appears incidentally in the poem, is the vain striving of mortals with immortals, as of Niobe with Latona, of Lycurgus with Dionysus, and of Idas with Apollo."

[2]) Α 151, 272. Β 121, 393. Δ 156, 304, 373. Ε 130, 135, 362, 380, 407, 411, 457, 483, 606, 810, 819, 833, 875. Ζ 84, 120, 129, 141, 184, 329. Η 74, 111, 154. Θ 210, 406, 420. Ι 32. Λ 543. Μ 216. Ν 80, 118, 238, 738. Ο 633. Π 209, 520, 576. Ρ 94, 146, 353, 363, 380, 490, 604, 711, 719. Σ 14, 31, 59, 440. Τ 153, 157, 232. Υ 357, 367. Φ 193, 358, 429, 486, 498. Χ 36. Ψ 554.

β 251. θ 208. λ 169. ν 341, 390. π 244. σ 52, 62. χ 214. Cf. Kühner-Gerth. o.l.[3] II, 1, p. 432.

[3]) Ε 124, 244. Λ 442. Ρ 459. Υ 26. Cf. Kühner-Gerth. l.l. annot. 3.

[4]) Υ 88 = Υ 333; cf. Θ 427 sq. [Διὸς ἄντα πτολεμίζειν].

[5]) Υ 97.

[6]) Van Leeuwen ad P 98: „Ingeniose Nauck *ἐθέλῃσιν ἀμείνονι φωτι μαχεσθαι.*"

[7]) Locus spurius: v. Ludwich ad l., Ameis-Hentze, Anh. Il. 4[2], p. 114.

ἐναντιούμενος δαίμονι· ὁ γὰρ φωτὶ μαχόμενος τῷ ὑπὸ θεῶν τιμωμένῳ ἢ ὑπὸ θεῶν ἀγαπωμένῳ αὐτῷ τῷ θεῷ μάχεται τῷ ἐκεῖνον στέργοντι.

ἄλλως. οὐκ ἄρα τῷ πολέμῳ, οὐδὲ τοῖς Τρωσὶν ὑποχωρεῖ, ἀλλὰ τοῖς θεοῖς ἐναντιοῦσθαι οὐ βούλεται . . . . ὁ δὲ λόγος, ὁπότ' ἄν τις βούληται παρὰ θεοῦ γνώμην ἀνδρὶ μάχεσθαι, ὀφείλει ταχέως αὐτῷ κακὸν ἐπέρχεσθαι. τὸ γὰρ πρὸς δαίμονα ἀντὶ τοῦ παρὰ θεοῦ γνώμην, ὡς καὶ „πρὸς δαίμονά περ εἴ πως ἐρυσαίμεθα" (104).

Schol. B ad P 98, ὁππότ' ἀνὴρ] ὅταν ἀνὴρ ἐθέλῃ παρὰ γνώμην θεοῦ μάχεσθαι ἀνδρὶ ὅν κε θεὸς τιμᾷ . . . . . .

Schol. intermarg.: ὁπόταν, φησίν, ἐθέλῃ τις ἀνθρώπῳ μάχεσθαι οὗ θεὸς προέστηκεν, ἐν κακοῖσι γίνεται, ὅ ἐστι, διὰ φωτὸς εὑρίσκεται δαίμονι μαχόμενος, ἀντὶ τοῦ δι' ἀνθρώπου. ὃς γὰρ ἂν διὰ ἀνθρώπου θεῷ μάχηται, τάχα αὐτῷ μέγα πῆμα κυλίσθῃ.

Schol. T: πρὸς δαίμονα] παρὰ γνώμην θεοῦ.

Eustathius ad P 98, p. 1097, 6 sqq. haec scripsit:

Τὸ δὲ πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι ταὐτὸν μέν ἐστι τῷ διὰ μέσου φωτὸς θεοφιλοῦς δαιμονομαχεῖν στρυφνῶς δὲ καὶ συνεστραμμένως πέφρασται διὰ συντομίαν. βούλεται δὲ λέγειν ὅτι ὁ μαχόμενος ἀνδρὶ ὃν δαίμων τιμᾷ, εἰ καὶ δοκεῖ ἁπλῶς ἀνθρώπῳ μάχεσθαι, ἀλλ' ἀληθῶς διὰ μέσου τοῦ τοιούτου δαίμονι μάχεται. τοῦτο δὲ ἀλλαγέντος τοῦ δαίμονος εἰς ἀγαθὸν ὄνομα, καλὸν ἔσται γνωμικόν. ἵνα εἴπῃ ὅτι ἐπιβλαβές ἐστιν ὅτε τις ἐθέλει πρὸς θεὸν φωτὶ μάχεσθαι ὃν ἐκεῖνος τιμᾷ. δι' οὗ δηλοῦται ὡς οὐ χρὴ θεοφιλεῖ ἀνδρὶ ἀνθίστασθαι. εἰ γὰρ θεῷ φίλος ὁ πολεμούμενος, κοινὰ δὲ τὰ τῶν φίλων, κοινὸς ἄρα καὶ ὁ πόλεμος τῷ τε θεῷ καὶ τῷ θεοφιλεῖ, ὃν ἐνέφηνεν ὁ Ὅμηρος ἐν τῷ ἐπεὶ ἐκ θεόφιν πολεμίζει. ὃ ταὐτὸν τῷ ἐπεὶ θεοφιλής ἐστιν. [1])

---

[1]) Thes. L. Gr. i. v. *Δαίμων*. col. 860: „[Poëta] Il. P 98 *δαίμονα* et *θεόν* pro eodem in una eademque sententia dixit [*Δαίμονα* hic vert. non Deum sed Fatum, ut ibid. 104]."

Cf. Finsler, o.l. I², p. 268. Neuhäuser, o.l. p. 21: „ubicumque dei alicuius apparet vis, ibi *δαίμονος* etiam vis adest, et idcirco recte is, qui pugnat contra virum, quem deus honestet, contra *δαίμονα*, h. e. vim divinam ei adhaerentem, pugnare dicitur [Il. XVII. 98, 104]."

Ebeling, i.v. *δαίμων, πρὸς δαίμονα* sic vertit: „numine invito."
i.v. *πρός*: „deo obversus cum viro."

Ameis-Hentze, Damm, Seiler, Düntzer, Faesi, la Roche interpretantur *π.δ.* „numine invito," van Leeuwen: „deo adversante," Capelle Seiler: „wider den Willen der Gottheit," Autenrieth annotat: „pugnare contra."

Nägelsbach, o. l.² p. 72 P 98 sq. in eos locos refert, ubi *δαίμων* sit numen et *θεός* persona divina, in editione tertia autem in eos locos, ubi *δαίμων* = *θεός* [p. 74]. Pape, i.v. *πρὸς δαίμονα*, „gegen das Geschick."

Kühner-Gerth, o.l. II, 1, p. 519: „gegen den Willen der Gottheit, invito numine." Cuntz, o.l. p. 7: „invito Deo s. Fato."

Verba πρὸς δαίμονα, si vertas „contra deum", πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι ita est intellegendum, ut contra deum pugnet is, qui contra hominem deo dilectum dimicare velit, „διὰ φωτός" igitur „εὑρίσκεται δαίμονι μαχόμενος"; quae si ita sunt, verbum μάχεσθαι sequitur et merus dativus et praeterea πρός cum accusativo, quod non solum στρυφνῶς, ut cum Eustathio dicam, et συνεστραμμένως πέφρασται διὰ συντομίαν, verum etiam absonum videtur alienissimumque ab Homeri dictione. Idcirco hisce locis [P 98, 104] „πρὸς δαίμονα" „numine invito" interpretari malim. Verba haec idem fere sonare puto atque ὑπὲρ θεόν [1]) et ὑπὲρ Διὸς αἶσαν [2]) et ὑπὲρ αἶσαν.[3])

Δαίμονος notio hoc loco latius quam θεοῦ patere videtur, cum veri simile sit, non ignorare Menelaum, id quod nemini ignotum esset, Hectorem in Apollinis tutela esse, itaque Menelaum per θεόν Apollinem deum significare; in oratione recta enim deorum nomina raro usurpari solere vidimus. [4])

Δαίμων P 98, 104 significat vim vel voluntatem divinam, θεός vero certam personam divinam forma definita cogitatam. [5]) Eadem intercedit ratio inter δαίμονα et θεόν I 600 sq.:

μηδέ σε δαίμων ἐνταῦθα τρέψειε,

et ib. 604: ἶσον γάρ σε θεῷ τίσουσιν Ἀχαιοί.

Haec quod ad verba πρὸς δαίμονα.

* * *

Alio loco invenitur locutio πρὸς δαίμονος.

Agamemnon ab Ulixe impulsus, ut iure iurando interposito affirmet, se numquam cum Briseïde coiisse [T 187 sq.]:

ταῦτα δ' ἐγών, inquit, ἐθέλω ὀμόσαι, κέλεται δέ με θυμός,
T 188. οὐδ' ἐπιορκήσω πρὸς δαίμονος.[6])

---

[1]) P 327 ὑπὲρ θεόν verba suspecta censet Nauck. Cf. Ludwich ad l. Schol. A ad l. ὑπὲρ θεόν] θεοῦ μὴ βουλομένου. Ameis-Hentze, Anh. Il. 6², p. 98.

Cf. Lehrs, o.l. p. 148 in annot. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 132 sq.

[2]) P 321. [3]) Ζ 487. Π 780, cf. λ 61.

[4]) Jörgensen, o.l. p. 368. Vide supra Cap. II.

Cauer, Grundfr.², pp. 334; 348.

[5]) Definite hanc inter δαίμονα et θεόν discrepantiam statuere non licet; ex capite superiore enim satis apparet et δαίμονα et θεόν in oratione recta promiscue usurpari ad significandum numen divinum.

De universa vi vocis q. e. θεός vide infra p. 116,1.

[6]) Perpauci codices iique minoris momenti perhibent „δαίμονας". Vid. Ludwich ad l. Schol. A ad Γ 279 legit „πρὸς δαίμονα". Ameis-Hentze, Anh. Il. 7², p. 14.

Antiqui de his quoque verbis inter se dissentiebant: Eustathius p. 1179, 14 sqq.: τὸ πρὸς δαίμονος, inquit, οἱ μέν φασι ὅμοιον εἶναι τῷ μὰ τὸν θεόν, οἱ δὲ ἀντὶ τοῦ ἔμπροσθεν θεοῦ, ὁμοίως τῷ πρός τε θεῶν μακάρων πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων. ἔσται δ' ἐνταῦθα κάλλιον ὑπερβατικῶς ἀναγνῶναι, ἐθέλω ὀμόσαι πρὸς δαίμονος.

Re vera verba πρὸς δαίμονος in duas sententias accipi posse videntur: significant aut „per deum" ut μὰ τὸν θεόν [cf. A 86, 234. Φ 43], aut „e regione dei", „deo teste" ut πρός τε θεῶν μακάρων πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων [A 339]. [1])

Verbum ὄμνυμι sequitur accusativus personae aut rei per quam iuratur, ut Hypnos ad Heram [Ξ 271]: ἄγρει, inquit, νῦν μοι ὄμοσσον ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ· [O 40. Ψ 584 sq.; v. supra p. 91]. [2])

Verbum ἐπιορκεῖν, quod hoc uno loco apud Homerum invenitur, sequitur πρός cum genetivo. Habent quae cum his conferri queant haec [o 261]: λίσσομ' ὑπὲρ θυέων καὶ δαίμονος.

Kröcher [o. l. p. 3] locutionem πρὸς δαίμονος per se intellegit atque sic interpretatur; „bei der Gottheit, ich will nicht falsch schwören", id quod non probo. Nimia enim asseveratione abundare mihi videtur oratio, si quis iure iurando interposito se non peieraturum esse affirmat.

Propensior equidem sum, complures viros doctos [3]) secutus, verba πρὸς δαίμονος sic intellegere: „e regione dei", „deo teste", „ante dei oculos."

* * *

Hector in pugna apud navem gesta repellere non potest Aiacem, frustra conantem fugare Hectorem [O 418]:

O 418. ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων. [4])

---

[1]) Capelle-Seiler, i. v. *πρός* I, b: „bildlich, sich an die örtliche Bedeutung der Nähe anschliessend bei Schwören und Beteuerungen: „vor," „in Gegenwart," „angesichts" ..... A 339 T 188."

Ebeling, i.v.: „per, iurantium vel supplicum (Krüg. D. § 68; 37, 5)."

[2]) Hirzel, o.l. p. 155; cf. praeterea pp. 14 sqq.; 19 sqq.; 50; 77 sqq.

[3]) Ebeling, Capelle-Seiler, Ameis-Hentze, Pape.

Kühner-Gerth, o.l. II, 1, p. 517: „bei Schwüren und Beteuerungen als *πρὸς θεῶν*, per deos, eigentlich: angesichts der Götter, vor, bei den Göttern." Cf. Brugmann-Thumb, o.l. p. 516.

[1]) Quod ad verborum compositionem inter se conferantur haec:

M 420: *τείχεος ἂψ ὤσασθαι, ἐπει τα πρῶτα πέλασσεν.*

O 418: *οὐδ' ὁ τὸν ἂψ ὤσασθαι, ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων.*

De certamine inter Aiacem et Hectorem commisso vide Ameis-Hentze, Anh. Il. 5², p. 112.

Cauer, Erfundenes und überliefertes bei Homer [N. J. XV (1905)], p. 11; Grundfr.² p. 198, carmina de Aiacis rebus gestis composita antiquissimae carminum epicorum partis esse dicuntur.

Dii πελάζειν dicuntur: η 254, ξ 358. Athena: E 766. Zeus: N 1, γ 291. Hermes: Ω 154.

Achilles ad Priamum [Ω 563 sq.]:

καὶ δέ σε γινώσκω, Πρίαμε, φρεσίν, inquit, οὐδέ με λήθεις,
ὅττι θεῶν τίς σ' ἦγε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν.

Verba ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων praeterea leguntur Φ 93.

Lycaon, Priami filius, postquam iterum Achilli occurrit, [Φ 92 sq.]:

νῦν δὲ δὴ ἐνθάδε μοι κακὸν ἔσσεται· inquit, οὐ γὰρ ὀίω
Φ 93. σὰς χεῖρας φεύξεσθαι, ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων.

Paulo ante idem ille [ib. 82 sq.]:

νῦν αὖ με τεῆς ἐν χερσὶν ἔθηκε
μοῖρ' ὀλοή· μέλλω που ἀπεχθέσθαι Διὶ πατρί,
ὅς με σοὶ αὖτις δῶκε·

cui Achilles sic respondet [ib. 103 sq.]:

νῦν δ' οὐκ ἔσθ' ὅς τις θάνατον φύγῃ, ὅν κε θεός γε
Ἰλίου προπάροιθεν ἐμῆς ἐν χερσὶ βάλῃσι, sq.

Poëta ipse haec dicit [ib. 46 sq.]:

δυωδεκάτῃ δέ μιν αὖτις
χερσὶν Ἀχιλλῆος θεὸς ἔμβαλεν, sq. [1])

Cum verbo πελάζειν coniunguntur locis allatis nomina haec:

θεοί, Ζεύς, Ἀθήνη, Ἑρμῆς, δαίμων. [2])

Addo ea, quae leguntur Λ 480.

Troiani Ulixem insectantes comparantur cum canibus aureis [ib. 474], qui cervo vulnerato insistunt,

Λ 480. ἐπί τε λῖν ἤγαγε δαίμων
σίντην· θῶες μέν τε διέτρεσαν, αὐτὰρ ὁ δάπτει·

ι 154 sq. Nymphae sunt, quae capras montanas excitant:

ὦρσαν δὲ Νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,
αἶγας ὀρεσκῴους, sq.

---

[1]) Vide supra p. 68.

De locutionibus ἐνθάδε κάμβαλε δαίμων [ζ 172], ἤγαγε δαίμων [η 248], ἀγάγοι δέ ἑ δαίμων [ρ 243], προσήγαγε δαίμων [ρ 446], quae cum locis supra allatis optime possunt conferri, postea sermo erit.

[2]) Aliis locis venti atque undae πελάζειν dicuntur: γ 300. ε 111, 134. ι 39. ξ 315.

Voce q. e. δαίμων Θ 418 Apollinem deum significari supra [p. 64,1] iam diximus. Cf. p. 92,3.

Kröcher, o.l. p. 4. Jörgensen, o.l. p. 364.

Quae profert Finsler, o.l. I[2], p. 269: „Den Unterschied zwischen Gott und Dämon erkennt man am besten in den Stellen, wo beide Ausdrücke neben einander stehen", non pertinere mihi videntur ad Φ 47 et 93, id quod Finsler contendit, at potius quadrare in locos qui sunt P 98 et 99, I 600 et 603, ε 396 et 397. Cf. supra Prooem. p. 47 sq.

paulo post legitur [ib. 158]:

αἶψα δ᾽ ἔδωκε θεὸς μενοεικέα θήρην.

Ulixes narrat [κ 157 sqq.]:

καὶ τότε τίς με θεῶν ὀλοφύρατο μοῦνον ἐόντα,
ὅς ῥά μοι ὑψικέρων ἔλαφον μέγαν εἰς ὁδὸν αὐτὴν
ἧκεν·

Iovem ipsum draconem, magnum signum, misisse profert idem ille [B 308 sq.]; alio loco est Artemis [I 533 sqq.], quae aprum silvestrem excitat [ib. 538 sq.].

Etiam animalia sub deorum dicione sunt et ab iis reguntur. [1]) Loco supra allato [Λ 480] in comparatione poëta leonem a numine divino missum in scaenam producit. [2])

Voci δαίμων paene dixi hoc loco eandem fere inesse vim ac „κατὰ δαίμονα" vel „κατὰ δαίμονα καὶ κατὰ συντυχίαν", quae tamen apud Homerum non inveniuntur. [3])

Vox q. e. δαίμων Λ 480 vi definita omnino caret. [4])

* * *

Phoenix Achillem Meleagri pertinaciae admonens [I 600 sq.]:

---

1) Nägelsbach-Autenrieth. o.l. p. 49. 2) Dietr. Mülder, o.l. p. 332.

3) κατα δαίμονα: cf. Herod. I, 111. θείῃ τύχῃ: Herod. I, 126. κατὰ συντυχίην θεοῦ ποιεῦντος IX, 91.

Aristoph. Av. 544, Eq. 147. Eccles. 114.

Pind. Ol. VIII, 67 τύχα δαίμονος. Eurip. Rhes. 729 δαίμονος τύχα βαρεῖα. Troad. 1201. Apud Aeschylum et Sophoclem hae locutiones non inveniuntur.

Cf. Nägelsbach, Nachhom. Theol., p. 112. Lehrs, o.l.² p. 180. Ad. Roemer, Homerische Aufsätze [ed. Belzner (1914)], p. 72: „Der (der Zufall sc.) spielt in beiden Gedichten erst recht keine Rolle, seinen Platz haben ebenfalls die Götter eingenommen."

4) Kröcher, o.l. p. 4: „Λ 480," inquit, „fehlt jegliche Handhabe für die sichere Bestimmung des Wortes."

Finsler, o. l. I², p. 269, Λ 480 sic interpretatur: „den Löwen hat eine feindliche Macht, ein Teufel [!], dahergeführt."

Non ita mirum est leonem et canes aureos inter se occurrere, quippe qui eandem praedam quaerant; cf. Schol A ad Λ 481, itaque θῶες prope leonem venantem esse dicuntur. Vide Ebeling, i.v. λέων. De comparationibus apud Homerum, ubi leo inducitur, vide Mülder, o.l. p. 329 sqq. Cf. Perrot-Chipiez, Histoire de l' Art dans l' Antiquité. VII [1898], p. 220.

Iniuria Cuntz, o. l. p. 7 censet δαίμονα h. l. [Λ 480] Deum esse iniuriarum vindicem. Vocem in comparatione usurpatam non tantum momentum habere puto. Poëtam plerumque suo arbitrio deos auctores inducere, cuivis apparet.

I 600 sq. μηδέ σε δαίμων, inquit,
ἐνταῦθα [1]) τρέψειε, φίλος·

quae verba sic interpretanda esse puto: neque δαίμων eo te vertat, ut sc. idem sentias, quod Meleager quondam. [2])

Δαίμων hoc loco est numen, cui vis vertendi, adducendi, impellendi adscribitur.

Verbum τρέπειν, sententia avertendi et advertendi subiecta, apud Homerum et proprie et per translationem usurpatur [Θ 399, 432, 451. Χ 16. Ο 261. Δ 381. τ 479].

Nonnulla alia verba, quibus inest vis impellendi vel incitandi, hic afferamus:

De Achille Diomedes haec dicit [I 702 sq.]:

τότε δ' αὖτε μαχήσεται, ὁππότε κέν μιν
θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἀνώγῃ καὶ θεὸς ὄρσῃ.

Athena dea dicit [α 88 sq.]:

αὐτὰρ ἐγὼν Ἰθάκην δ' ἐσελεύσομαι, ὄφρα οἱ υἱὸν
μᾶλλον ἐποτρύνω, καί οἱ μένος ἐν φρεσὶ θείω,

Menelaus res apud Troiam gestas Telemacho enarrans strenuumque animum Ulixis in equo Troiano abditi laudans, ad Helenam [δ 274 sq.]:

ἦλθες ἔπειτα σὺ κεῖσε, inquit, κελευσέμεναι δέ σ' ἔμελλε
δαίμων, ὃς Τρώεσσιν ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι· [3])

---

[1]) Vox q.e. ἐνταῦθα hoc uno loco apud Homerum legitur. [Friedland. N. J. f. Ph. 78, 826 apud Ebeling].

[2]) Ebeling: „ut idem sentias quod ille." Van Leeuwen: „utinam ne deus illuc devenire te faciat: difficile forsitan tibi fuerit tum defendere naves, cum ab hostibus incendantur. Dicit Phoenix ἐνταῦθα: ut necessitate coactus id facias quod nolueris rogatus." Ebelingii interpretationem tamen praefero. Phoenix enim subtiliter et copiose dicit de Meleagri pertinacia, quo exemplo Achillem deterreat et a pertinacia avertat [cf. Mülder, o.l. p. 44]. Paulo ante idem ille Achillem monuit, ne deorum irae se offerret: *στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί*, inquit [ib. 497] et [ib. 502]: *καὶ γάρ τε Λιταί εἰσι, Διὸς κοῦραι μεγάλοιο*, [504]: *αἵ ῥά τε καὶ μετόπισθ' Ἄτης ἀλέγουσι κιοῦσαι.* [505]: *ἡ δ' Ἄτη σθεναρή τε καὶ ἀρτίπος, οὕνεκα πάσας | πολλὸν ὑπεκπροθέει.* sq. [513 sq.]: *ἀλλ'*, inquit, *Ἀχιλεῦ, πόρε καὶ σὺ Διὸς κούρῃσιν ἕπεσθαι τιμήν, ἥ τ' ἄλλων περ ἐπιγνάμπτει νόον ἐσθλῶν.*

Phoenix veritus, ne *Λιταί* illae Iovem precentur [512] *τῷ Ἄτην ἅμ' ἕπεσθαι, ἵνα βλαφθεὶς ἀποτίσῃ*, ad Achillem: *μηδέ σε δαίμων*, inquit, *ἐνταῦθα τρέψειε.*

Implacabilem illum Achillis animum sic explicat Aiax [ib. 636 sqq.]: *σοὶ δ' ἄλληκτόν τε κακόν τε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι θεοὶ θέσαν εἵνεκα κούρης οἴης.*

Kröcher, o. l. p. 13: „Il. IX. 600: wo Phoinix den Ach. warnt, sich nicht durch einen *δαίμων* zur Hartherzigkeit verführen zu lassen."

Finsler, o. l. I², p. 151. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 34 sq.

[3]) Vide infra p. 126 sq.

Poseidon Aeneam rogat [Υ 332 sq.]:

Αἰνεία, τίς σ' ὧδε θεῶν ἀτέοντα κελεύει
ἀντία Πηλείωνος ὑπερθύμοιο μάχεσθαι, sq.

N 351 legitur:

Ἀργείους δὲ Ποσειδάων ὀρόθυνε μετελθών.

et de Helena dicit Penelope [ψ 222]:

τὴν δ' ἤτοι ῥέξαι θεὸς ὤρορεν ἔργον ἀεικές· [1])

Sententia contraria inest iis locis, quibus deus prohibet vel retinet hominem:

Ulixes Eidotheam rogat [δ 379 sq.]:

ἀλλὰ σύ πέρ μοι εἰπέ — θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασιν —
ὅς τίς μ' ἀθανάτων πεδάᾳ καὶ ἔδησε κελεύθου, sq.

Athena dea, Mentae similis, ad Telemachum de patre dicit [α 195]:

ἀλλά νυ τόν γε θεοὶ βλάπτουσι κελεύθου.

Amphinomus procos Telemacho insidiantes monens, ne temere filium regium interimant [π 402 sqq.]:

ἀλλὰ πρῶτα, inquit, θεῶν εἰρώμεθα βουλάς.
εἰ μέν κ' αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο θέμιστες,
αὐτός τε κτενέω τούς τ' ἄλλους πάντας ἀνώξω·
εἰ δέ κ' ἀποτρωπῶσι θεοί, παύσασθαι ἄνωγα.

Locum supra laudatum [Ι 600 sq.] μηδέ σε δαίμων | ἐνταῦθα τρέψειε si contuleris cum his [ib. 603]: ἶσον γάρ σε θεῷ τίσουσιν Ἀχαιοί, vocem q. e. δαίμων ad incertum numen spectare divinum, vocem q. e. θεός ad certam personam divinam, facile intellegetur. [2])

Homo non modo agit divino numine auctore, sed etiam cogitationes eius, affectus, consilia ab illo numine efficiuntur et reguntur. [3]) Locis supra allatis modo numen illud appellatur Ζεύς, modo Ἀθήνη, modo θεός, modo δαίμων. [4])

* * *

---

[1]) Conferantur ea, quae dicit Helena [δ 261 sq.]:

ἄτην δὲ μετέστενον, ἣν Ἀφροδίτη
δῶχ', ὅτε μ' ἤγαγε κεῖσε, sq.

Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 34 sq.

[2]) Cf. supra p. 97,1.

[3]) Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 70 haec: „Aber sie [die göttliche Thätigkeit sc.] wirkt und waltet auch im Geiste der Men--schen, und leitet nicht nur die That, sondern schafft auch den Gedanken, Willen und Entschluss." sqq. Cf. Finsler, o.l. I[2], p. 242 sq., Cauer, o.l.[2] p. 335.

[4]) Copiosius de hac re agetur, cum tractabuntur loci δ 274. τ 10, 138. Cf. Kröcher, o.l. p. 4: „I, 600: fehlt jegliche Handhabe für die sichere Bestimmung des Wortes." Cf. supra p. 108,4.

O 442 sqq. agitur de certamine, quod Hectori est cum Aiace et Teucro. Hic arcu petit Hectorem [458]. Zeus autem Hectorem tuetur [461 sqq.] et nervum arcus frangit, ita ut depellatur sagitta, quo inopinato casu afflictus Teucer [O 467 sq.]:

ὢ πόποι, inquit, ἦ δὴ πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κείρει [1])
O 468. δαίμων ἡμετέρης, [2]) ὅ τέ μοι βιὸν ἔκβαλε χειρός,
νευρὴν δ' ἐξέρρηξε νεόστροφον, sq.

cui Aias sic respondet [472 sq.]:

ὦ πέπον, ἀλλὰ βιὸν μὲν ἔα καὶ ταρφέας ἰοὺς
κεῖσθαι, ἐπεὶ συνέχευε θεὸς Δαναοῖσι μεγήρας·

Optime cum hoc loco congruunt ea, quae leguntur Π 119 sqq.: Hectorem magno ense Aiacis hastam percussisse, Aiacem autem frustra in Hectorem misisse mutilam hastam, poëta narrat:

γνῶ δ' Αἴας κατὰ θυμὸν ἀμύμονα ῥίγησέν τε
ἔργα θεῶν, ὅ ῥα πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κεῖρε
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, Τρώεσσι δὲ βούλετο νίκην· [3])

Vocabula δαίμων [O 468] et θεός [ib. 473] et Ζεύς [Π 121] idem valere videntur, universum sc. numen divinum, hoc tantum discrimine, ut δαίμων et θεός occurrant in oratione recta, Iovem vero auctorem dicat poëta. [4])

* * *

Unus denique locus ex Iliade restat, cuius sententiam multi viri docti non nisi coniectura se assequi posse putant. [5])

---

[1]) Schol. B ad O 467 ἐπὶ μήδεα κείρει] τὸ ἑξῆς ἐπικείρει οἷον οὐκ ἐᾷ αὔξεσθαι. „Consilia praecidit" vertit Ebeling, i.v.
Quam ob causam Cuntz, o.l. p. 7, δαίμονα h. l. „iniustum pugnae moderatorem" esse putet, non video.
Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 70; cf. P 631—33.

[2]) In duobus codicibus est ἡμετέρος. Ludwich hos duos codices in eorum numerum refert, quos ab integritate longissime putet recedere: praef. p. XII.

[3]) Cf. Θ 7 sq. Aesch. Pers, 921: οὓς νῦν δαίμων ἀπέκειρε.

[4]) Finsler, o. l. I², p. 269, spreta convenientia, quae est inter verba δαίμων, θεός, θεοί, Ζεύς, in oratione recta usurpata, perverse interpretatur O 467, cum dicit: „Ein Schütze unserer Tage würde vom Teufel reden." Cf. supra p. 64.

[5]) Iam ipsi antiqui, quid verba δαίμονα δώσω valerent, dissentiebant. Θ 164—166 damnaverunt Aristophanes et Aristarchus, cf. Ludwich, ad l.
Schol. intermarg. A ad Θ 164: ἀθετοῦνται στίχοι τρεῖς, ὅτι εὐτελεῖς εἰσι τῇ κατασκευῇ, καὶ τὸ „πάρος τοι δαίμονα δώσω" τελείως ἐστὶν οὐ κατὰ τὸν ποιητήν· ἀνάρμοστα δὲ καὶ τὰ λεγόμενα τοῖς προσώποις.
Schol. intermarg. A ad Θ 166: ἐν τῇ Ζηνοδότου πότμον ἐφήσω [„Probabilius" adiecit Nauck].

Hector Diomedem fugientem increpans [Θ 164 sqq.]:
ἔρρε, inquit, κακὴ γλήνη, ἐπεὶ οὐκ εἴξαντος ἐμεῖο
πύργων ἡμετέρων ἐπιβήσεαι, οὐδὲ γυναῖκας
Θ 166. ἄξεις ἐν νήεσσι· πάρος τοι δαίμονα δώσω.

Δαίμων hic mortem significat, ut recte Doederlein [Gloss. III, p. 338 sq.]: „hier (Θ 366) steht", inquit, „δαίμων passiv als zugetheiltes Loos, welches κατ' ἐξοχήν der Tod ist, ganz so wie

Glossema interlinearium A ad l.: [δαίμονα] πότμον.

Schol. interlin. T ad l. 'δαίμονα' λόγον κακόν § ἡ δὲ Ζηνοδότου 'πότμον ἐφήσω'.

Hesychius annotat: λείπει κακόν, ἵνα [ἡ] κακὸν δαίμονα δώσω.

Eustathius, ad l. p. 705, 17 sqq.: δαίμονα δὲ δώσειν φησὶ κακὸν δηλαδή, λαβὼν το κακὸν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ἐκ τοῦ κακὴ γλήνη. μᾶλλον δὲ ἄμεις ἀναλόγως τῇ ἀπειλῇ νοηθῆναι τὴν λέξιν, μέσην και αὐτὴν οὖσαν καθὰ και ἡ μοῖρα και ἡ τύχη και ὁ πότμος. μέσως δέ πως εἴρηται το δαίμονα, δηλοῦν οὐ μόνον θάνατον, ἀλλὰ και ἑτεροίαν τίνα τύχην.

Thes. L. Gr. II, col. 862: „δαίμονα δοῦναι fortasse pro eo, quod dicitur donner malencontre."

Ex recentiorum sententiis has tantum affero:

Ukert, o.l. p. 142, δαίμονα [Θ 166] interpretatur: „Tod und Unheil." Idem censent: Gerhard, o. l. p. 238, 6. Cuntz, o. l. p. 7. Neuhäuser, o.l. p. 20: „pro ipso fato, non constituto eo sed constituenti, δαίμονα dici licebat"; sqq. [cf. Prooem. p. 43 sq.]

Kröcher, o.l. p. 13 in annot. hanc locutionem ab Homero abiudicat; quod idem Lehrsium fecisse conicio, si quidem in sententia perstitit hac: „niemals darf man vergessen, dass es [Daimon sc.] Schicksal immer nur als eine thätige oder wirkende Macht bedeuten könne" [o.l. p. 191 sq.; cf. supra Prooem. p. 32].

„Contra Homeri usum dictum est Θ 166 πάρος τοι δαίμονα δώσω", annotat Ebeling i. v., qui addit: „frustra Axt [Coni. Hom., p. 8] corrigit σέ γε δαίμονι". Krejči, o.l. p. 174 et Reichenberger, o.l. p. 22 verba ab Homero abiudicant. Van Leeuwen ad l. annotat: „certe sensu caret. Naber: λαιμὸν ἀμήσω [cf. Σ 34] Zenodoteam lectionem praeferens." Fick, Die homer. Ilias, p. 378 δαίμονα hic interpretatur „partem" a δαίομαι. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 74 sq.: „Die Stelle Θ 166 ist obelisiert."

Praeterea vid. Rohde, o.l. II[4], p. 417 in annot. Waser, R. E. IV, c. 2010.

Finsler. o.l. I[2], p. 268. Ameis-Hentze, Anh. Il. 3[2], p. 93 sq.

Verba πάρος τοι δαίμονα δώσω coniectura non sananda, codicumque lectionem servandam esse postea demonstrabo.

Semper in oculis habendum est, poëtam lingua uti artificiosa, quae a sermone vulgari discrepet.

Vid. Bethe, Die griechische Poesie [Gercke-Norden, o.l. I[2] (1912)], p. 132. Mülder, o.l. p. 324.

das synonyme μοῖρα in Od. XXI, 24 und μόρος-mors fast ausschliess-lich den Tod bedeutet." [1])

Δαίμων hoc loco idem sonat atque vocabulum μοῖρα, quod, metonymice usurpatum, apud Homerum saepius, ut etiam πότμος et μόρος, mortem significat. [2])

Perexigui sunt loci, qui cum Θ 166 quod ad formam conferri possint. Apte quadrare videntur hi:

Phoenix de Meleagro narrationem proferens illius matris preces sic depingit [I 566 sqq.]:

ἦ ῥα θεοῖσι
πόλλ' ἀχέουσ' ἠρᾶτο κασιγνήτοιο φόνοιο,
πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν πολυφόρβην χερσὶν ἀλοία
κικλήσκουσ' Ἀΐδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν,
πρόχνυ καθεζομένη — δεύοντο δὲ δάκρυσι κόλποι —,
παιδὶ δόμεν θάνατον·

Verba quae sunt δόμεν θάνατον et δαίμονα δώσω optime inter se concinunt. [3])

Ulixes ad Aiacis umbram [λ 560]:

τεῖν, inquit, δ' ἐπὶ μοῖραν [4]) ἔθηκεν [Ζεύς sc.].

Menelaus dicit [Γ 101]:

ἡμέων δ' ὁπποτέρῳ θάνατος καὶ μοῖρα τέτυκται,
τεθναίη·

Cadmeos invidia commotos Tydeo redeunti insidiatos esse Aga-memnon narrat [Δ 391 sqq.], deinde sic pergit [ib. 396 sq.]:

Τυδεὺς μὲν καὶ τοῖσιν ἀεικέα πότμον ἐφῆκε·
πάντας ἔπεφν', ἕνα δ' οἶον ἵει οἶκόνδε νέεσθαι·

Aquila, quae Penelopae in somnis visa est anseres interficere,

---

[1]) Ebeling, o.l. i. v. *μοῖρα* II: „sors, i. e. quod hominibus singulis a diis tribuitur vel fato accidit. Atque cum omnibus animantibus nihil certius nisi mors accidat, vel idem vel simile quiddam atque mors significat."

Finsler, o.l. I², p. 271: „Was dem Menschen, der geboren wird, am sichersten bevorsteht, ist, dass er wieder sterben muss, und darum sind an so vielen Stellen der homerischen Gedichte Tod und Moira verbunden."

Cf. Usener, o.l. p. 292. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 118 sq. Gruppe, o.l. II, pp. 987 sqq.; 880 sq. Lehrs, o.l. pp. 190; 201 sqq.

Ea, quae Schol. ad Eurip. Phoen. 1653 adscribit, plus hic quam l.l. valere mihi videntur: *δαίμονα δέ φησι τὸν ἐξ εἱμαρμένης καὶ δαίμονος θάνατον.*

[2]) Z 486 sq. H 52. M 116. Π 849. Σ 120. Φ 110. *β* 100. *γ* 238. *ι* 60. *τ* 145. *φ* 24. *ω* 29, 135.

[3]) Waser, R. E. l.l. c. 2010: „Schon Il. VIII. 166 kommt *δαίμων* in gleicher Bedeutung und Verbindung vor wie *θάνατος* Il. IX. 571."

[4]) Ameis-Hentze annotat: „*μοῖραν* d.i. den Tod."

humana voce dolorem eius sedavit, dicens anseres esse procos [τ 548 sqq.]:

ἐγὼ δέ τοι αἰετὸς ὄρνις
ἦα πάρος, νῦν αὖτε τεὸς πόσις εἰλήλουθα,
ὃς πᾶσι μνηστῆρσιν ἀεικέα πότμον ἐφήσω. [1])

Argivi a Nestore sic appellantur [B 352]:

Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες, [2])

De gruibus dicitur [Γ 6]:

ἀνδράσι Πυγμαίοισι φόνον καὶ κῆρα φέρουσαι·

Ω 80 sqq. sermo est de pila plumbea, cornu imposita, quae, in imum delapsa, piscibus mortem infert [ib. 82]:

ὠμηστῇσιν ἐπ' ἰχθύσι κῆρα φέρουσα.

Graecorum iuvenes comparantur cum sturnorum vel graculorum examine [P 756 sq.]:

οὖλον κεκλήγοντες, ὅτε προΐδωσιν ἰόντα
κίρκον, ὅ τε σμικρῇσι φόνον φέρει ὀρνίθεσσιν,

In hisce locis allatis inter se conferri possunt hae locutiones:

δαίμονα διδόναι, θάνατον διδόναι, πότμον ἐφεῖναι, μοῖραν θεῖναι, κῆρα φέρειν, φόνον φέρειν.

Θ 166 vox δαίμων, quae aliis locis[3]) numen divinum significat, quod mala impertit, metonymice pro morte, malo ipso usurpata, hac ex parte cum voce μοῖρα, quae et fatum et sortem attributam significat, congruit. Δαιμων hic — ut μοῖρα θανάτοιο — idem valet ac κὴρ θανάτοιο. [4])

---

[1]) Cf. δ 339 sq., ρ 130 sq.

[2]) Cf. δ 273 = Ξ 513. M 332. ζ 203. β 165: φόνον και κῆρα φυτεύει, cf. ρ 82. χ 14. Achilles ad matrem [Σ 115 sq.]:

κῆρα δ' ἐγω τότε δέξομαι, inquit, ὁππότε κεν δὴ
Ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι ἠδ' ἀθάνατοι θεοι ἀλλοι.

Cf. X 365 sq.

[3]) O 467. γ 166. ε 421. λ 61. π 64. σ 256.

[4]) A 228: τὸ δέ τοι κὴρ εἴδεται εἶναι, ubi Schol. A adscribit:

ἐν δύο μέρεσι λόγου, ἵνα ᾖ τοῦτο δέ σοι θάνατος νομίζεται.

Γ 454: ἶσον γάρ σφιν πᾶσιν ἀπήχθετο [Paris sc.] κηρι μελαίνῃ. Cf. ρ 500. M 326 sq.: ἔμπης γὰρ κῆρες ἐφεστᾶσιν θανάτοιο | μυρίαι, sq. B 301 sq. Θ 69 sq. Σ 535—540. Ψ 78 sq.

O. Crusius, M. L. II, c. 1136, i.v. Keres; c. 1164: „Die Moira ist im Grunde die zugetheilte Ker selbst." Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 140. Buchholz, o.l. III, p. 318 sqq.

Lübker, o.l. i.v. Ker. Ebeling, o.l. i.v. Κήρ. Finsler, o.l. I², p. 275 sq. Gruppe, o.l. II, p. 768 sq. Rohde, o.l. I⁴, pp. 10, 1; 239, 2.

Igitur iam in Iliade vocem δαίμων metonymice usurpari videmus.[1])
Post Homerum δαίμονα saepe mortem significare ex titulis dilucide apparet.[2])

Omnibus verbis quibuscum δαίμων in Iliade coniungitur perpensis et cum aliis verbis comparatis ea, quae disputavi, sic breviter comprehendo:

„δαίμονες ἄλλοι" eodem modo usurpatur atque „θεοὶ ἄλλοι" vel „Ὀλύμπιοι ἄλλοι."

„δαίμοσιν ἀρήσασθαι" idem valet ac „θεοῖς εὔχεσθαι."

„ἑκατόμβας δαίμοσιν ὑποσχέσθαι" idem atque „θεοῖς ἑκατόμβας ὑποσχέσθαι."

„ἦρχε δὲ δαίμων", δαίμων est Aphrodite, certa quaedam dea.

„δαίμονι ἶσος" non idem valet ac „θεῷ ἐναλίγκιος" vel „ἰσόθεος."

„δαίμων διακρίνει" ad litteram cum locutione alia conferri non potest, sed afferantur haec:

„Ζεὺς ταμίης πολέμοιο", „ὕπατος μήστωρ," „τίς θεῶν ξυνέηκε μάχεσθαι."

„σὺν δαίμονι" idem valet ac „σὺν θεῷ" vel „σὺν θεοῖς."

„πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι, ὅν κε θεὸς τιμᾷ," „δαίμων" latius quam „θεός" patere videtur.

„ἐπιορκεῖν πρὸς δαίμονος" est peierare ante dei oculos.

Cum hac locutione conferantur haec: „λίσσεσθαι ὑπὲρ δαίμονος."

„ἐπέλασσέ γε δαίμων" idem valet ac „πέλασσαν θεοί" vel „Ζεὺς ἐπέλασσε."

„δαίμων τρέπει" idem sonat atque „Ζεὺς τρέπει" vel „θεὸς ὄρνυσιν" vel „κελεύει."

Verba „δαίμονα διδόναι" conferenda sunt cum his:
„θάνατον διδόναι", „πότμον ἐφεῖναι", „μοῖραν θεῖναι" „κῆρα φέρειν", „φόνον φέρειν."

In Iliade δαίμων duobus locis certum quendam deum significat [Γ 420 Aphroditam, Ο 418 Apollinem sc.].

---

[1]) Iniuria Reichenberger, o.l. p. 22: „zum ersten Male nachweisen lässt sich δαίμων", inquit, „in metonymischem Sinne bei Pindar", sqq. Etiam Hesiodus, Opp. et D. 314 (Rzach) vocem δαίμων metonymice usurpat.

Rohde, o.l. II[1], p. 317 in annot.: „Die Metonymie aber schon in der Ilias VIII. 166." Cf. supra Prooem. p. 34.

[2]) v. Sybel, M. L., l.l. c. 938 sq.

Mors, humana specie induta, in titulis sepulcralibus appellatur: δαίμων βάσκανος, φθονερός, ἀλόγιστος, λυπηρός, ταχύς, νηλεής, κοινός, κακός, ἀπροιδής.

Schol. ad Eurip. Med. 1110: δαίμονα τὸν θάνατον ὠνόμασεν.

Uno loco [A 222] poëta numero plurali utitur ad deos Olympios significandos.

Duobus locis numerus pluralis in oratione recta invenitur [Z 115, Ψ 595], numen divinum universum significans.

Verba δαίμονι ἶσος, quae novies inveniuntur [vide supra p. 86, 1] et ad vim irruendi spectant, horrendam δαίμονος naturam et vim occultam patefaciunt. Si quis cum „θεῷ" comparatur [ἰσόθεος vel θεοειδής vel θεῷ ἐναλίγκιος vel θεὸς ὥς], haec vocabula semper sunt epitheta honorifica.

Reliquis locis, Θ 166 si exceperis, δαίμων numen divinum incognitum et incertum significat.

Θεός multis locis certum quendam deum significat, non paucis tamen locis et numero singulari et numero plurali huiusce vocabuli vis aeque ac δαίμονος latius patere solet.[1])

B. de Odyssea.

Quibus verbis vox q. e. δαίμων in Iliade coniungatur postquam inquisivimus, transeamus ad Odysseam tractandam.[2])

[1]) A 178. Z 228. H 4, 288. I 49, 703. K 556. N 82, 727, 730, 743. Ξ 142. O 473. P 99, 327, 688. T 90, 159, 410. Υ 100. Φ 47, 103. X 285. Ω 538. δ 236, ξ 44, 170, 498, 570. ι 158, 339. λ 292. ξ 227, 444. ο 168. ρ 218, 399. σ 265. τ 485, 488, 496. φ 279. χ 347. ψ 222, 260.

Vid. W. H. S. Jones, A note on the vague use of ΘΕΟΣ. [Classical Review (1913), p. 252 sqq. Cf. B. Ph. W. (1914), c. 569.]

Eckermann, o.l. I, p. 353. Kröcher, o.l. p. 6. Krejci, o.l. p. 170 sq.

[2]) Locorum ordinem sic institui:

β	134	δαίμων	δώσει
γ	27	„	ὑποθήσεται
ι	381	„	ἐνέπνευσε θάρσος
τ	10	„	ἐνὶ φρεσὶν ἔμβαλε
τ	138	„	ἐνέπνευσε φρεσί
δ	274 sq.	„	κελευσέμεναι δέ σ' ἔμελλε

ζ	172	δαίμων	κάμβαλε
η	248	„	ἤγαγε
ξ	386	„	„
ω	149	„	„
π	370	„	ἀπήγαγε
ρ	243	„	ἀγάγοι
φ	201	„	„
ρ	446	„	προσήγαγε
σ	146	„	ὑπεξαγάγοι
ω	306	„	πλάγξ'

γ	166	δαίμων	κακα μήδετο
μ	295	„	„ „
τ	512	„	πένθος πόρε
ξ	488	„	παρά μ' ἤπαφε
π	194	„	θέλγει
λ	61	δαίμονος	αἶσα κακὴ ἆσέ με

ε	421	δαίμων	κῆτος ἐπισσεύει
τ	201	„	ὦρορε
σ	256	„	ἐπέσσευεν κακά
τ	129	„	„ „
υ	87	„	ἐπέσσευεν ὀνείρατα

Primo inquirantur loci, quibus δαίμων et bona et mala distribuit hominibus, consilia vel cogitationes eorum animis suggerit, aut animos auget vel instigat.

Antinous, unus ex procis, Telemachum matrem remittere iubet eamque hortari, ut tandem nubat. Quod consilium Telemachus abnuens et alia affert et haec [β 134 sq.]:

β 134. ἐκ γὰρ τοῦ πατρὸς κακὰ πείσομαι, ἄλλα δὲ δαίμων
δώσει, ἐπεὶ μήτηρ στυγερὰς ἀρήσετ' Ἐρινῦς
οἴκου ἀπερχομένη·

paulo post idem ille [ib. 141 sqq.]:

εἰ δ' ὔμιν, inquit, δοκέει τόδε λωίτερον καὶ ἄμεινον
ἔμμεναι, ἀνδρὸς ἑνὸς βίοτον νήποινον ὀλέσθαι,
κείρετ'· ἐγὼ δὲ θεοὺς ἐπιβώσομαι αἰὲν ἐόντας,
αἴ κέ ποθι Ζεὺς δῷσι παλίντιτα ἔργα γενέσθαι.

Verba q.s. δαίμων, θεοί, Ζεύς, in oratione recta usurpata, numen divinum universe mente conceptum significare, supra ostendebatur.[1])

Θεοί bona hominibus distribuere dicuntur: θ 410 sq., 413. η 148. ω 402. θεός: θ 44, 167. A 18, 178. Ζεύς: Λ 288 sq.[2])

Dii non modo rerum copia, robore, virtute, venustate donant homines, verum etiam dolore afficiunt et calamitate.[3])

Sic Apollo mali auctor dicitur A 96, θεοί dicuntur η 242. ξ 39.

Et bonum et malum a diis accidere hominibus Helena docet [δ 236 sq.]: — ἀτὰρ θεὸς ἄλλοτε ἄλλῳ
Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ· δύναται γὰρ ἅπαντα —,
[cf. Ω 527 sq.][4])

Neque haec dona aut accipere aut refutare in hominum esse potestate credebatur, sed iis etiam invitis esse accipienda.

Ulixes ad Amphinomum [σ 141 sq.]:

τῶ, inquit, μή τίς ποτε πάμπαν ἀνὴρ ἀθεμίστιος εἴη,
ἀλλ' ὅ γε σιγῇ[5]) δῶρα θεῶν ἔχοι, ὅττι διδοῖεν.

ε 396 στυγερὸς δαιμων ἔχραε
κ 64 κακος δαιμων ἔχραε

μ 169 δαιμων κοίμησε δε κύματα
λ 587 „ καταζήνασκε
ο 261 ὑπὲρ θυεων και δαίμονος
τ 64 δαιμων ἐτεκλωσεν.

[1]) Cap. II.

[2]) Nägelsbach-Autenrieth, o.l. pp. 64; 111. Cf. Ξ 63, 488 sq.

[3]) O.l. p. 63.

[4]) O.l. p. 333. Lehrs, o.l.[2] p. 43 sq. Leop. Schmidt, o.l. I, p. 79. Gruppe, o.l. II, p. 991. Rohde, Gr. Rel., p. 12 sq.

[5]) Cf. Ameis-Hentze, Anh. Od. 3[3], p. 135. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 308. Neuhäuser, o.l. p. 12.

Vid. N 729 sqq. Γ 65 sq. Υ 264 sqq. h. Cer. 147. Theogn. 444.

Metaneira haec dicit [h. Cer. 216 sq.]:

ἀλλὰ θεῶν μὲν δῶρα καὶ ἀχνύμενοί περ ἀνάγκῃ
τέτλαμεν ἄνθρωποι· ἐπὶ γὰρ ζυγὸς αὐχένι κεῖται.[1])

Exempla allata, quippe quae ad formam tantum pertineant, haud multum valent ad illustranda ea, quae leguntur β 134 sq.; idcirco nonnulla, quae ad verborum sententiam spectant, afferam.

Telemachus se matrem remittere posse negat [β 134 sqq.]: matre enim remissa patrem [2]) sibi mala illaturum, aliaque mala δαίμονα daturum, postquam mater domo profecta Erinyas invocaverit; deinde hominibus se fore reprehendendum.[3])

Δαίμων hic, mala mittens, supplicium exsecuturus esse dicitur.

Apud Homerum dii iniuriae vindicandae munere funguntur.[4]) Eumaeus ad Ulixem [ξ 83 sq.]:

---

[1]) Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 205 sq.

[2]) Sunt qui Icarium patrem hic intellegendum esse censeant [cf. Ameis-Hentze, Anh. Od. 1[4], p. 55], id quod verborum contextus vetare mihi videtur. Ameisium-Hentzium secutus, hunc locum sic intellego: Telemachus, matre remissa, sibi multa Icario reddenda esse dicit, id quod spectat ad matris ἕδνα quae dicuntur; Schoemann-Lipsius, o.l. I[4], p. 51 haec dicit: „Wenn nach dem Tode des Mannes die Frau vonden Erben nicht im Hause gelassen wurde, so musste ihr Eingebrachtes zurückgegeben werden"; ib. in annotatione: „Dies ist aus Od. II 132 sicher zu schliessen, und die dagegen erhobenen Bedenken sind von keinem Gewicht."

Quod si ita est, verba q. s. ἐκ γὰρ τοῦ πατρὸς κακὰ πείσομαι sententia carent, si Icarius pater est intellegendus. In iis quae sequuntur non oppo-nuntur inter se πατήρ et δαίμων, sed πατήρ et μήτηρ. mala enim ab utraque parte et a patre et a matre affecta metuit Telemachus; 134 sq. planius exponitur, quod 130 protulit Telemachus, itaque illud γάρ [134] ad 130 spectat.

Cf. Finsler, o.l. I[2], p. 182 sq.

[3]) Verba q.s. νέμεσις δέ μοι ἐξ ἀνθρώπων | ἔσσεται [β 136 sq.] confe-rantur cum his Telemachi, quibus summa continetur vis ethica, ut ita dicam, quae apud Homerum valebat [β 64 sqq.]:

νεμεσσήθητε καὶ αὐτοί,
ἄλλους τ' αἰδέσθητε περικτίονας ἀνθρώπους,
οἳ περιναιετάουσι· θεῶν δ' ὑποδείσατε μῆνιν, sq.

Vid. Leop. Schmidt, o.l. I, pp. 164: 184 sq.; 209. II, p. 146 sq. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 242: „Gilt aber Impietät gegen die Eltern als widernatürlicher Frevel, so beruht auch die Verpflichtung der Pietät zunächst auf dem natürlichen Grunde des Blutsverbandes, dem sich aber ein sittlicher, Dankbarkeit für die Erziehung, alsbald coordiniert;" ib. p. 310. Non amplius matri θρέπτρα ἀποδοῦναι, ut Graece dicam, reformidat Telemachus.

Cf. Finsler, o.l. I[2], p. 249 sq. Belzner, o.l. I, pp. 64—75.

[4]) Π 386 sqq. Ω 113 sqq.

Cf. Teuffel, Hom. Theologie und Eschatologie [Stuttgart 1848] = Stud. und Charakteristiken [Teubner 1871], pp. 12; 31.

οὐ μὲν σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν,
ἀλλὰ δίκην τίουσι καὶ αἴσιμα ἔργα ἀνθρώπων.

Quidam ex procis haec dicit [ρ 485 sqq.]:

καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι,
παντοῖοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶσι πόληας,
ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.

Ex procorum interitu Laërtes colligit haec [ω 351 sq.]:

Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥα ἔτ' ἔστε θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον,
εἰ ἐτεὸν μνηστῆρες ἀτάσθαλον ὕβριν ἔτισαν.

Zeus imbres demittit ad iniustos puniendos [Π 384 sq.].[1])

Apollo Agamemnoni iratus, quippe qui Chrysam contumelia affecisset, pestem Graecis infert [A 10 sq.].

De diis periuriam vindicantibus supra sermo erat [p. 92].

Etiam Erinyes [2]) sceleris ulciscendi munere funguntur.

Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 34; p. 241: „Denn entweder strafen die Götter selbst menschlichen Übermut, insbesondere wo er sich gegen sie selbst kehrt .... oder die Strafe wird durch die Erinyen vollzogen."

Gruppe, o.l. II, p. 1002. Finsler, o.l. I², p. 252 sq.

[1]) Cf. Gruppe, o.l. II. p. 1003, 3. Leop. Schmidt, o.l. I, p. 67.

[2]) Schol. A ad I 454: Ἐρινῦς] καταχθόνιαι δαίμονες, τιμωροὶ τῶν πατρικῶν ἀσεβημάτων. Schol. B ad l. eadem fere adscribit.

Schol. B ad I 457: Ζεύς τε] τῆς ὁ μὲν εὔχεται ταῖς Ἐρινύσι, τὰς δὲ εὐχὰς αὐτοῦ ἐκτελεῖ Ἀΐδης καὶ Περσεφόνη· ὅτι αὐτοκράτορες τῶν τιμωριῶν ὄντες τὴν τοῦ κολάζειν ἐξουσίαν τοῖς ἄλλοις δαίμοσι παρέχονται [Cf. supra p. 91,2]. Etym. M. 374, 2, Erinyes dicuntur: θεαὶ τιμωροὶ τῶν πατρικῶν ἀσεβημάτων ἤγουν τῶν εἰς τοὺς γονεῖς ἁμαρτημάτων. Cf. Cic. de nat. d. III, 18, 46.

Vid. Aschenbach, Die Erinyen bei Homer [Hildesheimer Progr. 1859]. Rosenberg, Die Erinyen [1874]. Ebeling, o.l. i.v. Lübker o.l. i.v.

Neuhäuser, o.l. p. 21: „alio loco Furiae ita inducuntur, ut δαίμονες appareant esse ea pars, cui scelerum puniendorum munus datum sit." β 134 sq. ita interpretatur: „alia mala daemon impendet, cuius vis se ostendet in Furiarum a matre immissarum suppliciis."

Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 240, vinculum inter parentes et liberos sacrum esse neque posse revelli demonstrans: „Dies spricht sich bei dem Dichter darin aus," inquit, „dass der Eltern Recht garantiert ist durch das Numen der Erinyen, deren eigentliches Wesen am sichersten in diesem Zusammenhang erkennt wird [cf. Anhang No. 166] .... Sie sind executive Gewalten im Dienste der unterirdischen Gottheiten," sqq. Gruppe, o.l. II, p. 763 sqq.; p. 1002, 4: „Neben den Olympischen Göttern gibt es noch besondere Schützer der sittlichen Ordnung. Die „vor Zeus gültige, allen Satzungen vorausgehende uranfängliche Natur-ordnung" [Nägelsbach, Nachhom. Theol. p. 348] vertreten die Erinyen," sqq. Cf. Bursian, Jahresb. Suppl. b. 137 [1908], p. 491 sq.

Rapp, M. L. I, c. 1310: ..... „schon bei Homer überwiegt die ethische Auffassung ihres Wesens ihre übrigens noch deutlich erkennbare

Δαίμων et Ερινύες cum apte inter se cohaerere videantur eo de quo agitur loco [β 135], facere non possumus, quin de his quoque agamus.

De Oedipode dicitur [λ 279 sq.]:

τῷ δ' ἄλγεα κάλλιπ' ὀπίσσω [sc. Epicaste]
πολλὰ μάλ', ὅσσα τε μητρὸς 'Ερινύες [1]) ἐκτελέουσι.

Phoenix patrem se exsecratum esse narrans [I 454 sq.]:

πολλὰ κατηρᾶτο, inquit, στυγερὰς δ' ἐπεκέκλετ' 'Ερινῦς, [2])

paulo post [ib. 456] sic pergit: θεοὶ δ' ἐτέλειον ἐπαράς,
Ζεύς τε καταχθόνιος καὶ ἐπαινὴ Περσεφόνεια,

De Althaea, Meleagri matre, Phoenix haec profert [I 566 sqq.]:

ἥ ρα θεοῖσι
πόλλ' ἀχέουσ' ἠρᾶτο κασιγνήτοιο φόνοιο,
πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν πολυφόρβην χερσὶν ἀλοία
κικλήσκουσ' 'Αίδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν,

et ib. 571: τῆς δ' ἠεροφοῖτις 'Ερινὺς
ἔκλυεν ἐξ 'Ερέβεσφιν, [3])

Erinyes igitur puniunt liberos, qui in parentes peccaverint [I 454, β 135, λ 280]; ulciscuntur reverentiam in maiores natu, in supplices non observatam:

Iris ad Poseidonem [O 204]:

οἶσθ', inquit, ὡς πρεσβυτέροισιν 'Ερινύες αἰὲν ἕπονται. [4])

et Ulixes dicit [ρ 475]:

εἴ που πτωχῶν γε θεοὶ καὶ 'Ερινύες εἰσίν, [5])

Naturbedeutung." Cf. c. 1321 sq. Rohde, o.l. I[4], p. 72, 2; p. 247, 2 [„numina chthonia"]; p. 269: „Sie sind furchtbare Dämonen, in der Erdtiefe hausend, aus der sie durch die Flüche und Verwünschungen derjenigen heraufbeschworen werden, denen kein irdischer Rächer lebt", sqq.

Praeterea vid. Buchholz, o.l. III, pp. 345—351. Gilbert, Griech. Götterlehre [1898], p. 115 sqq. Preller-Plew, Griech. Mythol. I[3], p. 686. Leop. Schmidt, o.l. I, pp. 150—153. Dieterich, Nekyia [1893], pp. 55; 57 sq. v. Wilamowitz-Moellendorff, Vorrede z. d. Griech. Tragödien, VII[2] [1901], p. 27 sqq. Campbell, o.l. p. 70. Fairbanks, o.l. p. 185. Weicker, o.l. p. 3. Michel, o.l. p. 208.

[1]) Ameis-Hentze, ad l.: „Verkörperungen des mütterlichen Fluches".

[2]) Id. ad l.: „unter Anrufung der Erinyen als der Hüterinnen des Familienrechtes, die in der Unterwelt ihren Sitz haben."

[3]) Schol. A ad I 569 *κικλήσκουσ' 'Αίδην] ὅτι ἐπικαλεῖται μὲν τὸν 'Αίδην καὶ Περσεφόνην, ὑπακούουσι δὲ αἱ 'Ερινύες ὡς ὑπηρέτιδες.* Cf. supra p. 91,2.

[4]) Ameis-Hentze ad l.: „Das alte Familienrecht giebt dem älteren Bruder einen Vorrang vor dem jüngeren; die Wahrerinnen dieser Ord-nung, wie aller sittlichen Ordnung innerhalb der Familie, sind die Erin-nyen."

[5]) Cf. *η* 164 sq. Aesch. Eum. (Wecklein), 550.

Erinyes periuros supplicio afficiunt. Agamemnon enim haec dicit [T 258 sqq.]:

ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα, θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος,
Γῆ τε καὶ Ἠέλιος καὶ Ἐρινύες, αἵ[1]) θ' ὑπὸ γαῖαν
ἀνθρώπους τίνυνται, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ.[2])

Non modo vivos homines sceleratos puniunt, verum etiam mortuos, quippe quae ὑπὸ γαῖαν [T 259] fungantur munere, ut etiam Hades et Persephone ὑπένερθε [Γ 279] puniunt mortuos.[3]) Erinyes igitur sunt chthonia quae dicuntur numina.

De Pandarei filiis dicitur [υ 77 sq.]:

τόφρα δὲ τὰς κούρας Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο
καί ῥ' ἔδοσαν στυγερῇσιν Ἐρινύσιν ἀμφιπολεύειν.[4])

Erinyes curant, ne quid fiat praeter naturae leges. Equo Xantho, voce loquenti humana, adimunt vocem Erinyes [T 418]:

ὣς ἄρα φωνήσαντος Ἐρινύες ἔσχεθον αὐδήν.[5])

Schol. B annotat: ἐπίσκοποι γάρ εἰσι τῶν παρὰ φύσιν.[6])

Praeterea ad male faciendum incitant Erinyes et occaecatione afficiunt homines. Agamemnon enim culpa se vacare arbitratus

---

[1]) Cf. p. 91,2. Rohde, o.l. I², p. 268 sq. Dieterich, o.l. p. 54: „Helios und Gaia und die Erinyen sind die drei grossen Mächte." Hirzel, o.l. p. 142 sq.

Schol. B ad T 258: ... φοβεραὶ δὲ αἱ ἀραί, ζῶντι μὲν κινδύνους ἐπάγουσαι ἐκ Διὸς καὶ Ἡλίου, τεθνεῶτι δὲ κολασμὸν ἐξ Ἐρινύων.

[2]) T 264 sq. universe θεοί dicuntur ii, qui supplicia exsequuntur; cf. Γ 276 sqq.; ad Γ 276 sqq. et T 258 sqq. cf. Rohde, o.l. I⁴, p. 64.

[3]) Cf. Rohde, o.l. I⁴, p. 65,1.

[4]) Vid. Ebeling, i.v. ἀμφιπολεύειν. Eustath. p. 1883, 58: τὸ Ἐριννύσι δοθῆναι ἀμφιπολεύειν κόραι ἂν ταθῶσιν ἔκτοποι πατρίδος γενόμεναι καὶ δειναῖς περιτυχοῦσαι τροφαῖς ἢ δεσποίναις.

Cf. Rohde, o.l. I⁴, p. 72,2. Dieterich, o.l. p. 56,1, qui p. 57 hunc locum sic interpretatur: „Sie (die Harpyien) brachten in die Unterwelt."

Leop. Schmidt, o.l. I, p. 150. Wilamowitz, o.l. p. 28: „in einem Märchen werden Kinder, die die Harpyien entrafft haben, Diene-rinnen der Erinyen, wie bei uns der Frau Holle oder der Hexe."

[5]) Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 241: „in allen diesen Verhältnissen sind sie Rächerinnen des Unnatürlichen, eines Frevels, der die natürliche Weltordnung zu zerstören droht."

[6]) Cf. Leop. Schmidt, o.l. I, p. 150. Lehrs, o.l. pp. 91; 204. Gruppe, o.l. II, pp. 764,5; 1000,6. Wilamowitz, o.l. p. 28,3: „als die göttlichen Rosse des Achilleus reden, schliessen ihnen Erinyen den Mund; das ist so viel als: „es missgönnte ihnen die Gottheit weiteres." sqq.

Conferantur haec Heracliti [Plut. de exil. 11, p. 604 B]: ἥλιος γὰρ οὐχ ὑπερβήσεται μέτρα, φησὶν ὁ Ἡράκλειτος· εἰ δὲ μή, Ἐρινύες μιν, Δίκης ἐπίκουροι, ἐξευρήσουσιν. Cf. Diels, Vorsokr. [1903], fr. 94. p. 79.

[T 86 sq.]: ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι, inquit,
ἀλλὰ Ζεὺς καὶ Μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ἐρινύς, [1])
οἵ τέ μοι εἰν ἀγορῇ φρεσὶν ἔμβαλον ἄγριον ἄτην sq.

et Melampus gravi affectus dolore vinculis tenebatur [ο 233 sq.]
εἵνεκα Νηλῆος κούρης ἄτης τε βαρείης,
τήν οἱ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ δασπλῆτις Ἐρινύς.

Haec omnia ad illustrandam quae inter numen divinum et Erinyas intercedat rationem, paulo uberius tractavi. Erinyes β 135 non inducuntur δαίμονος ὑπηρέτιδες, ut ita dicam, sed δαίμων potius Erinyum impulsu agere videtur; quin etiam dixeris δαίμονα hic esse meram vim divinam, quae Erinyum efficitur numine. Praeterea inter δαίμονα et Ἐρινῦς eadem intercedere videtur ratio atque inter Erinyas et Iovem Chthonium Persephonamque I 454 sqq. et ib. 566 sqq. [2]), quae numina iisdem funguntur vicibus [coll. I 454-457, ib. 569-571, Γ 278, T 258].

Erinyes, quae in carminibus epicis apud inferos sedem habent, [3]) aeque ac Hades et Persephone, numina chthonia, antiquissimae religionis ducendae sunt. [4])

---

[1] Ameis-Hentze ad l.: „Moira und Erinys aber sind mit Zeus als zwei ihm untergeordnete Wesen verbunden, die zwei Seiten seiner Thätigkeit bestätigen."

Erinys [T 87] Iovis imperio subiecta esse videtur.

Van Leeuwen ad l.: „Erinys id fere nunc valet, quod ἡ τῆς φύσεως ἀνάγκη. Erinyum, pietatis vindicum, fuit cavere ne leges naturae viola-rentur." Cf. Gruppe, o.l. II, p. 1007, 3.

[2]) Cf. supra p. 91,2. Vid. Hirzel, o.l. p. 170.

[3]) T 259: ὑπὸ γαῖαν ἀνθρώπους τίνυνται. Γ 279: ὑπένερθε καμόντας ἀνθρώπους τίνυσθον. Cf. I 572. Aesch. Eum. 72, 115, 175 sqq. [cf. R. H. Woltjer, Handelingen v. h. achtste Ned. Philol. congres (1916), p. 34 sqq.], 398. Soph. O.C. 1568.

Vid. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 240. Schoemann-Lipsius, o.l. II⁴, p. 235. Gruppe, o.l. I, p. 411. II, p. 767, 3; p. 764: „Dass die Erinys ursprünglich ein schrecklicher aus und in der Unter-welt wirkender Rachegeist war, kann als sicher betrachtet werden."

Rohde, o.l. I⁴, pp. 72, 2; 269. Wilamowitz. o.l. p. 27, Erinyas dicit: „dienende Dämonen der Hölle"; et p. 28: „Ihre Aktion ist aber immer eine strafende, peinigende und ihr Wohnsitz ist die Hölle."

Rapp, M.L. I, c. 1317. Buchholz, o.l. III, pp. 42; 346.

[4]) Cf. Gruppe, o.l. II, p. 1002, 4; pp. 763—768.

Rapp, M. L. I, c. 1310: „Die Erinys reicht in die Anfänge der Griechischen Religion zurück. Aischylos hebt mit Nachdruck ihr höheres Alter gegenüber der jüngeren Götterordnung hervor [Eum. 150, 162, 394, 731]."

Wilamowitz, o.l. p. 27 sq.; p. 30: „sie sind eine Macht der Vorwelt"; p. 31: „der fromme Dichter [Aeschylus sc.] hat den durch Homer entwürdigten Urgewalten ihre Heiligkeit zurückgegeben."

Quod si Erinyes apte cum Iove chthonio [1]) et Persephona cohaerent, voce quae est δαίμων [β 134] etiam vim divinam inferorum regis significari posse putaveris. Praeterea Iovi Olympio Erinyes subiectae sunt, [2]) in cuius imperium omnis vis divina velut in unum contrahitur. Agamemnon enim culpam suam refert in Iovem et Fatum et Erinyas [T 87], et paulo post [ib. 90] idem ille θεὸς δέ, inquit, διὰ πάντα τελευτᾷ. Poëta ipse rixas inter Agamemnonem et Achillem ortas commemorans dicit [A 5]: Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. [3])

Hoc quoque loco [β 134] vox δαίμων in oratione recta usurpata, latiore sententia est intellegenda, universam vim divinam significans, sive ab Iove Olympio, sive ab Iove chthonio, sive a Furiis ipsis effectam. [4])

Hac ex parte δαίμων et θεός inter se non discrepant, qui ad numen divinum universum indicandum similiter usurpentur. [5])

Eumaeus enim ad Ulixem [ξ 444 sq.]:

θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, inquit, τὸ δ' ἐάσει,
ὅττι κεν ᾧ θυμῷ ἐθέλῃ· δύναται γὰρ ἅπαντα.

---

[1]) De Iove Chthonio cf. Rohde, o.l. I[4], p. 205; contra putat Lehrs, o.l. p. 298 sq.

Vid. Gruppe, o.l. I, p. 148. II, p. 1094, 27. Leop. Schmidt, o.l. I, p. 104. Pfleiderer, Religionsphilosophie auf geschichtlicher Grundlage[3] [Berlin 1896], pp. 174; 178 sq. Schoemann-Lipsius, o.l. II[4], p. 333, 4.

[2]) Nägelsbach-Autenrieth, o.l: p. 241.

Leop. Schmidt, o.l. I, p. 104: „so kennt denn auch der Volks-glaube in den Erinyen, die bald mit Zeus und bald mit Hades in Be-ziehung gesetzt werden, bald in der Oberwelt und bald in der Unterwelt sich thätig zeigen, ein verbindendes Glied." P. 150: „Als Vollstreckerin der göttlichen Strafgerichte wird die Erinys zuweilen mit den olympischen Göttern [Aesch. Ag. 55—59. 461—466], zuweilen mit Zeus' Beisitzerin Dike [Aesch. Ag. 1432; Soph. Ai. 1390. Trach. 808; Eur. Med. 1389], zuweilen mit Hades und dessen Gemahlin Persephone zusammen genannt [Il. 9, 454—458; 569—572; Soph. Ant. 1075], am häufigsten jedoch erscheint sie allein als Ausüberin des ihr obliegenden Amtes."

Cf. Hirzel, o.l. p. 156 sqq. Schoemann-Lipsius o.l. II[4], pp. 270; 363 sq.

Apoll. Argonaut. IV. 702 sqq. Circe, pro Iasone et Medea lu-strationem agens, Iovem precatur, ut Erinyum vim cohibeat.

[3]) Conferantur ea quae dicit Achilles T 270—274. Vid. Ameis-Hentze, Anh. Il. 1[3], p. 37.

[4]) Leop. Schmidt, o.l. I, p. 151: „die religiöse Bedeutung, welche in den Augen der Alten der Fluch hat, sein Zusammenhang mit dem göttlichen Walten, bildet hier das Verbindungsglied."

[5]) Cf. W. H. S. Jones, o. l.; vide supra p. 116,1.

et Helena ad Menelaum [δ 236 sq.]:

— ἀτὰρ θεὸς ἄλλοτε ἄλλῳ, inquit,
Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ· δύναται γὰρ ἅπαντα —,

* * *

Athena, et figura et voce Mentori similis [β 401], Telemachi animum augens [γ 26 sqq.]:

Τηλέμαχ', inquit, ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις,
γ 27. ἄλλα δὲ καὶ δαίμων [1]) ὑποθήσεται· οὐ γὰρ ὀΐω
οὔ σε θεῶν ἀέκητι γενέσθαι τε τραφέμεν τε. [2])

Athena ad Iovem patrem [α 88 sq.]:

αὐτὰρ ἐγὼν, inquit, Ἰθάκην δ' ἐσελεύσομαι, ὄφρα οἱ υἱὸν
μᾶλλον ἐποτρύνω, καί οἱ μένος ἐν φρεσὶ θείω,

id quod poëta sic narrat [α 320 sq.]:

τῷ δ' ἐνὶ θυμῷ
θῆκε [Athena sc.] μένος καὶ θάρσος,

Telemachus sine dubitatione Nestori cuias esset quaerenti respondet [γ 76 sq.]:

αὐτὴ γὰρ ἐνὶ φρεσὶ θάρσος Ἀθήνη
θῆχ', ἵνα μιν περὶ πατρὸς ἀποιχομένοιο ἔροιτο·

Telemachus postquam libere inter procos contionatus eorum admirationem movit, sic ei respondet Antinous [α 384 sq.]:

Τηλέμαχ', ἦ μάλα δή σε διδάσκουσιν θεοὶ αὐτοὶ
ὑψαγόρην τ' ἔμεναι καὶ θαρσαλέως ἀγορεύειν.

Athena dea Telemachi animum augere dicitur; dii eloquentia Telemachum donaverunt, qui iidem eum nutriverunt „ἔρνεϊ ἶσον." Eo de quo agitur loco [γ 26 sq.] prius Telemachum in mente sua consilia agitare opus esse dicit Athena, cetera vero δαίμονα suggesturum esse. [3])

Dii consilia et cogitata suggerere dicuntur locis his:

Athena dea, Mentae similis [cf. α 105], ad Telemachum [α 279]:

σοὶ δ' αὐτῷ, inquit, πυκινῶς ὑποθήσομαι, αἴ κε πίθηαι·

---

[1]) In codice Florent. Laurent. XXXII, 24, saec. X [G], metro invito, legitur: θεός, cf. Ludwich, Homeri Odyssea, ad l. et praef. p. X. Eustath. ad l.: ἀλλὰ δὲ καὶ θεὸς ὑποθήσεται.

[2]) Eumaeus de Telemacho [ξ 175]: τὸν ἐπεὶ θρέψαν θεοὶ ἔρνεϊ ἶσον. Ulixes in mendici speciem conversus ad Melantho famulam [τ 86 sq.]:

ἀλλ' ἤδη παῖς τοῖος, inquit, Ἀπόλλωνός γε ἕκητι,
Τηλέμαχος

Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 61 sq.

[3]) Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 70: „eigner Antrieb neben göttlichem", coll. I 703. ι 339. δ 712. O 604.
Pag. 72 idem ille de loco supra laudato [γ 27] dicit: „in welchen Worten sich die einer oben [§ 43] berührten verwandte merkwürdige Vorstellung ausspricht, dass der menschliche Geist von der göttlichen Wir--kung nicht durchdrungen wird, sondern neben dieser selbständig bleibt."

Item Poseidon ad Achillem [Φ 293]:
αὐτάρ τοι, inquit, πυκινῶς ὑποθησόμεθ' [ipse et Athena sc.], αἴ κε πίθηαι·

Circe ad Ulixem [μ 37 sq.]:

ταῦτα μὲν, inquit, οὕτω πάντα πεπείρανται· σὺ δ' ἄκουσον,
ὥς τοι ἐγὼν ἐρέω· μνήσει δέ σε καὶ θεὸς αὐτός.

Calypso ad Hermen [ε 143 sq.]:

αὐτάρ οἱ [Ul. sc.] πρόφρων ὑποθήσομαι, inquit, οὐδ' ἐπικεύσω,
ὥς κε μάλ' ἀσκηθὴς ἣν πατρίδα γαῖαν ἵκηται.

Athena in deorum concilio et alia profert et haec [Θ 36]:

βουλὴν δ' Ἀργείοις ὑποθησόμεθ', ἥ τις ὀνήσει,

Ulixes ad Telemachum [π 233]:

νῦν αὖ δεῦρ' ἱκόμην, inquit, ὑποθημοσύνῃσιν Ἀθήνης,

De fabro perito dicitur [O 411 sq.]:

ὅς ῥά τε πάσης
εὖ εἰδῇ σοφίης ὑποθημοσύνῃσιν Ἀθήνης. [1])

Ulixes naufragus ὑπέρμορον periisset [ε 436 sq.],

εἰ μὴ ἐπιφροσύνην δῶκε γλαυκῶπις Ἀθήνη. [2])

Ulixes postquam Telemacho consilia sua aperuit [ψ 139 sq.]:

ἔνθα δ' ἔπειτα, inquit,
φρασσόμεθ' ὅττί κε κέρδος Ὀλύμπιος ἐγγυαλίξῃ.

Locis allatis consilia suggerunt: Athena, Poseidon, Ὀλύμπιος, θεός, δαίμων. Diis virum prudentem consilia debere credebatur. [3])

Alcinous rex inducitur [ζ 12] θεῶν ἄπο μήδεα εἰδώς, Penelope ad Eurycleam [ψ 11 sqq.]:

μαῖα φίλη, inquit, μάργην σε θεοὶ θέσαν, οἵ τε δύνανται
ἄφρονα ποιῆσαι καὶ ἐπίφρονά περ μάλ' ἐόντα,
καί τε χαλιφρονέοντα σαοφροσύνης ἐπέβησαν· [4])

Loco supra allato [γ 27] vox δαίμων, in oratione recta usurpata, idem valet ac θεός et numen divinum incertum significat.

Ad illustrandum id, quod Athena Telemacho praecipit [γ 26 sq.], Ulixis in occaecando Polyphemo virtus exemplum afferatur, qui postquam omnia ad Polyphemum ulciscendum secum cogitavit, inceptum perficit. Quae narrans Alcinoo Ulixes [ι 381]:

ι 381. αὐτὰρ θάρσος, inquit, ἐνέπνευσεν μέγα δαίμων.

---

[1]) Cf. E 59 sqq. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 63: „Athene schenkt τεκτοσύνην."

[2]) Cf. ε 426 sq.:

ἔνθα κ' ἀπὸ ῥινοὺς δρύφθη, σὺν δ' ὀστέ' ἀράχθη,
εἰ μὴ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·

[3]) Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 62.

[4]) Damnat Kirchhoff, Die hom. Odyssee, p. 531; χαλαίφρον' ἐόντα coni. Nauck [cf. Ludwich.].

Alio loco Ulixes cum Athena dea procorum caedem meditans [τ 2] Telemacho suadet, ut procis cur arma auferantur quaerentibus respondeat et alia et haec [τ 10]:

τ 10. πρὸς δ' ἔτι καὶ τόδε μεῖζον ἐνὶ φρεσὶν ἔμβαλε δαίμων,

quae π 291 sic leguntur:

πρὸς δ' ἔτι καὶ τόδε μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ θῆκε Κρονίων,[1]

Penelope ad Ulixem [τ 138 sq.]:

τ 138. φᾶρος μέν μοι πρῶτον, inquit, ἐνέπνευσε φρεσὶ δαίμων
στησαμένῃ μέγαν ἱστὸν ἐνὶ μεγάροισιν ὑφαίνειν,

Menelaus, postquam Helena Ulixis astutiam fabula exposuit [δ 240—364], eiusdem calliditatem in equo Troiano praebitam commemorans, ad uxorem dicit [δ 274 sq.]:

274 sq. ἦλθες ἔπειτα σὺ κεῖσε· κελευσέμεναι δέ σ' ἔμελλε
δαίμων, ὃς Τρώεσσιν ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι·

Afferamus nonnullos locos qui congruunt
α cum ι 381, ubi δαίμων animum auget,
β cum τ 10, 138, ubi δαίμων cogitata suggerit,
γ cum δ 274 sq., ubi δαίμονι incitandi vis adscribitur.

α. Animum augere dicitur: Athena, B 451. E 1 sq. K 366, 482. Φ 304. Ψ 390, 399 sq. ξ 216. ω 520.
Apollo, O 59 sq., 262. Π 529. Υ 79 sq., 110.
Zeus, Λ 753. O 593 sqq. P 206, 451, 456.
Hermes, Ω 442. Poseidon, Ξ 151 sq. Ares, ξ 216. Eris, Λ 11.

Contrarium item dii efficiunt, quippe qui pugnantibus iniciant metum vel eorum animos compescant. Terrorem infert Zeus, Λ 544. Apollo, O 326 sq. P 118. Athena, A 207 sq.
Exemplis allatis deos idem apparet efficere atque δαίμων facere dicitur ι 381.

β. Dii cogitata suggerere dicuntur: Zeus, ξ 273 sq. Poseidon, N 83. Athena, ε 427. σ 158. φ 1. Hera, A 55. Iris, A 139. Erinys, ο 233 sq. θεός, ξ 227. τ 485. ψ 260. θεῶν τις, N 55. θεοί, B 124 sq. ἀθάνατοι, α 200 sq. ο 172 sq.[2])

---

[1]) π 281—298 damnant Zenodotus et Aristarchus, cf. Ludwich ad l. Ameis-Hentze ad l.: „θῆκε Κρονίων statt ἔμβαλε δαίμων ist eine Änderung des Interpolators aus κ 89, ο 477, φ 102 f." Cf. Anh. Od. 3[3], p. 97 sq. Res tamen ad summam minoris pretii est.
Cf. h. in Bacchum [VII ed. Allen], 31: ἐπεὶ ἡμῖν ἔμβαλε δαίμων.

[2]) Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 178.

γ. Dii proprie et per translationem incitare vel admovere dicuntur: Zeus, B 28, 114. I, 21. O 567. Ω 175. Athena, ρ 360 sq. Poseidon, N 83, 89 sq. Ares, Υ 51 sq. θεός, ι 339. ψ 222. τὶς θεός, K 511. δ 712. θεῶν τις, σ 407. θεοί, Υ 54.

Hisce locis enumeratis apparet verba q.s. θεός, θεός τις, θεῶν τις, θεοί, ἀθάνατοι, Ζεύς, 'Αθήνη, 'Απόλλων, Ποσείδων eodem modo usurpari atque δαίμων locis supra [p. 126] allatis [ι 381; τ 10, 138; δ 273] ad significandum numen divinum, quod animos commoveat, incitet, cogitata suggerat, varios affectus efficiat.[1])

Hisce locis vox δαίμων, in oratione recta adhibita, numen divinum incertum indicat.

* * *

Ulixes ad Nausicaam [ζ 172 sqq.]:

ζ 172. νῦν δ' ἐνθάδε, inquit, κάμβαλε δαίμων,
ὄφρα τί που καὶ τῇδε πάθω κακόν· οὐ γὰρ ὀίω
παύσεσθ', ἀλλ' ἔτι πολλὰ θεοὶ τελέουσι πάροιθεν.

Huc addo eos locos, quibus δαίμων dicitur ἀγαγεῖν, ἀπαγαγεῖν, προσαγαγεῖν, ὑπεξαγαγεῖν aliquem vel aliquid.

Ulixes Alcinoo et Aretae se Ogygiam in insulam Calypsus domum delatum esse sic narrat [η 248 sq.]:

η 248. ἀλλ' ἐμὲ τὸν δύστηνον ἐφέστιον ἤγαγε δαίμων
οἶον, sq.

Eumaeus veritus, ne fabulis se illudat hospes, ad illum [ξ 386 sq.]:

ξ 386. καὶ σύ, γέρον πολυπενθές, inquit, ἐπεί σέ μοι ἤγαγε δαίμων,
μήτέ τί μοι ψεύδεσσι χαρίζεο μήτέ τι θέλγε·

Amphimedontis umbra Ulixis in patriam reditum sic narrat [ω 149 sq.]:

ω 149. καὶ τότε δή ῥ' Ὀδυσῆα κακός ποθεν ἤγαγε δαίμων [2])
ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιήν,

---

[1]) Nägelsbach-Autenrieth. o.l. p. 70: „Und zwar hat sie [die Gottheit] Gewalt über den ganzen geistigen Menschen nach Willen, Gemüt und Verstand", sqq.; cf. p. 71.

Cf. Cauer, Grundfr.[2] p. 356, coll. p. 342 sq.

[2]) Cuntz, Περι δαιμονος Ὁμηρικοῦ [Wiesbaden 1858], p. 6 errore ducitur, cum dicit: „semel tantum hoc loco [ω 149 sc.] occurrit epitheton κακός δαίμονι coniunctum, unde et quod κακός δαιμων a natura daemonis qualis ubique [?] est in Odyssea, plane abhorret, liceat conicere και τότε δή ῥ' Ὀδυσῆα μεγ ας ποθεν ἤγ αγ ε δαιμων, si quidem depravatis quibusdam huiusce rhapsodiae versibus succurrere operae pretium est."

At δαίμων etiam κ 64 κακός dicitur.

Epitheta, δαίμονι apud Homerum adiecta, sunt haec:

κακός dicitur δαιμων: κ 64, ω 149.

χαλεπός „ „ : τ 201.

στυγερός „ „ : ε 396.

Antinous, cuius spem Telemachus necopinato reversus fefellit, nisi deorum auxilio Telemachum procorum insidias non effugisse arbitratus [π 370]:

π 370. τὸν δ' ἄρα, inquit, τέως μὲν ἀπήγαγεν οἴκαδε δαίμων,

Eumaeus Nymphas Ulixis reditum precans [ρ 242 sq.]:

τόδε μοι κρηήνατ' ἐέλδωρ, inquit,

ρ 243. ὡς ἔλθοι μὲν κεῖνος ἀνήρ, ἀγάγοι δέ ἑ δαίμων·

Philoitios bubulcus Iovem precatur [φ 200 sq.]:

Ζεῦ πάτερ, αἲ γὰρ τοῦτο τελευτήσειας ἐέλδωρ,
φ 201. ὡς ἔλθοι μὲν κεῖνος ἀνήρ, ἀγάγοι δέ ἑ δαίμων·[1])

Antinous, quo nemo procorum erat procacior, Ulixi respondet [ρ 446]:

ρ 446. τίς δαίμων τόδε πῆμα προσήγαγε δαιτὸς ἀνίην;

Ulixes ad Amphinomum [σ 146 sq.]:

σ 146 sq. ἀλλά σε δαίμων, inquit,
οἴκαδ' ὑπεξαγάγοι, μηδ' ἀντιάσειας ἐκείνῳ, sq.

Ulixes ad Laërten profectus primum, velut ignotus, in hortis cum illo sermocinatus non statim quis sit patefacit, sed fabulam fictam profert [ω 306 sq.]:

ω 306 sq. αὐτὰρ ἔμοιγ' ὄνομ' ἐστὶν Ἐπήριτος, inquit, ἀλλά με δαίμων
πλάγξ' ἀπὸ Σικανίης δεῦρ' ἐλθέμεν οὐκ ἐθέλοντα·

Cum his haud exigui loci sunt conferendi, quos, ne perverse intellegantur, non ad verba laudare non possum. De Meropis filiis dicitur [B 834]:

κῆρες γὰρ ἄγον μέλανος θανάτοιο.[2])

De Amphio ab Aiace Telamonio vulnerato [E 613 sq.]:

ἀλλά ἑ μοῖρα
ἦγ' ἐπικουρήσαντα μετὰ Πρίαμόν τε καὶ υἷας.

N 601 sqq. legitur:

Πείσανδρος δ' ἰθὺς Μενελάου κυδαλίμοιο
ἤιε· τὸν δ' ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλος δέ,
σοί, Μενέλαε, δαμῆναι ἐν αἰνῇ δηιοτῆτι.

Athenam e pugna educentem Arem facit poëta [E 35]:

ὣς εἰποῦσα μάχης ἐξήγαγε θοῦρον Ἄρηα·

Iovem Hectorem servantem sic inducit [Λ 163 sq.]:

Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς ἔκ τε κονίης
ἔκ τ' ἀνδροκτασίης ἔκ θ' αἵματος ἔκ τε κυδοιμοῦ·

δαίμονος αἶσα κακή legitur: λ 61.
κ 64 et ε 396 silentio praeteriisse Cuntzium miror.

[1]) Cf. υ 236—239.

[2]) Cf. B 302: οὓς μὴ κῆρες ἔβαν θανάτοιο φέρουσαι· cf. I 411. ξ 207. Vide p. 114.

Poseidon Aeneam servare cupiens ad deos [Υ 300]:
ἀλλ' ἄγεθ', inquit, ἡμεῖς πέρ μιν ὑπ' ἐκ θανάτου ἀγάγωμεν,
Apollo Hectoris corpus nebula circumdatum a solis ardore tuetur [Ψ 188 sq.]:
τῷ δ' ἐπὶ κυάνεον νέφος ἤγαγε Φοῖβος Ἀπόλλων
οὐρανόθεν πεδίον δέ, κάλυψε δὲ χῶρον ἅπαντα, [1])
Achilles ad Priamum [Ω 547 sqq.]:
αὐτὰρ ἐπεί τοι πῆμα τόδ' ἤγαγον Οὐρανίωνες,
αἰεί τοι περὶ ἄστυ μάχαι τ' ἀνδροκτασίαι τε.
ἄνσχεο, μηδ' ἀλίαστον ὀδύρεο σὸν κατὰ θυμόν·
Nestor [γ 152]:
ἐπὶ γὰρ Ζεύς, inquit, ἤρτυε πῆμα κακοῖο·
Ulixes ad Aiacis umbram [λ 555]:
τὰ δὲ πῆμα, inquit, θεοὶ θέσαν Ἀργείοισι·
Alexandrum Troianis magnae calamitati esse dicit Hector [Z 282 sq.]:
μέγα γάρ μιν Ὀλύμπιος ἔτρεφε πῆμα
Τρωσί τε καὶ Πριάμῳ μεγαλήτορι τοῖό τε παισίν.
Helena [δ 261 sq.]:
ἄτην δὲ μετέστενον, inquit, ἣν Ἀφροδίτη
δῶχ', ὅτε μ' ἤγαγε κεῖσε φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης.
Menelaus ad Helenam [δ 289]:
τόφρα δ' ἐγ' [Ul. sc.], inquit, ὄφρά σε νόσφιν ἀπήγαγε Παλλὰς Ἀθήνη.
Ad eosdem Ulixes [δ 585 sq.]:
ἔδοσαν δέ μοι οὖρον
ἀθάνατοι, inquit, τοί μ' ὦκα φίλην ἐς πατρίδ' ἔπεμψαν. [2])
Melantheus Ulixem et Eumaeum cavillans [ρ 217 sq.]:
νῦν μὲν δή, inquit, μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάζει,
ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.
Antinous rixis inter Ulixem et Irum ortis delectatus exclamat [σ 36 sq.]:
ὦ φίλοι, οὐ μέν πώ τι πάρος τοιοῦτον ἐτύχθη,
οἵην τερπωλὴν θεὸς ἤγαγεν ἐς τόδε δῶμα.
Ulixes ad Amphinomum [σ 136 sq.]:
τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
Penelope Ulixis discedentis in memoriam redigit haec [σ 265 sq.]:
τῷ οὐκ οἶδ', ἤ κέν μ' ἀνέσει θεός, ἦ κεν ἁλώω
αὐτοῦ ἐνὶ Τροίῃ·
Ulixes Iovem sic precatur [υ 98 sq.]:
Ζεῦ πάτερ, εἴ μ' ἐθέλοντες ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρὴν
ἤγετ' ἐμὴν ἐς γαῖαν, sq.

---

[1]) Cf. Ω 18 sqq.
[2]) = ρ 148 sq.

Idem ille Philoitium et Eumaeum rogat [φ 195 sq.]:

ποῖοί κ' εἶτ' Ὀδυσῆι ἀμυνέμεν, εἴ ποθεν ἔλθοι
ὧδε μάλ' ἐξαπίνης καί τις θεὸς αὐτὸν ἐνείκαι; [1])

Penelope ad Ulixem reducem [ψ 258 sq.]:

ἐπεὶ ἄρ σε θεοί, inquit, ποίησαν ἱκέσθαι
οἶκον ἐυκτίμενον καὶ σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν·

et Dolius ad Ulixem [ω 400 sq.]:

ὦ φίλ', inquit, ἐπεὶ νόστησας ἐελδομένοισι μάλ' ἡμῖν
οὐδ' ἔτ' ὀιομένοισι, θεοὶ δέ σε ἤγαγον αὐτοί,

Dii autem non modo efficiunt in patriam reditum, sed etiam intercludunt. [2])

Athena, Mentae similis, ad Telemachum [α 195]:

ἀλλά νυ, inquit, τόν γε θεοὶ βλάπτουσι κελεύθου.

Menelaus de Ulixe dicit haec [δ 181 sq.]:

ἀλλὰ τὰ μέν που μέλλεν ἀγάσσεσθαι θεὸς αὐτός,
ὃς κεῖνον δύστηνον ἀνόστιμον οἶον ἔθηκεν.

Idem ille errores suos enarrans [δ 351 sq.]:

Αἰγύπτῳ, inquit, μ' ἔτι δεῦρο θεοὶ μεμαῶτα νέεσθαι
ἔσχον, sq.

et paulo post [ib. 360]:

ἔνθά μ' ἐείκοσιν ἤματ' ἔχον θεοί, sq.

Eidotheam rogat [δ 379 sq.]:

ἀλλὰ σύ πέρ μοι εἰπέ — θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασιν —
ὅς τίς μ' ἀθανάτων πεδάᾳ καὶ ἔδησε κελεύθου, sq.

Ulixes profert [μ 419]:

θεὸς δ' ἀποαίνυτο νόστον.

ad Penelopam [ψ 352 sq.]:

αὐτὰρ ἐμέ, inquit, Ζεὺς ἄλγεσι καὶ θεοὶ ἄλλοι
ἱέμενον πεδάασκον ἐμῆς ἀπὸ πατρίδος αἴης.

Zeus ad Athenam [α 74 sq.]:

ἐκ τοῦ δή, inquit, Ὀδυσῆα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
οὔ τι κατακτείνει, πλάζει δ' ἀπὸ πατρίδος αἴης.

Apparet δαίμονα cui [ζ 172, η 248, ξ 386, ω 149, π 370, ρ 243, φ 201, ρ 446, σ 146, ω 306] vis inest adducendi aut depellendi, iisdem fungi vici-bus ac θεοί, θεός, Ὀλύμπιος, Οὐρανίωνες, ἀθάνατοι, Ζεύς, μοῖρα, κῆρες.

Neque enim solum animi hominum, verum etiam omnes vitae

[1]) Ameis-Hentze ad l. verba q.s. θεὸς ἐνείκαι [φ 196] et δαίμων ἀγάγοι [ib. 201] sic distinguit, ut θεός potius deus certus sit habendus, qui Ulixem velut bracchiis comprehensum et sublatum reportet, δαίμων vero merum numen divinum, quo auctore revertatur Ulixes. Quae mihi quidem spinosiora videntur. Locis supra allatis enim vocem θεός saepius apparet esse coniunctam cum verbo ἀγαγεῖν, neque hoc numero a voce δαίμων discrepare.

[2]) Cf. Finsler, o.l. I², p. 243.

condiciones deorum reguntur numine, quibus et bona animi et bona corporis omnia omnes debent. [1])

Vox q.e. δαίμων, quae in oratione recta idem atque θεός, θεοί, Ζεύς significat, locis supra allatis incertam vim divinam indicat.

* * *

Mala machinatur δαίμων et homines decipit: γ 166, μ 295, τ 512, ξ 488, π 194, λ 61.

Menelaus Telemacho Graecorum reditum enarrans [γ 165 sq.]:

αὐτὰρ ἐγώ, inquit, σὺν νηυσὶν ἀολλέσιν, αἵ μοι ἕποντο,
γ 166. φεῦγον, ἐπεὶ γίνωσκον ὃ δὴ κακὰ μήδετο δαίμων. [2])

Eadem fere leguntur μ 295:

Ulixes et socii cum ad Thrinaciam pervenissent, qua in insula Solis boves pascebantur haud tangendae, a Circe monitus Ulixes socios praetervehi insulam iubet. Cui consilio cum resisteret Eury-lochus et huic socii assentirentur, mala machinari δαίμονα intellegens Ulixes:

μ 295. καὶ τότε δὴ γίνωσκον, inquit, ὃ δὴ κακὰ μήδετο δαίμων.

Penelope ad Ulixem [τ 512]:

τ 512. αὐτὰρ ἐμοί, inquit, καὶ πένθος ἀμέτρητον πόρε δαίμων·

Ulixes, ab Athena in senis mendici figuram conversus, fictam profert narrationem, qua Eumaeum tentet, ut sibi laenam exutam praebeat [ξ 459 sqq.], nocte procellosa: Ulixem et Menelaum et se ipsum in insidiis collocatos frigore vexatos esse, tum se ad Ulixem haec dixisse [ξ 487 sqq.]:

οὔ τοι ἔτι ζωοῖσι μετέσσομαι, ἀλλά με χεῖμα
ξ 488. δάμναται· οὐ γὰρ ἔχω χλαῖναν. παρά μ' ἤπαφε δαίμων
οἰοχίτων' ἔμεναι·

Telemachus cui patefecerat Ulixes quis esset, patrem suum vivum, reducem esse non credens, respondet [π 194 sq.]:

οὐ σύ γ' Ὀδυσσεύς ἐσσι, πατὴρ ἐμός, ἀλλά με δαίμων

---

[1]) Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 63: „Das Individuum ist durch das Walten der Gottheit bedingt und bestimmt, sofern es in Beziehungen und Verhältnisse nach aussen tritt."

P. 64: „Von ihr wird der Mensch in allen diesen Verhältnissen recht eigentlich geführt."

Vid. Fairbanks, o.l. p. 139 sq.

De verbo quod est ἄγειν cf. Ameis-Heintze, Anh. Od. 3^3, p. 56 ad ξ 386 et 4^3, p. 108 ad ω 401.

[2]) Idem ille [γ 152]: ἐπὶ γὰρ Ζεὺς, inquit, ἤρτυε πῆμα κακοῖο·
et ib. 160: Ζεὺς δ' οὔ πω μήδετο νόστον.

π 194. θέλγει,[1]) ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω.

Elpenoris umbra, quae prima ab inferis se Ulixi ostendit, ei quaerenti: πῶς ἦλθες ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα; sic respondet [λ 61]:

λ 61. ἆσέ με δαίμονος αἶσα κακὴ καὶ ἀθέσφατος οἶνος·[2])

[1]) Ludwich ad l.: „θέλγεις Bekkeri editio ut ἡ κυκλική" [de editionibus quae dicuntur ἡ κυκλική, cf. Wilamowitz, Hom. Untersuch. p. 355 sqq. Allen, Homeri Opera, Praef. p. X], cui assentiuntur v. Herwerden Quaestt. Hom., p. 117 et Naber, Homerica Post. I, 23 [cf. Ameis-Hentze, Anh. Od. 3³, p. 95]. Lectionem q. e. θέλγει vindicandam esse puto: θέλγεις, si acceperis, δαίμων vocativus pro δαῖμον est habendus [cf. Kühner-Blass, o.l. I, 1, p. 424]; deinde Ulixes ipse esset δαίμων, id quod omnino ab usu Homerico abhorret. Nusquam enim apud Homerum quisquam mortalis δαίμων appellatur [Proclus ad Hes. Opp. et D. 122: Ὅμηρος δὲ δαίμονας τοὺς ἀνθρώπους οὐ καλεῖ, ἀλλὰ τοὺς θεούς. Cf. Hild in Daremb. et Saglio, o.l. i. v. Daemon, p. 10]; is qui in adversarium vehementi se fert impetu „δαίμονι ἶσος" irruere dicitur [E 438, 459, 884, vide supra p. 93 sqq.] At Ulixes ipse se deum esse negat. Telemacho enim, qui dixit [π 183]: ἦ μάλα τις θεός ἐσσι, ... Ulixes sic respondet [ib. 187]: οὔ τίς τοι θεός εἰμι· τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις; Telemachus vero, cui nondum persuasum est, patrem sibi ante oculos versari, etiam tunc illum agnoscere dubitat, quippe quod fieri non potuisse putet nisi assistente deo: οὐ γάρ πως, inquit [ib. 196], ἂν θνητὸς ἀνὴρ τάδε μηχανόῳτο ᾧ αὐτοῦ γε νόῳ, ὅτε μὴ θεὸς αὐτὸς ἐπελθὼν ῥηιδίως ἐθέλων θείη νέον ἠὲ γέροντα ... [ib. 200]: νῦν δὲ θεοῖσιν ἔοικας inquit.

Θεόν enim, quem dicebant Graeci, imprimis si cuius figura deo similis habebatur, certa forma praeditum sibi fingebant, δαίμων vero omnino certa figura caret.

Spectaculum in occultam vim divinam refert Telemachus, veritus ne fraudulento δαίμονος ludo sit obiectus.

Vid. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 53. Gruppe, o.l. II, pp. 995 sq.; 1058; 1090. Ameis-Hentze ad π 195 recte: „Die Vorstellung", inquit, „dass Odysseus selbst ein Gott sei, hat Telemach aufgegeben, aber er sieht jetzt in dem ganzen Vorgang nur das täuschende Gaukelspiel einer Gottheit, die ihn durch die Verwandlung des fremden Bettlers bethöre, damit er hernach die Enttäuschung um so schmerzlicher empfinde."

[2]) Minus recte de hoc loco dicere videtur mihi Cuntzius, o.l. p. 6: „Ex omnibus autem versibus", inquit, „quos supra contuli, unus vel maxime dubius est: λ 61 .... pluribus de causis, quod forma genitivi δαιμονος sic ut ceteri casus nusquam omnino occurrit [in Od. sc.], quod ἆσε et ἀθέσφατος οἶνος sunt ἅπαξ λεγόμενα et quod facile hoc versu possumus supersedere. Itaque J. Bekkerum non spurium notasse illum magnopere miror."

At genetivus δαίμονος etiam legitur ο 261: ὑπὲρ θυέων καὶ δαίμονος. De voce q. e. ἆσε cf. Ludwich ad l. et κ 68. De voce q.e. ἀθέσφατος cf. η 273. ν 244. υ 211. Γ 4. Κ 6. λ 373. ο 392.

Si quis λ 61 locum, qui codicum auctoritate viget, reiciendum esse putet, aliis gravioribusque rationis momentis nitatur necesse est, quam affert Cuntzius.

Cum iis quae leguntur γ 166 et μ 295, ubi „δαίμων κακὰ μήδετο" conferantur haec:

mala machinari dicuntur: θεοί: α 234, 244. Ξ 464.
Zeus: Η 478. γ 132, 152, 160, 288. ι 37 sq. ξ 235, 243, 300. ω 96.
Hera: Ξ 253 sq.

Cum verbis quae sunt πένθος πόρε δαίμων conferantur haec: aerumnis afficere dicuntur: θεοί: η 242. ι 15. ξ 39. ψ 210. Ὀλύμπιος: δ 722. Zeus: Β 375. Ζ 357. Κ 71, Σ 431. θεός: Ω 538.

Helena ad Menelaum [δ 236 sq.]:

— ἀτὰρ θεὸς ἄλλοτε ἄλλῳ, inquit,
Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ· δύναται γὰρ ἅπαντα —,

ξ 488 legitur: παρά μ' ἤπαφε δαίμων.

Decipere vel mente privare dicuntur: θεοί: Π 360. Μ 234. τὶς ἀθανάτων: ε 356 sq. ξ 178. Zeus: Ζ 234. Ι 377. Ο 724. Τ 137. Hera: Ξ 159 sq., 360. Athena: Σ 311. Χ 299.

Alcimedon ad Automedontem [Ρ 469 sq.]:

Αὐτόμεδον, inquit, τίς τοί νυ θεῶν νηκερδέα βουλὴν
ἐν στήθεσσιν ἔθηκε καὶ ἐξέλετο φρένας ἐσθλάς;

Cum π 194 [δαίμων θέλγει] conferantur haec:

θέλγειν dicuntur: Zeus: Μ 254 sq. Ο 593 sq. π 298. Poseidon: Ν 434 sq. Apollo: Ο 321 sq. Φ 604. Athena: π 298. Hermes: Ω 343, ε 47. ω 3. Thetis: Φ 275 sq. Calypso: α 56 sq. Circe: κ 212, 291, 318. Sirenes: μ 39 sq.

Cum verbis quae sunt ἆσέ με δαίμονος αἶσα κακή [λ 61] conferantur haec:

De parvulo Demophonte, Celei et Metaneirae filio, quem Demeter alebat, dicitur h. II, 300:

ὁ δ' ἀέξετο δαίμονος αἴσῃ.[1]

Homines occaecare dicuntur: Zeus: Β 111. Θ 236 sq. Ι 18. Π 684—691. Τ 88. Athena: β 395 sq. υ 345 sq. Aphrodite: δ 261 sq. Ate: Τ 91. Erinys: Τ 88. ο 233 sq.

Eurycleae Ulixis reditum nuntianti respondet Penelope [ψ 11 sqq.]:

μαῖα φίλη, μάργην σε θεοὶ θέσαν, οἵ τε δύνανται
ἄφρονα ποιῆσαι καὶ ἐπίφρονά περ μάλ' ἐόντα,
καί τε χαλιφρονέοντα σαοφροσύνης ἐπέβησαν·

Verba q.s. κακὴ Διὸς αἶσα inveniuntur ι 52. Ulixes se Cyconum[2] urbe vastata socios fugere frustra iussisse Alcinoo narrat. Illis

[1]) Cf. ib. 235: ὁ δ' ἀέξετο δαίμονι ἶσος. Demeter enim eum χρίεσκ' ἀμβροσίῃ ὡς εἰ θεοῦ ἐκγεγαῶτα, [ib. 237].

[2]) De rebus apud Cycones gestis [ι 39—61] cf. Ameis-Hentze, Anh. Od. 2^3, p. 54 ad ι 39. Wilamowitz, Hom. Unt., p. 131.

autem epulantibus Cycones expulsos vicinorum auxilium invocasse [ι 51 sqq.]:

ἦλθον ἔπειθ' ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ,
ἠέριοι· τότε δή ῥα κακὴ Διὸς αἶσα παρέστη [1])
ἡμῖν αἰνομόροισιν, ἵν' ἄλγεα πολλὰ πάθοιμεν.

P 321 legitur:

Ἀργεῖοι δέ κε κῦδος ἕλον καὶ ὑπὲρ Διὸς αἶσαν [2])

paulo post Apollo Aeneam rogat [ib. 327]:

Αἰνεία, πῶς ἂν καὶ ὑπὲρ θεὸν εἰρύσαισθε
Ἴλιον αἰπεινήν;

Achilles ad Phoenicem [I 608]:

φρονέω δὲ, inquit, τετιμῆσθαι Διὸς αἴσῃ. [3])

De Clytaemestra dicitur [γ 269]:

ἀλλ' ὅτε δή μιν μοῖρα θεῶν ἐπέδησε δαμῆναι. sq.

De Melampode [λ 292]:

χαλεπὴ δὲ θεοῦ κατὰ μοῖρα πέδησε sq.

De Anchisa [h. V (in Ven.), 166 sq.]:

ὁ δ' ἔπειτα θεῶν ἰότητι καὶ αἴσῃ
ἀθανάτῃ παρέλεκτο θεᾷ βροτός, οὐ σάφα εἰδώς.

Hermes ad Calypso de Ulixe dicit haec [ε 113 sqq.]:

οὐ γάρ οἱ τῇδ' αἶσα φίλων ἄπο νόσφιν ὀλέσθαι,
ἀλλ' ἔτι οἱ μοῖρ' ἐστὶ φίλους τ' ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι
οἶκον ἐς ὑψόροφον sq.

Verba q.s. δαίμονος αἶσα, Διὸς αἶσα, μοῖρα θεῶν, μοῖρα θεοῦ inter se concinere perspicuum est. Vir doctus Gruppe [o.l. II, p. 991]: „Je mächtiger ein Gott", inquit, „desto mehr ist er in Einklang mit dem Verhängnis .... Daher ist für den Menschen der Götter und besonders Zeus' Wille gleichbedeutend mit Schicksal, das daher auch Διὸς αἶσα genannt wird. Es tritt daher an zahl--reichen Stellen Zeus und die Gottheit überhaupt [in oratione recta: δαίμων, θεός, θεοί, Ζεύς!] geradezu für Schiksal ein."

Quae disputavimus [pp. 131—134] eorum huc redit summa; Malis et occaecatione afficientes inducuntur: [4])

---

[1]) Cf. ω 28. π 280. Π 852 sq.
[2]) ὑπὲρ αἶσαν: Z 487. Π 780. ὑπὲρ μόρον: Υ 30; cf. B 155.
[3]) Ib. 110 Nestor de Achille: ὃν ἀθάνατοί περ ἔτισαν.
Ib. 116 sq. Agamemnon: ἀντί νυ πολλῶν, inquit,
λαῶν ἐστιν ἀνήρ, ὅν τε Ζεὺς κῆρι φιλήσῃ·
ὡς νῦν τοῦτον [Ach. sc.] ἔτισε,
Vid. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 120. Teuffel, o.l. p. 26 sq. Gruppe, o.l. II, p. 990.
[4]) Cf. Gruppe, o. l. II, p. 1005, 3.

Ζεύς, Ἥρη, Παλλὰς Ἀθήνη, Ἀπόλλων, Ποσειδάων, Ἀφροδίτη, Ἑρμῆς, τὶς θεῶν, τὶς ἀθανάτων, θεοί, δαίμων, μοῖρα θεοῦ, μοῖρα θεῶν, κακὴ Διὸς αἶσα, κακή δαίμονος αἶσα, Σειρῆνες, Κίρκη, Ἐρινύς, Ἄτη.

Et bona et mala a diis attribuuntur hominibus,[1]) qui omnino deorum imperio sunt subiecti. Dii non solum hominum animos incitant, non solum consilia iis suggerunt, verum etiam in mala eos inducunt, occaecant homines et corrumpunt. Ἄτης quae dicitur dii sunt auctores.[2])

Δαίμων γ 166, μ 295, τ 512, ξ 488, π 194, λ 61 est illud numen divinum incognitum, omnes res dispensans; δαίμονος αἶσα, quae idem valet ac μοῖρα θεοῦ, non satis certis finibus apud Homerum circumscripta, numen illud significat, ex quo omnes res humanae pendere putantur.[3])

* * *

[1]) Cf. supra p. 117.

[2]) Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 34: „und so erscheinen die Götter vermöge der Macht, die sie über das menschliche Gemüt üben, häufig als Versucher und Verführer"; p. 72: „es nimmt aber die Herrschaft der Götter über den menschlichen Geist, ..., auch den verderblichen Charakter der Bethörung an". Ib. pp. 73; 290.

Cf. Lehrs, o. l. pp. 415—422. Teuffel, o. l. p. 18. Leop. Schmidt, o. l. I, p. 247 sqq. Rohde, Gr. Rel., pp. 13; 15. Buch-holz, Die Homerischen Realien III, p. 71 sq. Gruppe, o. l. II, p. 1005 sqq.

v. Sybel, M. L. I, 1, c. 668, i. v. Ate. Wernicke, R. E. II, c. 1898, i. v. Ate. Finsler, o. l. I², p. 335, Mülder, o. l. p. 131.

[3]) De quaestione, quae ratio intercedat inter Fatum et Iovem ceterosque deos multi multa disputaverunt; quo fit, ut profecto eos, qui in hac quaestione se aliquid certi habere arbitrentur, addubitare cogat doctorum hominum de hac re tanta dissensio. Varias sententias enumerare et argu-menta ponderare non meum esse puto. Obiter tantum hanc rem attingam.

Nägelsbach-Autenrieth, o. l. pp. 116—140 Iovem et Fatum inter se convenire explicatur; p. 134 sq.: „Das wichtigste Ergebnis der ganzen bisherigen Untersuchung ist dass Zeus nirgends der Moira entschieden untergeordnet erscheint, dass die Götter insgesamt oder einzeln der Moira dienen ...... dass die Moira nicht eine dunkle unfassbare Gewalt im Hintergrund neben oder über Zeus und der Götterwelt sein kann. Zeus ist der wahre Schicksalspender. § 156". P. 126 sq.: „so ist der nächste Gedanke, dass *δαίμονος αἶσα, μοῖρα Διός* und *βουλὴ Διός* eigentlich eines ist".

Ib. Anhang no. 104, p. 426 multa de hac quaestione scripta afferuntur.

Cf. Gruppe, o. l. II, pp. 987—993; p. 993 Μοῖρα dicitur: „über und hinter den Göttern stehend". P. 991, 3: „Aus den hier u. o. ange-führten Stellen [spectat ad: *Διόθεν αἶσα, θεοῦ μοῖρα, τὸ μόρσιμον Διόθεν πετρωμένον, Διὸς βουλή*] folgt keineswegs, dass der Dichter sich die Moira

Verba ἐπέσσευεν et ὦρορε cum voce q.e. δαίμων coniunguntur ε 421, τ 201, σ 256, τ 129, υ 87.

---

als dem Zeus untergeordnet vorstellte. Teuffel, Stud. u. Char. 29 fand diese Anschauung besonders in der *Odyssee* und in den letzten jüngsten Teilen der *Ilias* und betrachtete sie als eine Spur der Entwickelung zum Monotheismus. Das ist ganz trügerisch". Nulla argumenta, cur haec Teuffeli reicienda esse censeat, affert Gruppius. Demonstrandum est id, quod arrogantius quam verius profert vir doctus.

Teuffel, o. l. p. 26: „Dass sich bei Homer", inquit, „eine Vor-stellung findet, wonach das Verhältniss ein dualistisches ist, der Wille der Moira neben dem des Zeus, ist nicht zu verkennen", Paulo post: „der Wille des Schicksals und der der Götter ist nicht eins", sqq.; p. 27: „Aber so gross ist die Unsicherheit der homerischen Welt über diese Frage, dass zugleich auch die entgegengesetzten Ansichten, von der Erhabenheit des Zeus über die Moira und der Identität des Willens der Moira und der Götter, bei Homer aufs unzweideutigste ausgesprochen sind". P. 28 nonnullis locis allatis sic pergit: „kann hienach die Identität des Willens von Zeus, der *θεοί* und der *Μοῖρα* nicht zweifelhaft sein, so ist nur noch die Vorstellung übrig, wonach die *Μοῖρα* dem *Ζεύς* und den *θεοί* geradezu in die Hand gegeben, ihnen vollständig untergeordnet, als Ausfluss ihres Wesens und Willens aufgefasst wird. Dies liegt in den Ausdrücken *Διος αἶσα* (ι 52), *δαίμονος αἶσα* (λ 61), *Μοῖρα θεοῦ* (λ 292), *Μοῖρα θεῶν* (γ 269, χ 413)" sqq.

Christ, Schicksal und Gottheit bei Homer [Innsbrück 1877], p. 58: „Zeus ist allmächtig als Weltordner und Schicksalspender, insofern er eben das will, was zur Aufrechterhaltung der Weltordnung nötig ist; insofern er aber auch seinen persönlichen Willen hat, der jenem wider-spricht, hört seine Allmacht auf."

Lehrs, o. l. pp. 148—151; 201—231; p. 201: „Ueber Tyche aber und Dämon steht jene Menschen wie Götter beherrschende Macht, in deren Ordnungen und Nothwendigkeiten alles seinen Gang nimmt, die Moira."

Pfleiderer, o. l. p. 183: „dem Schicksal (der Moira) gegenüber ist auch Zeus der ausführende Diener, nicht der Herr". Campbell, o. l. p. 69: „Fate is sometimes a separate power, at others can hardly be distinguished from the will of Zeus, or of the gods collectively". P. 70: „The great conception of Destiny as a supreme divinity, which plays so large a part afterwards in Greek culture, is present in Homer, but fitfully, and except in rare passages is not as yet consistently personi-fied". Walter Leaf, Homer and History [London 1915], p. 18: „This (a bare acknowledgment of the guidance of a supreme will) comes out clearly in the Homeric conception of Fate — that mysterious power in the background to which at critical moments in the story Zeus himself is subordinate."

Buchholz, o.l. III, p. 48 sqq., eodem fere modo atque Teuffel distinguit apud Homerum haec tria:

„1⁰. Die Aisa-Moira absolute Schicksalsmacht, welcher die Götter sich unterordnen, die älteste und ursprüngliche Vorstellung.

2⁰. Identification des Schicksals- und Götterwillens.

Ulixes, inops naufragus in litus deiectus, variis angoribus oppressus, aegre ad scopulos acutos adhaerescens [ε 419 sqq.]:

δείδω, inquit, μή μ' ἐξαῦτις ἀναρπάξασα θύελλα
πόντον ἐπ' ἰχθυόεντα φέρῃ βαρέα στενάχοντα,

3°. Unterordnung der Schicksalsmacht unter die Göttermacht, μοῖρα θεῶν, μοῖρα θεοῦ, Διὸς αἶσα, δαίμονος αἶσα, Genitive im causativen Sinne zu fassen." Vid. ib. p. 59.

Nitzsch, o. l. praef, p. XV prorsus diverse censet: „Wenn sich im Bereiche einer göttlichen Person eine Erscheinung besonders merklich und auf eine besondere Weise hervorthat, so war diese doch auch wieder ein besonderer Dämon ..... so erstehen neben den Göttern des Krieges die Wesen Deimos, Phobos, Kydoimos, Alke, Enyo, Phyza, Eris. Eben dadurch begreife ich auch nur, wie neben dem über alles mächtigen Zeus eine Moira oder Aisa erscheint, wiewohl wenig charak-terisirt."

Preller-Plew, o. l.[3] p. 86: „Die griechische Götterwelt [ist] keineswegs ohne Einheit, sie verräth einen sehr vernehmlichen Zug zum Monotheismus."

Cf. Haas, Der Zug zum Monotheismus in den homerischen Epen und in den Dichtungen des Hesiod, Pindar, Aischylos [Arch. f. Rel. W. III (1900), p. 52 sqq.], pp. 57—69.

Paul Regnaud, o. l. p. 157: „La conception du δαίμων homérique constitue donc dès ces hautes époques comme un embryon de monothéisme rationnel ou le germe de l'idée d'un dieu unique de qui tout dépend et par conséquent responsable de tout."

Girard, Sentiment religieux en Grèce, p. 50: „Il n'y a pas contra-diction entre les décrets de la destinée et la volonté de Jupiter, et Jupiter n'en est pas moins le maître du monde. La volonté divine et la force fatale ne font qu'un ..... c'était un monothéisme incomplet et grossier."

Idem fere censet P. Decharme, Mythologie de la Grèce Antique [Paris 1879], p. 25.

Praeterea conferantur: Bohse, Die Moira bei Homer [Berlin 1893 Progr.]. Leop. Schmidt, o. l. I, p. 52. Fairbanks, o. l. p. 140 sq. Finsler, o. l. I[2], pp. 271—275. Ebeling, o.l. i. v. Μοῖρα, Αἶσα. Lübker, o. l. i. v. Moira. Weizsäcker, M. L. II. 2, c. 3084, i. v. Moira. Peter, M. L. I, 2, c. 1446, i. v. Fatum. Otto, R. E. VI, c. 2047, i. v. Fatum.

Denique Gruppii haec affero [Bursian Jahresb. Suppl. B. 137 (1908)], p. 563: „Die Moira ist nach Th. Zielinsky, (N. Jb. 3, 89) ursprünglich „das Wissen der Erde als Potenz, nicht als Inhalt; durch Apollons Drachensieg wurde es für Zeus gewonnen und ist seitdem Διὸς νόος, während es vorher als geheimnisvolle Macht drohend über dem Götterreiche geschwebt hatte."

Die bekannten homerischen Stellen, wo Zeus' Wille und Schicksals-beschluss auseinanderfallen, werden als Spuren der alten Auffassung bezeichnet."

ε 421. ἠέ τί μοι καὶ κῆτος ἐπισσεύῃ μέγα δαίμων [1])
ἐξ ἁλός, οἷά τε πολλὰ τρέφει κλυτὸς Ἀμφιτρίτη·

Ulixes Penelopae fabula ficta casus suos varios proferens [τ 165 sqq.] narrat, se Cnossi in urbe Ulixem ceterosque Achaeos hospitaliter excepisse ibique illos duodecim dies mansisse [τ 200 sq.]:

εἴλει γάρ, inquit, Βορέης [2]) ἄνεμος μέγας οὐδ' ἐπὶ γαίῃ
τ 201. εἴα ἵστασθαι, χαλεπὸς δέ τις ὤρορε δαίμων·

ε 421 Ulixes pertimescit, ne δαίμων beluam marinam contra se incitet; τ 201 δαίμων τις χαλεπός ventum excitasse dicitur.

Verbo q.e. ἐπισσεύειν, quod vi activa apud Homerum raro invenitur, [3]) eadem fere sententia est subiecta ac verbis ὀρνύναι, ὀροθύνειν, ἀγαγεῖν, de quibus supra passim erat sermo. [4])

Optime in hunc numerum quadrant loci, quos supra attuli ad Λ 480: ἐπί τε λὶν ἤγαγε δαίμων [cf. p. 107 sq.].

Quod ad sententiam afferantur praeterea haec:

Haec omnia breviter exponere non prorsus inutile iudicavi, quippe quae haud parvi momenti esse arbitrarer. Quaestionem, quae tot viros doctos me peritiores admodum movit, ad exitum persequi et sub novo ac singulari adspectu ponere non sub huius operis rationes cadere arbitror.

Homerus ipse nutare videtur. Utut est, satis quidem apparet, quantopere in veterum animis viguerit opinio, esse denique summum numen omnia constituens ac moderans, sive Iovi sive Fato omnium rerum imperium attribuebant. Utrumque patefacere mihi videtur, quantopere antiqui, fide Christiana carentes ideoque a falsis proficiscentes rationibus, unius summi numinis imperio omnia subicere studerent itaque simulacrum monotheismi qui dicitur sibi fingerent.

Opinionem enim unius dei imperii, unius saltem divini numinis, ut latiore intellegam sententia, numquam omnino per saecula oblitteratam fuisse, Sacra Scriptura teste, vindicandum esse puto.

[1]) ε 421—423 damnat Duentzer, Hom. Abh., p. 418. ε 421 sq. spurios censet Nitzsch; cf. Ludwich ad l. et Ameis-Hentze, Anh. Od. 1^4, p. 140.

[2]) Boreas ventus, humana specie indutus, in Thracia habitat, cf. I 5; Υ 223 sq. Ψ 194 sqq.
Vid. Lübker, o. l. i. v. Boreas. Rapp, M. L. I, c. 803 sqq.
De ventorum cultu cf. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 91 Schoemann-Lipsius, o.l. II^4, p. 158. Gruppe, o. l. II, p. 835, 5. Vide supra p. 89.4.

[3]) Cf. Capelle-Seiler, o. l. i. v. Ebeling, o. l. i. v.

[4]) Supra pp. 107; 127 sqq.

Deos ad pugnam incitantes et Graecos et Troianos inducit poëta [Δ 439 sq.]:

ὦρσε δὲ τοὺς μὲν Ἄρης, τοὺς δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη
Δεῖμός τ' ἠδὲ Φόβος καὶ Ἔρις, ἄμοτον μεμαυῖα.

Item Υ 54 sq.:

ὣς τοὺς ἀμφοτέρους [Troianos et Graecos] μάκαρες θεοὶ ὀτρύνοντες
σύμβαλον, sq.

Athenam incitantem Diomedem facit poëta: Ε 8; Aeneas modo ab Apolline [Υ 117 sq.], modo a Poseidone [ib 325] concitatur.

Loco supra allato [τ 201] ventum excitare dicitur δαίμων χαλεπός τις.[1])

Apud Homerum sub deorum dicione sunt venti.[2])

Venti auctor est Zeus: Μ 252 sq. ι 67. μ 313. ο 475. [Διὸς οὖρος commemoratur ε 176, ο 297]. Hera: Ο 26 sq. Φ 334 sq. Poseidon: η 272 (cf. ε 291 sqq.). λ 399 sq. ω 109 sq. Apollo: Α 479. Athena: β 420. ε 109, 385. ο 292. Circe: ε 167. λ 7 sq. μ 148 sq. Calypso: ε 268. η 266. θεός: γ 182 sq. Π 4 sq. ἀθάνατοι: δ 585 sq. ρ 148 sq.

Athena ad Telemachum [ο 34 sq.]:

πέμψει δέ τοι, inquit, οὖρον ὄπισθεν,
ἀθανάτων ὅς τίς σε φυλάσσει τε ῥύεταί τε.

Aeolus ταμίης ἀνέμων dicitur [κ 21 sq.]:

κεῖνον γὰρ ταμίην ἀνέμων ποίησε Κρονίων,
ἠμὲν παυέμεναι ἠδ' ὀρνύμεν ὅν κ' ἐθέλῃσι.[3])

---

[1]) Hoc uno loco δαίμων cum pronomine indefinito coniungitur; δαίμων τις significare potest aut deum quendam, qui quis sit ignoramus, aut aliquam vim divinam non distincte circumscriptam.

Cf. Kröcher, o. l. p. 8.

[2]) Cf. Ε 522 sqq. Μ 281. Vid. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. pp. 51; 65. Ameis-Hentze ad Α 479. Decharme, o. l. p. 260. Buchholz, o. l. III, pp. 74; 229 sqq.

Gruppe, o. l. II p. 834: „Nach der seit dem Aufkommen des Heldengesanges feststehenden Auffassung sind es die Olympischen Gott--heiten, die der Winde walten" .... p. 835: „es ist die Macht über Wind und Wetter geradezu ein allgemeines Kennzeichen göttlichen Wesens", sqq.

Ebeling, o.l. i. v. ἄνεμος. Finsler, o. l. I², p. 237. Fairbanks, o. l. p. 155. Riess, R. E. I, c. 41. i. v. Aberglaube. Cf. Supra p. 89,4.

Schol. B [Porph.] ad I, 5 in fine: ὁμωνυμῶς γὰρ τὰ πνεύματα καὶ οἱ προεστῶτες αὐτῶν θεοὶ λέγονται.

[3]) Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 91 et „Anhang" no. 64, p. 403. Buchholz, o. l. III, p. 223 sqq.

Gruppe, o. l. II, p. 835, 7. Sam Wide, o. l. p. 187.

Hisce perpensis facile intellegitur voce q. e. δαίμων locis supra allatis [ε 421, τ 201] universam significari vim divinam.

Praeterea verbum ἐπισσεύειν legitur σ 256, τ 129, υ 87.

Penelope ad Eurymachum [σ 256]:

σ 256. νῦν δ' ἄχομαι, inquit, τόσα γάρ μοι ἐπέσσευεν κακὰ δαίμων.

τ 129. Eadem ad Ulixem dicit Penelope τ 129.

Artemin precans Penelope et alia profert et haec [υ 87]:

υ 87. αὐτὰρ ἐμοὶ καὶ ὀνείρατ' ἐπέσσευεν κακὰ δαίμων.

Iam supra [p. 131 sqq.] sermo erat de diis mala hominibus inferentibus.

Hic afferantur pauca, quae cum verbo ἐπισσεύειν congruunt:

Ulixes ad Aretam reginam [η 270 sq.]:

ἦ γὰρ μέλλον ἔτι ξυνέσεσθαι ὀϊζυῖ
πολλῇ, τήν μοι ἐπῶρσε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,

Artemin Aetolis malum inferentem sic inducit Phoenix [I 533 sq.]:

καὶ γὰρ τοῖσι κακὸν χρυσόθρονος Ἄρτεμις ὦρσε
χωσαμένη, sq.

Ulixes de Apolline dicit [A 445]:

ὃς νῦν Ἀργείοισι πολύστονα κήδε' ἐφῆκεν.

υ 87 Penelope δαίμονα mala somnia sibi intulisse dicit, τ 562—569 narrat somnia vera per portam corneam, fallacia vero per portam eburneam ad homines accedere.[1])

---

[1]) Schol. V. ad τ 562 somnia vera „οὐράνια" appellari docet, fallacia vero „χθόνια".

Plat. Charmid. XXI, p. 173 A: ἄκουε δὴ τὸ ἐμὸν ὄναρ, εἴτε διὰ κεράτων εἴτε δι' ἐλέφαντος ἐλήλυθεν.

Plaut. Rud. 584 sq.: miris modis dii ludos faciunt hominibus
mirisque exemplis somnia in somnis danunt,
ne dormientibus quidem sinunt quiescere.

Verg. Aen. VI, 893 sqq.: Sunt geminae Somni portae, quarum altera fertur
cornea, qua veris facilis datur exitus umbris,
altera candenti perfecta nitens elephanto,
sed falsa ad caelum mittunt insomnia manes.

Cf. Norden, Aeneis Buch VI^2 (1916), p. 348.

Hor. Carm. III, 27, 41: Vana [sc. imago], quae porta fugiens eburna somnium ducit? Cf. Hermann Schütz, ad l.

Ameis-Hentze, Anh. Od. 4^3, p. 28 sq. ad τ 563: „Dabei hat der Dichter den gangbaren Volksglauben benutzt, der einesteils in einem Volkswitz sich aussprach, andernteils aber den Träumen eine besondere Wohnung anwies." ib. 1^4, p. 122 ad δ 809.

Apud Homerum dii somniorum auctores habentur.[1])
Iovem ad Agamemnonem somnium mittentem inducit poëta [B 5 sq.]:

ἥδε δέ οἱ [Iovi sc.] κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή,
πέμψαι ἐπ' Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι οὖλον Ὄνειρον.

Oneiros ad Agamemnonem [B 26]:

Διὸς δέ τοι ἄγγελός[2]) εἰμι, inquit.

Nägelsbach-Autenrieth, o. l. Einl. p. 16; p. 175: „die Vor-stellung von einem Aufenthalt der Träume am Wege zum Hades, ... ist lediglich ein Ergebnis menschlicher Reflexion über die Träume, ist gleichsam nur theoretisch vorhanden, kommt aber in den concreten Fällen nirgends in Anwendung."

Schoemann-Lipsius, o.l. II⁴, p. 306 afferens τ 562 sq.: „es wird nämlich," inquit, „eine eigene Gattung dämonischer Wesen angenommen, von denen die Traumgesichte bewirkt werden . . . . Die oberen Götter gebieten über diese Traumdämonen und senden bald diesen bald jenen zu den Menschen," sqq. [p. 306, 2: „Der Grund, weswegen den wahren Träumen eine Pforte von Horn, den andern eine von Elfenbein gegeben wird, liegt in dem Anklange von κέρας und κραίνω, ἐλέφας und ἐλεφαίρομαι"].

P. 307: „Diese neben einander bestehenden Vorstellungen der homeri-schen Zeit [deos sc. somnia mittere aut ipsos in somnis videri atque etiam mortuos, quorum corpus nondum sit sepultum, se dormientibus ostendere] behaupteten sich auch im späteren Volksglauben."

Cf. Gruppe, o.l. II, p. 930, 2. Rohde, o. l. I⁴, p. 7. Fairbanks, o. l. pp. 51 et 53. Finsler, o. l. I², p. 268.

[1]) Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 173 sqq. Ebeling, o. l. i. v. ὄνειρος. Gruppe, o. l. II, pp. 928 sq.; 930 sq.

[2]) Somnium hic nuntius est a Iove missus. B 94 Ὄσσα dicitur Διὸς ἄγγελος, ubi Schol. B adscribit πανομφαῖος γὰρ ὁ Ζεὺς λέγεται, ὅτι τὰ αὐτομάτως γινόμενα εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται, ἄγγελος δὲ ἡ θεία κληδών, sqq.; cf. α 282 sq. ω 413. Hecabe ad Priamum [Ω 292]: αἴτει δ' οἰωνόν, inquit, ταχὺν ἄγγελον, sq.; cf. ib. 296. Somnii vox θείη ὀμφή appellatur B 41.

Xenoph. Symp. 4, 48: πέμποντες ἀγγέλους φήμας καὶ ἐνύπνια καὶ οἰωνούς. Apud Soph. O. R. 42 sq., 86 θεῶν [θεοῦ] φήμη legitur; Ai. 998: θεοῦ βάξις.

Cf. Schoemann-Lipsius, o. l. II⁴, p. 156 sq. Gruppe, o. l. II, p. 1093, 1. Ebeling, o. l. i. v. ἄγγελος, ὄσσα. Ilberg, M. L. I, 2, c. 1442, i. v. Fama; ib. III, 2, c. 2292, i. v. Pheme.

Variis modis dii consilia sua hominibus aperire solent; cf. Nägels-bach-Autenrieth, o. l. Vierter Abschnitt: „Die Gotteserkenntnis und Offenbarung." „Im Bereiche der Innerlichkeit", ut cum Nägelsbach-Autenrieth dicam, ὄνειρος cadit [cf. p. 173]; „in der Sphäre der Aeusserlichkeit ist eine solche Erscheinung die ὄσσα" [p. 172]; cf. ib. p. 82.

Ὄνειρος et Ὄσσα eodem hic funguntur munere; numina media quae dicuntur habenda sunt, inter deos et homines intercedentia. [Vid. supra pp. 15 sq.; 18]. Usener, o. l. p. 267 sq. de Κληδόνων, Φήμης cultu verba faciens, B 93 sq. affert, deinde sic pergit [p. 268]: „Beide erschei-nungen fallen unter den allgemeineren begriff göttlicher botschaft (ἄγγελος)," sqq. P. 271: „Es ist bezeichnend und nicht auffallend, dass gerade auf der dorischen insel, ... , auf der insel Thera später der ausdruck ἄγγελος

Agamemnon ad socios [B 56 sq.]:

κλῦτε, φίλοι· inquit, θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν Ὄνειρος
ἀμβροσίην διὰ νύκτα· [1])

Achilles ad Agamemnonem [A 63]:

— καὶ γάρ τ' ὄναρ, inquit, ἐκ Διός ἐστιν —,

Athenam Penelopae somnium mittentem facit poëta [δ 795 sqq.]:

ἔνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
εἴδωλον [2]) ποίησε, δέμας δ' ἤικτο γυναικί,
Ἰφθίμῃ, sq.

ib. 824 et 835 εἴδωλον illud ἀμαυρόν dicitur, [3]) ib. 841 legitur:

ὥς οἱ ἐναργὲς ὄνειρον ἐπέσσυτο νυκτὸς ἀμολγῷ.

τ 562 ὄνειροι dicuntur ἀμενηνοί. [4])

Hisce omnibus expositis apparet deorum numine homines calamitate affici iisque mitti somnia. Modo certus indicatur deus [η 270 sq. I 533. B 5 sq. δ 795 sq.], modo incertum numen habetur auctor [σ 256, τ 129, υ 87]. Locis supra allatis [σ 256. τ 129. υ 87] vox q. e. δαίμων, in oratione recta usurpata, incertam vim divinam significat.

* * *

Uno solo loco vox δαίμων non in oratione recta sed universe in comparatione adhibita ab ipso poëta usurpatur.

an die stelle von ἥρως di manes getreten ist. Das war offenbar nur eine anwendung einer in der volkssprache vorbereiteten allgemeineren bedeutung des wortes, wonach es getreu der platonischen definition des begriffes δαίμων [cf. supra p. 15] ohne weiteres als vermittler und mittelwesen zwischen gott und menschen, also für dämon gesagt wurde. Die sprache der Septuaginta und des Neuen testaments hat den ἄγγελος in dieser weiteren bedeutung übernommen und uns den glauben an engel vermittelt."

Dieterich, Nekyia [Leipzig 1893], p. 60 sq. de eadem quaestione disputans, p. 61 in annotatione haec dicit: „Natürlich muss bei den Griechen schon vorher ἄγγελοι eine Bedeutung gehabt haben, die eine solche Verwendung des Wortes [ἄγγελος = δαίμων] möglich macht." Cf. Eine Mithrasliturgie [Leipzig 1910], p. 49, 2.

Cf. August. de civ. D. IX, 19. Praeterea vid. Wolff, o. l. p. 222 sq. Heinze, o. l. p. 113. Clemen, Religionsgeschichtl. Erklärung des N. T., p. 87. G. Heine, Synon. d. Neutest. Gr., p. 67.

Hisce omnibus perpensis iam apud Homerum prima huiusce rei vestigia occurrere mihi videntur, ubi ὄνειρος, ὄσσα, οἰωνός „Διὸς ἄγγελοι" dicuntur, quippe qui inter deos et homines intercedant, his illorum consilia atque arbitria aperientes.

[1]) Cf. ξ 495.

[2]) Cf. E 449 sq. ζ 15 sqq. λ 207 sq.

[3]) Cf. Bechtel, Lexilogus zu Homer [1914], p. 35.

[4]) Cf. Bechtel, o. l. p. 37.

Ulixes postquam duas noctes et duos dies in fluctu vasto erravit, tertio die vento sedato terram conspicit, id quod poëta sic depingit [ε 394 sqq.]:

ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀσπάσιος βίοτος παίδεσσι φανήῃ
πατρός, ὃς ἐν νούσῳ κεῖται [1]) κρατέρ' ἄλγεα πάσχων,
ε 396 δηρὸν τηκόμενος, στυγερὸς [2]) δέ οἱ ἔχραε [3]) δαίμων, [4])
ἀσπάσιον δ' ἄρα τόν γε θεοὶ κακότητος ἔλυσαν,
ὣς Ὀδυσῆ' ἀσπαστὸν ἐείσατο γαῖα καὶ ὕλη,

Cum verbis quae sunt στυγερὸς δαίμων conferantur haec: Eurylochum sic loquentem facit Ulixes [μ 340 sq.]:

[1]) κῆται coni. Hermann [Op. II, 55], quem sequitur Bekker; cf. Ludwich ad. l. et ad β 102.

A. Fick, Hesiods Gedichte [Göttingen 1887], p. 106: „das gleichnis 394—397," inquit, „muss fort wegen des ionismus in κέεται oder κῆται d. i. κεηται, welches auf den ionischen κέεται beruht, auch ist es offenbar nach ν 33—35 geformt und die vergleichung einer sinnlichen freude mit einer sittlichen weist auf spätes raffinement."

Vereor, ne praeiudicata opinione nisus nimia pertinacia consequi studeat Fickius id, quod de versuum numero in carmine, quod Ulixis reditus dicitur, sibi finxit, quo consilio ductus omnia quae obsint delenda esse censet.

Cf. ib. pp. 104—114, „Die Versabzählung in dem Alten Nostos."

Ea quae dixit Dietrich, Mülder [Bursian Jahresb. B. 157 (1912), p. 192] de Fickii opere, quod inscribitur „Die Entstehung der Odyssee" etc. optime quadrant in illius librum supra allatum: „Auch in diesem Buche spukt die Versabzählung!"

Bergk, o. l. p. 871 sq. Thumb, Handbuch der Griech. Dialekte [Heidelberg 1909], p. 317.

Theod. Birt, o. l. p. 57. Finsler, o. l. I², p. 388 sq.

[2]) Multis locis ea, quae ad inferos et mortem pertinent στυγερά dicuntur: N 670 et ο 408 νοῦσος dicitur στυγερή. β 135. I 454: Ἐρινῦς στυγεράς, Θ 368 Ἀίδης στυγεροῖο. E 47 στυγερὸς σκότος mortem significat, cf. N 672. Π 607. υ 81: γαῖαν ὕπο στυγερήν μ 341: στυγεροὶ θάνατοι. Ψ 78: κὴρ στυγερή. Ares deus, qui tot hominibus mortem infert, στυγερός dicitur B 385, E 209. Hesiod. Theog. 211: στυγερὸς Μόρος.

Cf. Ebeling, o. l. i. v. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 240: „die ganze Unterwelt [ist] den Sterblichen ein Graus."

στυγερός ε 396 δαίμονος epitheton est, ut etiam κακός κ 64, ω 149; χαλεπός τ 201.

[3]) Schol. H P V ad ε 396, ἔχραε] ἐπέσκηψε, μετὰ βλάβης ἐπῆλθεν, ἢ ἐπεβάρησε καὶ ἐπέθετο.

Ebeling, o. l. i. v. χραύω — 1°. stringo, leviter vulnero. 2°. impetum facio in aliquem.

Boisacq, o. l. i. v.: „inf. aor. χραϝεῖν — tomber sur, fondre sur; lat. ingruo."

Bechtel, o. l. p. 334: „lat.-gruo (cf. ζαχρηής)."

[4]) Eustathius, ad l. p. 1545, 5: τὸ δὲ στυγερὸς ἔχραε δαίμων ἀντὶ τοῦ φρικτὴ ἢ θανάσιμος ἐπεβάρησε τύχη.

Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 74.

κέκλυτέ μευ μύθων, κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι·
πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι, [1])

Eumaeus Syriam insulam describens ad Ulixem [ο 407 sq.]:

πείνη δ' οὔ ποτε δῆμον ἐσέρχεται, inquit, οὐδέ τις ἄλλη
νοῦσος ἐπὶ στυγερὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν·

Patrocli umbra ad Achillem [Ψ 78 sq.]:

ἀλλ' ἐμὲ μὲν κὴρ, inquit,
ἀμφέχανε στυγερή, ἥ περ λάχε γεινόμενόν περ.

Euchenori pater saepe praedixerat aut morbo gravi domi suae eum interiturum esse aut a Troianis interfectum iri [N 669 sq.]:

τώ ῥ' ἅμα τ' ἀργαλέην θωὴν ἀλέεινεν Ἀχαιῶν
νοῦσόν τε στυγερήν, ἵνα μὴ πάθοι ἄλγεα θυμῷ.

Apud Homerum morbi a diis efficiuntur: [2]) modo Zeus, modo Apollo, Artemis modo morbum mittit.

Cyclopes ad Polyphemum dicunt [ι 410 sqq.]:

εἰ μὲν δὴ μή τίς σε βιάζεται οἶον ἐόντα,
νοῦσόν γ' οὔ πως ἔστι Διὸς [3]) μεγάλου ἀλέασθαι,
ἀλλὰ σύγ' εὔχεο πατρὶ Ποσειδάωνι ἄνακτι.

Apollo morbi auctor inducitur [Α 10]:

νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν — ὀλέκοντο δὲ λαοί —,

Ulixes matris umbram rogat [λ 171 sqq.]:

τίς νύ σε κὴρ ἐδάμασσε τανηλεγέος θανάτοιο;
ἦ δολιχὴ νοῦσος, ἦ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα
οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνεν; [4])

---

[1]) Sarpedon ad Glaucum [Μ 326 sqq.]:

νῦν δ' — ἔμπης γὰρ κῆρες ἐφεστᾶσιν θανάτοιο
μυρίαι, ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ' ὑπαλύξαι —
ἴομεν,

Eustathius, p. 847, 49: *εἰσὶ γὰρ κῆρες*, inquit, *νόσου καὶ ἑτέρων κακῶν.*

[2]) Cf. Ebeling, o. l. i. v. *νοῦσος.* Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 68 sq.

Buchholz, o. l. III, p. 65. Schoemann-Lipsius, o. l. II^4, p. 358. Usener, o.l. pp. 292; 294. Rohde, o.l. II^4, p. 70, 4. Gruppe, o. l. II, pp. 1070, 7; 1239; 1268 sq. Roscher, M. L. III. 1, c. 457 sqq., i. v. Nosoi.

Vide supra pp. 3—6.

[3]) Cf. Ameis-Hentze, Anh. Od. 2^3, p. 69 ad ι 411.

[4]) Ulixi respondet mater neque ab Artemide se interfectam esse neque sibi accidisse morbum [λ 200 sq.]:

οὔτε τις οὖν μοι νοῦσος ἐπήλυθεν, ἥ τε μάλιστα
τηκεδόνι στυγερῇ μελέων ἐξείλετο θυμόν·

Nestor ad Telemachum [γ 279 sq.]:

ἔνθα, inquit, κυβερνήτην Μενελάου Φοῖβος Ἀπόλλων
οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνε.

Viris enim Apollo dicitur repentinam mortem afferre, mulieribus Artemis.[1])

Ubi δαίμων στυγερός in patrem aegrotantem invasisse dicitur, δαίμων significat numen incertum, morbi auctorem vel vim occultam divinam a numine incognito effectam.

Δαίμων στυγερός, qui morbum intulit, θεοῖς aegrotantem malo liberantibus opponitur.[2])

* * *

Cum ε 396 quod ad formam apte cohaerent ea quae leguntur κ 64. Ulixes Alcinoo narrat redeuntem se Aeolum rogavisse:

κ 64. πῶς ἦλθες, Ὀδυσεῦ; τίς τοι κακὸς ἔχραε δαίμων;[3])

et paulo post [ib. 72 sqq.] eundem dixisse:

ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον, ἐλέγχιστε ζωόντων·
οὐ γάρ μοι θέμις ἐστὶ κομιζέμεν οὐδ' ἀποπέμπειν
ἄνδρα τὸν ὅς κε θεοῖσιν ἀπέχθηται μακάρεσσιν.
ἔρρ', ἐπεὶ ἀθανάτοισιν ἀπεχθόμενος τόδ' ἱκάνεις.

Apud deos enim in odio sunt miseri, eo quod miseri sunt.[4])

Lycaon, in Achillis manus incidens [Φ 82 sq.]:

νῦν αὖ με, inquit, τεῇς ἐν χερσὶν ἔθηκε
μοῖρ' ὀλοή· μέλλω που ἀπεχθέσθαι Διὶ πατρί.

[1]) Cf. ε 124. η 64. ο 411. ρ 251, 494. Ω 758 sq.

Eustathius ad Z 205: τῇ Ἀρτέμιδι τουτέστι τῇ σελήνῃ τοὺς αἰφνιδίους θανάτους τῶν γυναικῶν ἀνατίθησιν ἡ Ἑλλήνων δόξα.

Vid. Ameis-Hentze, Anh. Od. I[1], p. 82 ad γ 280. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. pp. 68 sq.; 109. Buchholz, o. l. III, p. 127 sq. Gruppe, o. l. II, p. 1271, 4, 5, 8. Campbell, o. l. p. 61.

[2]) Postea ad hunc locum recurram, ubi sermo erit de priscae religionis vulgarisque opinionis vestigiis.

Krejči, o. l. p. 173 ε 396 sq. sic interpretatur: „so dass im ersten Vers das Princip des Bösen durch δαίμων, im zweiten das gute Princip durch θεοί bezeichnet ist", sqq. Vid. Kröcher, o. l. p. 9.

Cf. ν 320 sq. τ 364. Eurip. Ion 1372: τὰ τοῦ θεοῦ μὲν χρηστά, τοῦ δὲ δαίμονος | βαρέα.

[3]) De hoc loco vid. Lehrs, o. l. p. 193.

[4]) Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 345: „der Unglückliche ist den Göttern verhasst, mit ihrem Fluche beladen, somit unheilig und unrein und jedermann flieht die Gemeinschaft mit ihm."

Nachhomer. Theol., p. 58: „Nun findet sich bei Homer die schreckliche Vorstellung, dass der Unglückliche schon als solcher den Göttern verhasst sei ..... dass jemand unglücklich ist, ist ein hinreichendes Kennzeichen, dass ihn der Hass der Götter verfolgt."

De Bellerophonte dicitur [Z 200 sqq.]:

ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ κεῖνος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν,
ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήιον οἶος ἀλᾶτο
ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων·

De Priami genere Poseidon profert [Υ 306]:

ἤδη γὰρ Πριάμου γενεὴν ἤχθηρε Κρονίων·

Eumaeus ad Ulixem [ξ 365 sqq.]:

ἐγὼ δ' εὖ οἶδα καὶ αὐτός, inquit,
νόστον ἐμοῖο ἄνακτος, ὅ τ' ἤχθετο πᾶσι θεοῖσι
πάγχυ μάλ', ὅττί μιν οὔ τι μετὰ Τρώεσσι δάμασσαν
ἠὲ φίλων ἐν χερσίν, ἐπεὶ πόλεμον τολύπευσε.
νῦν δέ μιν ἀκλειῶς Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο.

Ab Achille universe dicitur [Ω 531 sqq.]:

ᾧ δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ, λωβητὸν ἔθηκε [Ζεύς sc.]·
καί ἑ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει,
φοιτᾷ δ' οὔτε θεοῖσι τετιμένος οὔτε βροτοῖσιν.

Aeolus cum suis Ulixem calamitate oppressum iterumque ad insulam suam delatum aspiciens illumque diis invisum esse arbitratus eum rogat, quisnam deus vel quae vis divina in eum (tamquam in inimicum) irruerit.

Δαίμων κ 64 significat deum quendam, qui quis sit ignoratur, [1]) aut incertam vim divinam.

* * *

Ulixes postquam narravit se de periculis, quae Sirenes nautis minari solerent, certiores fecisse socios, sic pergit [μ 166 sqq.]:

τόφρα δὲ καρπαλίμως ἐξίκετο νηῦς εὐεργὴς
νῆσον Σειρήνοιιν· ἔπειγε γὰρ οὖρος ἀπήμων.
αὐτίκ' ἔπειτ' ἄνεμος μὲν ἐπαύσατο, ἠδὲ γαλήνη
μ 169. ἔπλετο νηνεμίη, κοίμησε δὲ κύματα δαίμων. [2])

[1]) Verba q. s. τίς τοι κακὸς ἔχραε δαίμων; idem fere valere mihi videntur atque: qui deus insania te affecit? Conicit enim Aeolus Ulixem, largiter a se donatum omnibusque necessariis instructum, repentino reversum mentis non compotem esse.

De numinibus insaniae auctoribus cf. Tambornino, o. l. cap. II. Roscher, M. L. l.l.

Postea apud tragicos violentus δαίμονος impetus multis locis comme-moratur: Aesch. Ag. 1174, 1469. Pers. 518 sq., 911 sq. Soph. O. R. 1311. Ant. 1346.

Praeterea conferantur haec: Soph. Ai. 1214: νῦν δ' οὗτος ἀνεῖται στυγερῷ | δαίμονι. O. R. 828. Aesch. Pers. 471. Eurip. Hippol. 772. Aristoph. Nub. 1274. Pax 1250, ad quem locum vid. v. Leeuwen.

[2]) μ 165—172 damnat Duentzer, cf. Ludwich ad l.

v. Wilamowitz-Moellendorff, Homerische Untersuchungen [Berlin 1884], p. 118 μ 168 sq. ex. ε 391 pendere censet.

Ad τ 201 [p. 139] exponebatur etiam ventos sub deorum dicione esse, neque ab iisdem non retineri. [1])

Addere liceat haec:

In comparatione de Iove dicitur [M 281]:

κοιμήσας δ' ἀνέμους χέει [sc. χιόνα] ἔμπεδον, sq.

Graecorum stabilitas et constantia cum nubibus comparatur [E 522 sqq.]:

ἀλλ' ἔμενον νεφέλῃσιν ἐοικότες, ἅς τε Κρονίων
νηνεμίης ἔστησεν ἐπ' ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν
ἀτρέμας, ὄφρ' εὕδῃσι μένος Βορέαο καὶ ἄλλων
ζαχρειῶν ἀνέμων, sq.

Nestor [γ 158]:

ἐστόρεσεν δὲ θεὸς μεγακήτεα πόντον.

Proteus ad Menelaum [δ 520]:

ἂψ δὲ θεοὶ, inquit, οὖρον στρέψαν, sq.

H 4 sq. legitur:

ὡς δὲ θεὸς ναύτῃσιν ἐελδομένοισιν ἔδωκεν
οὖρον, sq.

Δαίμων μ 169 non modo undas sedat sed ventum retinens etiam γαλήνης auctor habendus est. Hoc quoque loco [μ 169] δαίμων significat occultam vim divinam, quae efficit id, quod alias deo certo attribuitur. [2])

Utrum dei alicuius an Sirenum [3]) sit illa vis divina, difficilius

Ad vim vocis δαιμων statuendam non multum interest locum spurium censendum esse. De verborum contextu cum ceteris locis comparato merito dubitat v. Wilamowitz.

[1]) Cf. Gruppe, o. l. II, p. 835. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 160. Vid. h. XXXIII [ed. Baumeister 1910], 11 sqq.

[2]) Ameis-Hentze ad l.: „δαιμων eine Göttermacht, weil alles auf die Götter zurückgeführt wird."

[3]) Schol. Q V ad μ 39: Αἱ Σειρῆνες ἢ ὄρνιθες κελαδοῦσι ἦσαν ἐν λειμῶνι ἢ γυναῖκες θελκτικαι και ἀπατητικαι ἢ αὐτη ἡ κολακεια· πολλους γαρ θελγει και ἀπατᾷ και ἀπαγει θανατῳ. Deinde nominant: Ἀγλαοφημην, Θελξιεπειαν, Πεισινόην, Λιγειαν. E duali numero Σειρηνοιιν [μ 52, 167] concludi licet Homerum duas tantum nosse, id quod Schol. affirmat: κατα δε Ὁμηρον δύο.

Gruppe, o. l. I, p. 344: „Todesdämonen" Sirenas appellat; et p. 345: „zweitens", inquit, „erkannte man ihr verderbliches Walten in der Windstille", quo loco μ 168 laudatur.

Cf. Rohde, o. l. II[4], p. 411. Harrison, Prolegomena to the study of greek Religion [Cambridge 1903], cap. „The Ker as Siren", „the Siren", inquit, „at heart a Harpy, a bird of prey, in popular believe demons of prey."

Lübker, o. l. i. v.: „Sie scheinen Totengeister ..... sind wesens-

est ad diiudicandum. Antiqui ipsi de hac re inter se dissentiebant.[1]) Infra copiosius hanc quaestionem tractaturus sum.

* * *

λ 582 sqq. Tantali apud inferos poenae commemorantur, qui mento summam aquam attingens siti cruciabatur [λ 585 sqq.]:

ὁσσάκι γὰρ κύψει' ὁ γέρων πιέειν μενεαίνων,
τοσσάχ' ὕδωρ ἀπολέσκετ' ἀναβροχέν, ἀμφὶ δὲ ποσσὶ
γαῖα μέλαινα φάνεσκε, καταζήνασκε δὲ δαίμων.

Hoc uno loco invenitur verbum κατ-αζαίνειν.

Afferre possum haec tantum, ubi legitur verbum ξηραίνειν:

In certamine, quod est Vulcano cum Scamandro, totum campum siccari narratur vi ignis, quem immiserit Vulcanus [Φ 345 sqq.]:

πᾶν δ' ἐξηράνθη πεδίον, σχέτο δ' ἀγλαὸν ὕδωρ.
ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς Βορέης νεοαρδέ' ἀλωὴν
αἶψ' ἀνξηράνῃ· sq.

-gleich mit den Keren, Erinyen, Strigen, Moiren, Harpyien, Lamien"; numina chthonia igitur habenda sunt Sirenes.

Weicker, der Seelenvogel in der alten Litteratur und Kunst [Leipzig 1902] [cf. Gruppe, Burs. Jahresb. Supplem. B. 137, p. 354 sqq.], p. 37: „Homer bietet in seiner bekannten Erzählung die älteste littera-rische Fassung der Sirenensage. Sie ist nicht seine Erfindung, er setzt vielmehr ihre Kenntnis bei seinen Hörern voraus ..... Unverkennbar ist der vampyrartige, stark erotisch gefärbte Grundzug des Sirenen-charakters; die Beschränkung in der Zahl ist die natürliche Folge des konkrete Persönlichkeiten fordernden Märchens, sqq. ..... Auch Winde und Wellen werden unter dem zauberhaften Sirenengesang ruhig: coll. μ 168 sq."

Cf. Ebeling, o. l. i. v. Preller, Gr. M. I, p. 382.

De Sirenum scientia cf. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. Anh. n⁰. 26. Weicker, o. l. p. 38 sq.

[1]) Schol. B Q ad μ 169 κοίμησε δὲ κύματα δαίμων]: κατ' ἐπιβουλὴν Ποσειδῶνος, ἵνα μᾶλλον αὐτῶν ἀκούσῃ ὁ Ὀδυσσεύς· τινὲς δὲ ὅτι καὶ τοὺς ἀνέμους ἵστασαν γοητεῦσαι τῇ φωνῇ.

Schol. V ad l.: ἴσως ἡ Κίρκη, ἵνα μὴ ἀπροφύλακτοι προσενεχθῶσιν. ἢ Ποσειδῶν, ἵνα ἀκούσῃ.

Schol. Q V ad μ 168: ἐντεῦθεν Ἡσίοδος καὶ τοὺς ἀνέμους θέλγειν αὐτάς ἔφη.

Eustath. p. 1710, 39: ἐνταῦθα δέ φασιν οἱ παλαιοί, ὡς ἐντεῦθεν λαβὼν Ἡσίοδος ἐμυθεύσατο ὑπὸ Σειρήνων καὶ τοὺς ἀνέμους θέλγεσθαι. Cf. Hesiod. [Rzach], fr. 69. Nitzsch, o.l. III p. 390 sq.

Weicker, o. l. p. 38: „Die unbestimmte Ausdrucksweise Homers hat bei den Späteren rechte Verwirrung angerichtet. Weder Circe kann als Urheberin der Windstille in Betracht kommen ..... noch Poseidon. Echter Volksglaube liegt zu Grunde. Das „Wettermachen" gehört von jeher zum Amt aller Hexen und Hexenmeister," sqq. Kröcher, o.l. p. 8.

Quae sit sententia vocis q. e. δαίμων λ 586, aperte patet: occulta vis divina ut modo ventos sedat, modo excitat, modo consilia suggerit hominibus, modo mentes depravat, ut universe omnia inexplicabilia a numine divino effici creduntur,[1]) sic etiam hoc loco [λ 587] δαίμων, aliqua vis divina, terram arefacit.

* * *

De iis quae leguntur ο 261, haud multa sunt dicenda. Theoclymenus [2]) vates, qui Argis hominem necaverat, supplex venit ad Telemachum e Peloponneso navi domum rediturum eumque Pyli in litore sacra Athenae facientem ita alloquitur [ο 260 sqq.]:

ὦ φίλ', ἐπεί σε θύοντα κιχάνω τῷδ' ἐνὶ χώρῳ,
ο 261. λίσσομ' ὑπὲρ θυέων καὶ δαίμονος, αὐτὰρ ἔπειτα
σῆς τ' αὐτοῦ κεφαλῆς καὶ ἑταίρων, οἵ τοι ἕπονται,
εἰπέ μοι εἰρομένῳ νημερτέα μηδ' ἐπικεύσῃς·
τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

Cum his conferri potest locutio πρὸς δαίμονος [Τ 188, supra p. 105 sq.]. Δαίμων h. l. significat deum quendam, qui quis sit ignoratur.[3])

* * *

Unus denique locus restat.

π 61 sqq. Telemacho quaerenti quisnam sit hospes ille, sic respondet Eumaeus:

τοὶ γὰρ ἐγώ τοι, τέκνον, ἀληθέα πάντ' ἀγορεύσω.
ἐκ μὲν Κρητάων γένος εὔχεται εὐρειάων,
φησὶ δὲ πολλὰ βροτῶν ἐπὶ ἄστεα δινηθῆναι
π 64. πλαζόμενος· ὣς γάρ οἱ ἐπέκλωσεν τά γε δαίμων.

ἐπικλώθειν [4]) Iovi attribuitur δ 207 sqq. Menelaus ad Telemachum:

ῥεῖα δ' ἀρίγνωτος, inquit, γόνος ἀνέρος ᾧ τε Κρονίων
ὄλβον ἐπικλώσῃ γαμέοντί τε γεινομένῳ τε, sq.

Agamemnon ad Menelaum [K 70 sq.]:

ὧδέ που ἄμμι
Ζεὺς ἐπὶ γεινομένοισιν ἵει κακότητα βαρεῖαν.

[1]) Gruppe, o. l. II, pp. 1058 sq.; 1059, 1: „Was Menander [Mein. IV S. 144] sagt το κρατοῦν γαρ πᾶν νομίζεται θεός, ist in der That fast während der gesamten Entwickelung der griechischen Religion Prinzip der Götterentstehung gewesen." Usener, o. l. p. 291. Creuzer, Symbolik, III, p. 29: „Wo eine unerklärliche Macht wirket in Natur oder in Freiheit, zum Heil oder Unheil, da ist etwas Dämonisches." Cf. Neuhäuser, o. l. p. 18.

[2]) De Theoclymeno cf. Gruppe, o. l. II, p. 926.

[3]) Schol. B Q V ad ο 261: ὑπὲρ ταύτης τῆς θυσίας καὶ τοῦ δαίμονος ᾧ θύεις. Cf. Kröcher, o. l. p. 8*.

[4]) Cf. Ebeling, o. l. i. v. ἐπικλώθειν. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 121. Gruppe, o. l. II, p. 991,4.

θεοί eodem funguntur munere:[1])
α 16 sqq. legitur:

ἀλλ' ὅτε δὴ ἔτος ἦλθε περιπλομένων ἐνιαυτῶν,
τῷ οἱ (Ul. sc.) ἐπεκλώσαντο θεοὶ οἶκον δὲ νέεσθαι
εἰς Ἰθάκην, sq.

id quod Zeus sic profert [ε 41 sq.]:

ὡς γάρ οἱ μοῖρ' ἐστὶ φίλους τ' ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι
οἶκον ἐς ὑψόροφον καὶ ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.

Hermes ad Calypso [ε 113 sq.]:

οὐ γάρ οἱ, inquit, τῇδ' αἶσα φίλων ἄπο νόσφιν ὀλέσθαι,
ἀλλ' ἔτι μοῖρ' ἐστὶ φίλους τ' ἰδέειν sq.

Poseidon ad Iovem [ν 132 sq.]:

νόστον δέ οἱ, inquit, οὔ ποτ' ἀπηύρων
πάγχυ, ἐπεὶ σὺ πρῶτον ὑπέσχεο καὶ κατένευσας·[2])

Θεοί hominibus sortes attribuere dicuntur: γ 208 sq. θ 579 sq. λ 139. υ 195. Ω 525.

Ζεὺς ἤθελε καὶ θεοὶ ἄλλοι Ξ 120. θεοί βούλευσαν Ξ 464. ἐβόλοντο θεοί α 234. θεῶν διὰ βουλάς λ 276. θεοὶ τεκμήραντο Ζ 349.

Ad illustrandum locum supra allatum [π 64] praeterea haec afferantur:

Telemachus ad Athenam Mentae similem [α 234]:

νῦν δ' ἑτέρως ἐβόλοντο θεοὶ κακὰ μητιόωντες,

de Oedipode dicitur [λ 275 sq.]:

ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Θήβῃ πολυηράτῳ ἄλγεα πάσχων
Καδμείων ἤνασσε θεῶν ὀλοὰς διὰ βουλάς·

Helena ad Hectorem [Ζ 349 sq.]:

αὐτὰρ ἐπεί, inquit, τάδε γ' ὧδε θεοὶ κακὰ τεκμήραντο,
ἀνδρὸς ἔπειτ' ὤφελλον ἀμείνονος εἶναι ἄκοιτις,

Penelope ad Ulixem [τ 591 sqq.]:

ἀλλ' οὐ γάρ πως ἐστιν ἀύπνους ἔμμεναι αἰὲν
ἀνθρώπους· ἐπὶ γάρ τοι ἑκάστῳ μοῖραν ἔθηκαν
ἀθάνατοι θνητοῖσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.[3])

Alcinous ad Phaeacum duces et alia dicit et haec [η 196 sqq.]:

ἔνθα δ' ἔπειτα

[1]) Cf. Finsler, o. l. I², p. 245: „In der Odyssee erscheinen die Götter geradezu als die Schicksalsmacht, die den Menschen ihre Geschicke zuspinnen."

[2]) Cf. ψ 258 sq.; 286 sq.; 352 sq.

[3]) Ameis-Hentze ad l. sic interpretatur: „alles hat seine Zeit"; cf. Anh. Od. 4³, p. 30. Nauck ad τ 591—593 annot. „spurii?" cf. Ludwich ad l. Praeterea vid. Lehrs, o. l. p. 216 sq.

πείσεται ἅσσά οἱ Αἶσα κατὰ Κλῶθές τε βαρεῖαι [1])
γεινομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

Hera inter deos dicit haec [Υ 125 sqq.]:

πάντες δ' Οὐλύμποιο κατήλθομεν ἀντιόωντες
τῆσδε μάχης, ἵνα μή τι μετὰ Τρώεσσι πάθῃσι (Ach.)
σήμερον· ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται, ἅσσά οἱ Αἶσα [2])
γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

Hecuba ad Priamum [Ω 208 sqq.]:

νῦν δὲ, inquit, κλαίωμεν ἄνευθεν
ἥμενοι ἐν μεγάρῳ· τῷ δ' ὥς ποθι μοῖρα κραταιὴ
γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκον αὐτή.

De Lycaone sic dicit poëta [Φ 46 sqq.]:

δυωδεκάτῃ δέ μιν αὖτις
χερσὶν Ἀχιλλῆος θεὸς [3]) ἔμβαλεν, ὅς μιν ἔμελλε
πέμψειν εἰς Ἀΐδαο καὶ οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι.

Lycaon ipse ad Achillem [Φ 82 sqq.]:

νῦν αὖ με τεῆς ἐν χερσὶν ἔθηκε, inquit,
μοῖρ' ὀλοή· μέλλω που ἀπεχθέσθαι Διὶ πατρί,
ὅς με σοὶ αὖτις δῶκε·

et paulo post idem ille [ib. 92 sq.]:

οὐ γὰρ ὀίω, inquit,
σὰς χεῖρας φεύξεσθαι, ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων.

Amphinomos inter procos haec profert [π 400 sqq.]:

ὦ φίλοι, οὐκ ἂν ἔγωγε κατακτείνειν ἐθέλοιμι
Τηλέμαχον· δεινὸν δὲ γένος βασιλήιόν ἐστι
κτείνειν· ἀλλὰ πρῶτα θεῶν εἰρώμεθα βουλάς.
εἰ μέν κ' αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο θέμιστες,
αὐτός τε κτενέω τούς τ' ἄλλους πάντας ἀνώξω·
εἰ δέ κ' ἀποτρωπῶσι θεοί, παύσασθαι ἄνωγα.

Ulixes ad Nausicaam [ζ 172 sqq.]:

νῦν δ' ἐνθάδε, inquit, κάμβαλε δαίμων,
ὄφρα τί που καὶ τῆδε πάθω κακόν· οὐ γὰρ ὀίω
παύσεσθ'· ἀλλ' ἔτι πολλὰ θεοὶ τελέουσι πάροιθεν. [4])

[1]) κακὰ κλῶθες ci. Nauck. Varias lectiones affert Ludwich ad l. Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 117. Nachhom. Theol., p. 150. Ameis-Hentze ad l. annot.: „αἶσα „das Schicksal", welches von der Götterversammlung (γ 269), insonderheit von Zeus (ι 52) be-stimmt wird." Cf. Anh. Od. 2^3, p. 15.

[2]) Cf. Ameis-Hentze, Anh. Il. 7, pp. 50; 67.

[3]) Vid. supra p. 68.

[4]) Cf. ψ 286 sq.

Nestor ad Telemachum [γ 118 sq.]:

εἰνάετες γάρ σφιν κακὰ ῥάπτομεν ἀμφιέποντες
παντοίοισι δόλοισι, μόγις δ' ἐτέλεσσε Κρονίων.

Alcinous commemorans patrem quondam praedixisse, Poseidonem invidia ductum navem Phaeacum redeuntem perditurum esse [θ 570 sq.]:

τὰ δέ κεν θεός, inquit, ἢ τελέσειεν,
ἤ κ' ἀτέλεστ' εἴη, ὥς οἱ φίλον ἔπλετο θυμῷ.

Athena, Mentae similis, sermonem de Ulixis reditu inferens ad Telemachum [α 267]:

ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα, inquit, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.[1])

Id quod deorum fit arbitrio, θέσφατον dicitur: [2])

Phereclus naves Alexandro fecisse narratur [E 62 sqq.], quae et ipsi et omnibus Troianis perniciei essent [E 64]:

ἐπεὶ οὔ τι θεῶν ἐκ θέσφατα ᾔδη.

Proteus ad Menelaum [δ 561 sq.]:

σοὶ δ' οὐ θέσφατόν ἐστι, inquit, διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε,
Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν, sq.

Cf. Θ 477: ὣς γὰρ θέσφατόν ἐστι[3]), δ 561, κ 473; θέσφατόν ἐστιν idem valet atque αἶσά ἐστι vel μοῖρ' ἐστί [ε 113 sq.].

Omnibus quos ad π 64 attuli locis inter se comparatis satis apparet verba quae sunt: Ζεύς, θεοί, θεός, δαίμων, μοῖρα, αἶσα inter se congruere et promiscue usurpari ad significandum numen divinum suam cuique sortem attribuens.

Δαίμων π 64 significat summum illud numen, quod hominum singulorum sortes „ἐπικλώθειν" dicitur, [4]) quo munere maxime divina δαίμονος natura eminet [λ 61. π 64].

Dii et hominum et rerum dispensatores, bona et mala supremo suo atque inevitabili arbitrio constituunt ac distribuunt, sive hoc munere suo iure, sive Fati funguntur vicibus.

[1]) Cf. α 400. π 129. P 514. Υ 435.
Cf. Soph. O. C. 1443: ταῦτα δ' ἐν τῷ δαίμονι. Eurip. Rhes. 183: ἐν κύβοισι δαίμονος. Bacchyl. VIII, 84 [Blass-Suess]: παρὰ δαίμοσι κεῖται.

[2]) Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 127. Buchholz, o. l. III, p. 52.

[3]) Ameis-Hentze ad l.: „θέσφατον in der Ilias nur noch E 64, Gottesspruch, Gottesbeschluss, im Grunde nichts anderes als Zeus' ausgesprochener Wille, nicht die Bestimmung einer über den Göttern stehender Schicksalsmacht."

[4]) Quae ratio inter Iovem, deum summum, et Fatum intercedat, vide supra p. 135,3.

Quis Fati leges constituerit, poëta ipse obscurius significavit neque aperte definivit.[1]

* * *

Omnia quae supra ex Odyssea exposui sic breviter comprehendam:

„δαίμων δώσει"	idem valet ac	„θεὸς δώσει."
„δαίμων ὑποθήσεται"	eodem redit ac	„μνήσει δέ σε καὶ θεὸς αὐτός."
„δαίμων ἐνέπνευσε θάρσος," „δαίμων ἐνὶ φρεσὶν ἔμβαλε," „δαίμων κελεύει"	idem valet ac	„ἔμπνευσε μένος certus quidam deus," „ἐνὶ φρεσὶ θῆκε Κρονίων," „θεὸς ἐνὶ φρεσὶ θῆκεν," „θεὸς ἐκέλευσεν."
„δαίμων κάμβαλε, ἤγαγε" sqq.[2]	idem valet ac	„θεός, μοῖρα ἄγει."
„δαίμων κακὰ μήδετο"	"	„κακὰ μήδετο Ζεύς" vel „θεοὶ κακὰ μητιόωντες."
„πένθος πόρε δαίμων"	"	„θεοὶ κακὰ κήδε' ἔτευξαν," „θῆκε θεὸς κακόν."
„δαίμων θέλγει"	"	„Ζεὺς θέλγε δὲ θυμόν," „θεοί φρένας ὤλεσαν."
„δαίμονος αἶσα κακὴ ἀσέ με"	"	„βλάπτε φρένας Ζεύς," „Ζεὺς ἄτη ἐνέδησε."
„δαίμονος αἶσα"	"	„Διὸς αἶσα," „μοῖρα θεοῦ," „μοῖρα θεῶν," „cf. ὑπὲρ Διὸς αἶσαν," „ὑπὲρ θεόν."
„δαίμων [κῆτος] ἐπισσεύει"[3]	"	„τὶς θεῶν εἰς ὁδὸν ἧκεν [ἔλαφον]".
„δαίμων ὦρορε [Βορέην]"	"	„ἐπῶρσ' [ἄνεμον] Ζεύς," „ἔδοσαν [οὖρον] ἀθάνατοι," „θεὸς προέηκε ἀῆναι."
„δαίμων ἐπέσσευεν κακά"	"	„κήδεα πολλὰ δόσαν θεοί," „Ὀλύμπιος ἄλγε' ἔδωκεν," „θῆκε θεὸς κακόν."

[1]) Gruppe, o. l. II, p. 989 sqq. Teuffel, o. l. p. 26 sqq. Buchholz, o. l. III, p. 47. Ukert, o. l. p. 142. Krejci, o. l. p. 169 sq.
H. Schmidt, Gr. Syn. IV, No. 151, p. 2.
Finsler, o. l. I², p. 244 sq.

[2]) Vide supra p. 116,2.

[3]) Cf. Λ 480, supra p. 107 sq.

„δαίμων κακὰ ὀνείρατ' ἐπέσσευεν"		haec non ad verba cum alia locutione conferri possunt, ὄνει-ρος dicitur „Διὸς ἄγγελος," cf.: „ὄναρ ἐκ Διός."
„στυγερὸς δαίμων ἔχραε"		ubi δαίμων morbi auctor est, cf. „στυγερὸς θάνα-τος „στυγερὴ νοῦσος," „στυγερὴ κήρ."
„τίς τοι κακὸς ἔχραε δαίμων;"		quaeritur e viro, ὅς κε θεοῖσιν ἀπέχθηται.
„κοίμησε δὲ κύματα δαίμων"	idem valet ac	„ἐστόρεσεν δὲ θεὸς μεγακήτεα πόντον."
„καταζήνασκε δὲ δαίμων [γαῖαν]"		cf. ἐξηράνθη πεδίον vi ignis sc. quem immisit Vulcanus.
„ὑπὲρ θυέων καὶ δαίμονος"		cf. „πρὸς δαίμονος," „πρὸς θεῶν."
„ἐπέκλωσεν τά γε δαίμων"	idem valet ac	„Κρονίων ἐπικλώθει," „θεοὶ ἐπέκλωσαν, ἐπε-κλώσαντο."

Omnibus verbis quibuscum δαίμων in Odyssea coniungitur perpensis et cum aliis verbis comparatis c o n c l u s i o h a e c e s t : θ ε ό ν e t δ α ί μ ο ν α i n O d y s s e a i i s d e m f u n g i m u n e r i-b u s e t p r o m i s c u e u s u r p a r i a d u n i v e r s u m n u m e n d i v i n u m s i g n i f i c a n d u m.

* * *

Omnes utriusque carminis locos postquam examinavi, quae exposui sic breviter astringam:

In Iliade vox q. e. δαίμων septem et viginti locis invenitur;[1]) sedecim locis usurpatur in oratione recta;[2]) novies occurrit locutio δαίμονι ἶσος;[3]) ter inveniuntur haec: εἰς ὅ κε δαίμων διακρίνῃ [Η 291, 377, 396]; bis: σὺν δαίμονι [Λ 792; Ο 403]; πρὸς δαίμονα [Ρ 98, 104]; ἐπέλασσέ γε δαίμων [Ο 418; Φ 93]; uno loco δαίμων in comparatione a poëta facta adhibetur [Λ 480]; poëtae haec denique: μετὰ δαίμονας ἄλλους [Α 222]; ἦρχε δὲ δαίμων [Γ 420]; ἐπέλασσέ γε δαίμων [Ο 418].

[1]) Vide supra p. 86.

[2]) Ε 459, 884.-Ζ 115. Η 291, 377, 396. Θ 166. Ι 600. Λ 792. Ο 403. Ο 467 sq. Ρ 98, 104. Τ 188. Φ 93. Ψ 595. Vide supra p. 84 sq.

[3]) Duobus locis in oratione recta: Ε 459, 884.

In Iliade vocis q.e. δαίμων complures utriusque numeri casus leguntur:

nominat. sing.	novies	[Γ 420; Η 291, 377, 396; Ι 600; Λ 480; Ο 418, 467; Φ 93].
genet. sing.	semel	[Τ 188].
dat. sing.	undecies	[Ε 438, 459, 884; Λ 792; Ο 403; Π 705, 786; Υ [447], 493; Φ 18, 227].
accus. sing.	ter	[Θ 166; Ρ 98, 104].
dat. plur.	bis	[Ζ 115; Ψ 595].
accus. plur.	semel	[Α 222].

In Iliade igitur vocis q. e. δαίμων quivis fere casus utriusque numeri in vario verborum contextu legitur, at numerum singularem omnino praevalere apparet. Multi sunt loci, qui aliquoties recurrant. Sex locis δαίμων cum praepositione coniungitur: Α 222; Λ 792; Ο 403; Ρ 98, 104; Τ 188.

In Odyssea vox q. e. δαίμων triginta tribus usurpatur locis, [1]) qui omnes, uno loco excepto [ε 396], in oratione recta inve-niuntur.

Bis leguntur locutiones q.s. κακὰ μήδετο δαίμων [γ 166; μ 295]; ἔχραε δαίμων [ε 396; κ 64], ἀγάγοι δέ ἑ δαίμων [ρ 243; φ 201]. Ter inveniuntur haec: ἤγαγε δαίμων [η 248; ξ 386; ω 149]. ἐπέσσευεν κακὰ δαίμων [σ 256; τ 129; υ 87].

Uno loco δαίμων coniungitur cum pronomine indefinito τίς [τ 201]; duobus locis cum pron. interrogativo τίς [κ 64, ρ 446]; uno loco cum praepositione ὑπέρ [ο 261]. In Odyssea sola δαίμων cum adiectivo coniungitur: [2]) κακὸς δαίμων [κ 64, ω 149], χαλεπὸς δαίμων [τ 201], στυγερὸς δαίμων [ε 396].

In Odyssea vocis q. e. δαίμων solus nominativus singularis legitur, duos si exceperis locos [λ 61; ο 261]; hac ex parte igitur Ilias et Odyssea multum inter se differunt. [3]) At non modo casuum usus in utroque carmine non inest idem, verum etiam vocis sententia in Odyssea plus quam in Iliade certis caret finibus, id quod maxime ex numeri singularis usu colligitur. [4])

[1]) Supra, pp. 85; 116,2. [2]) Supra p. 127,2.

[3]) Kröcher, o. l. p. 6: „In der Od. ist die Persönlichkeit des δαίμων nicht so bestimmt und ausgeprägt als in der Il., wo die Flexion des Wortes viel reicher und mannigfaltiger ist."

[4]) Omnino ex sexaginta locis, quibus δαιμων apud Homerum legitur, tribus tantum numerus pluralis occurrit. Hild, o. l. p. 9: „Les démons en tant que dieux sont multiples, mais la tendence du mot à affecter surtout la forme du singulier chez Homère est telle, qu'un grand nombre d'interprètes y ont vue une sorte de profession de monothéisme instinctif, un hommage inconscient à la force cachée, qui se manifeste dans les phénomènes de la nature et dans la destinée de l'homme."

In Odyssea δαίμων pluribus fungitur vicibus quam in Iliade, [1]) eiusque natura saepius latiore sententia est intellegenda: personam certi dei plerumque deposuit, praevalet vis divini numinis universe percepti, quo sors impertitur hominibus.

Utrum deus quidam, qui quis sit ignoratur, an numen divinum voce δαίμων significetur, singulis locis definite statuere difficillimum est. [2])

Itaque non facere possum cum viris doctis Kröcher et Autenrieth, [3]) qui censent δαίμονα plerumque certum quendam significare deum, neque mediocriter a veritate abhorrere mihi videtur Kröcher, cum dicit [o.l. p. 12]: „dass δαίμων bei Homer ganz wie θεός zunächst ausschliesslich einen einzelnen, persönlichen Gott bedeute." [4])

---

[1]) Qua ex parte Ilias et Odyssea vocis δαίμονος usu inter se dicrepent, facile intellegitur, si loci utriusque carminis inter se conferuntur:

Ilias:	Odyssea:	
μετὰ δαίμονας ἄλλους	δαίμων δώσει	δαίμων προσήγαγε
δαίμοσιν ἀρήσασθαι	,, ὑποθήσεται	,, ἀγάγοι (bis)
δαίμοσιν εἶναι ἀλιτρός	,, μήδετο (bis)	,, ὑπεξαγάγοι
ἦρχε δὲ δαίμων	,, κελευσέμεναι ἔμελλε	,, ἐνὶ φρεσὶν ἔμβαλε
δαίμονι ἶσος (novies)	,, ἔχραε (bis)	,, ἐνέπνευσε φρεσί
εἰς ὅ κε δαίμων διακρίνῃ (ter)	,, ἐπισσεύει [ῃ] (ter)	,, ὦρορε
μηδέ σε δαίμων τρέψειε	,, κάμβαλε	,, πόρε
μάχης ἔπι μήδεα κείρει δαίμων	,, ἤγαγε (ter)	,, πλάγξ'
ἐτέλεσσέ γε δαίμων (bis)	,, ἐνέπνευσε	
ἔτι τε λῖν ἤγαγε δαίμων	,, καταζήνασκε	δαίμονος αἶσα
σὺν δαίμονι (bis)	,, κοίμησε	ὑπὲρ δαίμονος
πρὸς δαίμονα (bis)	,, ἤπαφε	
πρὸς δαίμονος	,, ἐπέκλωσεν	
δαίμονα δώσω	,, θέλγει	
	,, ἀπήγαγεν	

Cf. Usener, o.l. p. 292.

[2]) Numerus pluralis universos significat deos [A 222, Z 115, Ψ 595], vid. supra pp. 87 sq.; 90; 92.

Δαίμων certum deum significat Γ 420, Ο 418; cf. supra pp. 92; 64, 1; vid. Ebeling, o. l. i. v.

In locutione ὑπὲρ θυέων καὶ δαίμονος [ρ 261] voce δ. quendam significari deum veri simillimum est.

In: τίς τοι κακὸς ἔχραε δαίμων; [κ 64], τίς δαίμων τόδε πῆμα προσήγαγεν; [ρ 446], χαλεπός δέ τις ὦρορε δαίμων vocem δ. eodem modo intellegi posse concedo. Kröcher, o. l. p. 8 de hisce locis profert: „Persönliche Bedeutung zweifellos."

Neuhäuser, o. l. p. 22: „namque, num στυγερὸς δαίμων [ε 396] et κακὸς δαίμων [κ 64] certum quendam deum significet, an potius ipsum universum numen divinum, quod infestum ac malignum sit, vix, puto, diiudicari poterit."

[3]) Vid. supra p. 46.

[4]) Kröcher, o. l. pp. 3—12 de hac re disputat, quae tamen longiora sunt, quam ut omnia ad verba possim laudare. Quaestionem

Cogitata enim eorum, quos loquentes inducit, non ita aperit poëta, ut clare ac distincte perspicere possimus, quae vis singulis locis voci δαίμων sit attribuenda. Neque ad significationem vocis q.e. δαίμων, neque ad discrepantiam inter vocabula q.s. θεός et δαίμων hoc magni referre puto, quippe quae apud Homerum in oratione recta promiscue adhiberi soleant.

Usener iure dixisse mihi videtur haec: „Es ist dabei unwesentlich, ob hinter dem daimon ein nennbarer persönlicher gott steht." [1])

Iam supra in Prooemio [2]) exposuimus viros doctos de vocis δαίμων vi activa et passiva inter se dissentire; Lehrsium activam tantum vim voci adiudicasse, Gruppium contra coniecisse propriam vocis sententiam passivam fuisse [3]). Qui idem coniecturam, quam de vocis origine fecit Schrader, [4]) hanc ob rem reicit, quod δαίμονος sententia passiva ea ratione explicari non possit. [5]) Ad sententiam suam confirmandam profert Gruppius haec: „Thatsächlich weisen sämtliche Komposita Λακεδαίμων,[6]) ὀλβιοδαίμων,[7]) εὐδαίμων, βαρυδαίμων, δυσδαίμων, κακοδαίμων, eher auf die Bedeutung. „Schicksal" im passiven Sinn hin." At hoc quidem minime constat. Plerique viri docti haec adiectiva ita intellegunt, ut δαίμονα in hisce compositis in vim activam accipiant. [8])

parum accurate, neque sibi constanter tractasse mihi videtur Kröcher. Cf. supra p. 45 sq. Ea, quae inquisitione ad finem perducta profert [supra p. 46], vix serii speciem afferre mihi videntur. Omnino eum fugit, verba q.s. δαιμων, θεος, θεοι, Ζεύς in oratione recta promiscue usurpari ad numen divinum universum significandum.

1) Usener, o. l. p. 292. 2) Supra pp. 30; 32; 33; 34; 40; 43.

3) Quae Gruppius de hac re sentiret [o. l. II, p. 991, 4], supra p. 33 ad verba laudavi.

4) Reallex. d. I. G. Alt. k., p. 29, vide supra p. 36.

5) Burs. Jahresb. Supplem.B. 137 [1908], p. 444 Gruppius: „Daimon", inquit, „steht nach Schrader für δασι-μων und bezeichnete ursprünglich den Ahnengeist. Da die zweite Bedeutung von δαίμων „Schicksal," die nach Ausweis sämtlicher Komposita (Hdb. 991, 4) sogar die ursprüngliche gewesen zu sein scheint, auf diesem Wege nicht erklärt werden kann, ist diese Ableitung abzulehnen."

6) Gruppe, Gr. Myth. u. Rel.g. I, p. 161, 6: „von λακεῖν. Δαίμων von δάσσασθαι, eigentlich „Anteil." Bedeutungsübergang wie bei μοῖρα u. äg. shai," qua de voce Aegyptia cf. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. Anhang No. 94.

7) Γ 182. Ebeling, o. l. i. v. sic vertit: „cui numen favet, in dessen Leben eine günstige Gottheit waltet." Vide supra p. 33, 2. εὐδαιμονια legitur h. XI, 5 [Allen].

8) Ameis-Hentze ad Γ 182 annotat: „ὀλβιόδαιμον-gottgesegneter, dessen Glück von den Göttern gepflegt wird."

Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 75: „δαιμόνιος ist die allge-

In carmine epico, fonte antiquissimo, adiectiva illa, uno excepto ὀλβιοδαίμων, [1]) omnino non inveniuntur. Apud Hesiodum primum uno loco εὐδαίμων legitur. [2]) Uno loco solo apud Homerum in recentioris quae dicitur aetatis [3]) libro [Θ 166] δαίμονι vis passiva est subiecta [cf. supra p. 112 sqq.]. [4])

Vocis q. e. μοῖρα vis passiva et activa apud Homerum facile perspicitur; [5]) δαίμονος significationem eadem via et ratione progressam esse non apparet neque effici potest. Is qui dicat voci δαίμονι proprie vim passivam infuisse, gravioribus argumentis nitatur necesse est quam Gruppius affert. In inquirenda propria vocis significatione et origine, causa est cur caveamus, ne significationem nostro accommodemus arbitrio.

Hoc vero stet, neque e carminibus epicis neque e lyricis neque e tragicis elici posse argumenta certa, quibus confirmetur Gruppii sententia.

-meine Bezeichnung dessen, was speciell entweder ὀλβιοδαίμων (wer einen glücklichen, guten Daimon hat) oder κακοδαίμων (nachhomer.) heisst: also einen Daimon habend, sachlich richtiger ἐχόμενος δαίμονι, von einem D. besessen."

Schoemann-Lipsius, o.l. II[1], p. 158, 5 vocem q.e. εὐδαίμων in sententiam activam accipit: „auf diesen Glauben (an Specialdämonen) sind auch die Ausdrücke εὐδαίμων, κακοδαίμων, δυσδαίμων zu deuten." Idem censet Usener, o. l. pp. 293; 296 sqq.; cf. Rohde, o. l. II[4], p. 316. 1; vide supra p. 34.

Paul Regnaud, o.l. p. 157: „εὐδαίμων = celui pour qui la divinité est bonne." Hild, o. l. p. 9 δαίμονι vim activam adiudicat: ὀλβιοδαίμων: „un enfant gâté du destin." Michel, o. l. p. 212. Capelle-Seiler, o. l. i. v. ὀλβιοδαίμων: „der von der Gottheit gesegnete." Etiam Proclo ad Hesiod. Opp. et D. 314 δαίμονος vis activa prior est; vid. supra p. 27, 5.

[1]) Γ 182. [2]) Hes. Opp. et. D. 826 [Rzach]; Flach versum reiecit; cf. Fick, Hesiods Gedichte [Göttingen 1887], p. 43.

[3]) Cauer, o. I[2]. p. 505. Usener, o. l. p. 292. Robert, Studien zur Ilias [1902], pp. 165 sq.; 499 sq.

[4]) Gruppius l. l. iudicium Zenodoti et Aristarchi, qui hunc versum ab Homero abiudicant, non oppugnat.

[5]) Weizsäcker, M. L. II, 2, c. 3084, i. v. Moira, Μοῖρας significationem talem exponit, qualem δαίμονος Gruppius sibi fingit: „μοῖρα", inquit, „das Geschick jedes Einzelnen. Und wenn uns nun trotzdem bei Homer Μοῖρα als die Göttin begegnet, die den Menschen überhaupt ihren Lebensanteil bestimmt, so ist dies der natürliche Ausfluss des Bedürfnisses des griechischen Geistes persönliche Götter zu gestalten, und so wird aus dem passivischen Appellativum, das das dem Menschen zugeteilte Lebenslos bezeichnet, das aktivische nomen proprium der Gottheit, die diesen Anteil jedes Menschen von Anfang bis zu Ende verwaltet, wird ja doch bei Spätern selbst εἱμαρμένη und πεπρωμένη als eine Göttin, als die Macht bezeichnet."

Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o. l. p. 118.

Itaque vocem δαίμονα vi passiva metonymice usurpatam intellego.[1])

Quae sit porro propria δαίμονος natura, utrum benevola an inimica, magna est dissensio [cf. supra pp. 38 et 48]. Sunt qui putent δαίμονα praecipue numen significare inimicum, quod multis locis δαίμων mala machinetur.[2]) Utrum δαίμων bono an malo afficiat homines ad vocis significationem non magni referre arbitror. Ex eo quod aliis benevolus et faustus adest δαίμων, infensus alios adoritur, non est colligendum δαίμονα per se aut benevolentiorem aut iniquiorem esse deum.

Cavendum est, ne plura e voce q. e. δαίμων efficiamus quam re vera vocabulo insint. Ex eo quod δαίμων vel θεός mala efficit, colligi non licet δαίμονος aut θεοῦ naturam esse inimicam.

Hoc certum est, disiungendam esse vocem q.e. δαίμων et noti--onem daemonis. Δαίμων, si per se intellegitur, numen divinum vel vim divinam significat. Eo quod vox illa constanti continetur verborum contextu et δαίμονος vis divina plerumque incerta aut inimica videtur hominibus, fieri potest, ut vocabulum in sententiam abeat depravatam. Sententia illa secundaria, ut ita dicam, usu

[1]) Cf. Reichenberger, o. l. pp. 21; 39—104. Vid. supra p. 32.
Nägelsbach, Nachhom. Theol., p. 112. Vid. supra p. 30.
Neuhäuser, o. l. p. 35 fato etiam metonymice usurpato vim praecipue activam adiudicat. Vid. supra p. 32, 3.
Krejči, o. l. p. 173. Vid. supra p. 37 sq.

[2]) Ameis-Hentze ad β 134: „δαίμων, die Gottheit, die waltende (besonders auch feindliche ε 396, κ 64) Macht," sqq. Ukert, o. l. p. 142; cf. supra p. 42. Quo iudicio rem in maius ac deterius rettulit.
Krejči, o. l. p. 171 sq.; cf. supra p. 37. Finsler, o. l. I², p. 269; cf. supra p. 47.
Cautius iudicant Nitzsch, o. l. I, p. 89; cf. supra p. 42. Nägels--bach-Autenrieth, o. l. p. 74 sq.; cf. supra pp. 30; 41. Doe--derlein, o. l. III, p. 338; qui tamen pugnantia loqui videtur, cum dicit: „Wie die Moira vorzugsweise als ein feindseliges Wesen gilt [cf. μοῖρα ὀλοή], so auch der synonyme Göttername δαίμων" [cf. supra p. 40], deinde: „erst in Folge dieser einseitigen Betonung der Macht im gött--lichen Wesen, neigt sich δαίμων einigermassen zu dem Begriff eines an sich bösen, blos furchtbaren Wesens hin, doch nicht ohne den ausdrücklichen Zusatz von στυγερός, κακός, χαλεπός."
Rohde, Gr. Rel. p. 15: „Und so wurde auch der Glaube an eine Übles nicht minder als Gutes verleihende Gottheit nie ganz entwurzelt. Und eine Empfindung, die das Götterwesen, „das Dämonische," — ein Wort, das schon bei Homer einen Klang von Gefährlichkeit, fast von Tücke hat — mehr mit Scheu als mit Zutrauen betrachtet, blieb gerade dem ausgesprochen frommen Sinn eigen."
Ab his discrepant Lehrs, o. l. p. 143; cf. supra p. 31; Kröcher, o. l. p. 14; cf. supra p. 46.

denique tantopere valere potest, ut omnino prima oblitteretur significatio. [1])

Si qua vox coniungi soleat cum verbis nocendi aut decipiendi, hanc vocem magis magisque in malam accipi partem, non mirum est.

Videamus, quo modo δαίμων hac ex parte apud Homerum se habeat. Eo quod huic voci adiunguntur nonnullis locis verba quae sunt κακός, στυγερός, χαλεπός, propriam δαίμονος naturam non esse malam vel inimicam, facile intellegitur. [2]) Ex Iliade duo tantum loci commemorandi sunt, quibus δαίμων mali auctor inducitur [I 600, O 467 sq.], reliqui loci nulla certa efficiunt. [3]) In Odyssea septendecim locis [4]) mala efficit δαίμων, uno loco bona consilia suggerere dicitur [γ 27], reliquis locis δαίμονος natura est incerta.

Hac in re igitur Ilias et Odyssea quasdam exhibent discrepantias. [5]) In Odyssea δαίμων saepius quam in Iliade cum verbis nocendi et decipiendi coniungitur atque pedetemptim praevaluisse videtur vis numinis inimici et hominum et rerum dominatoris. Praeterea alia erat causa, cur δαίμονος natura infensior quam propitior videretur: ipsa illa natura obscura, quae praecipue δαίμονι adhaerebat eo, quod nusquam a poëta, certa figura circumscripta, adumbrabatur, effecit, ut magis magisque illa vis arcana atque inenodabilis horrorem quendam animis inferret.

Ex his autem non est colligendum, δαίμονα apud Homerum

---

[1]) Kretschmer, o. l. p. 504: „Eine wichtige Rolle beim Bedeutungswandel spielt der durch Satzzusammenhang und Situation bedingte Nebensinn. Wird ein Wort oft in demselben Zusammenhang gebraucht, so heftet sich diese Nebenbedeutung dauernd an dasselbe, wird die dominierende und kann schliesslich die eigentliche Bedeutung ganz verdrängen."

J. Woltjer, o. l. p. 40: „Dat de woorden door den zin nader bepaald worden, is bekend geweest van den tijd af, dat er van uitlegging sprake was."

H. Paul, Prinzipien der Sprachgeschichte[4] [1909], p. 81.

[2]) Kröcher, o. l. p. 14; vide supra p. 159,2.

Fr. Lübker, Die Sophokl. Theol. u. Eth., p. 15, 14: „An sich böse, nachtheilig oder unglücklich also ist der δαίμων hier [Soph. Ai. 1214] so wenig, wie in der homerischen Vorstellung, sonst würde er der Beisätze στυγερός, ὠμός, δυστυχής nicht bedürfen."

[3]) Kröcher, o. l. p. 14 recte: „Grenzen zu ziehen," inquit, „ist schwierig."

[4]) β 134. γ 166. ε 396, 421. κ 64. λ 61. μ 295. ξ 488. π 64, 194. ρ 446. σ 256. τ 129, 201, 512. υ 87. ω 149.

[5]) Kröcher, o. l. p. 14 merito reicit Cuntzii haec [o. l. p. 4]: „omnibus fere locis (in Odyssea sc.) bonum est numen, hominibus propitium [δαίμων sc.], aliquot modo locis iracundum idemque benevolum, quod corrigendo et castigando ad bene beateque vivendum ducere studeat mortales." Cf. supra pp. 45; 46, 2.

praecipue significare deum, qui mala efficiat, quae eadem inferunt θεοί.[1])

In Iliade, ubi vox q. e. δαίμων, numero plurali posita, deos universos significat, numero singulari et deum certum et universum numen divinum, quin etiam metonymice usurpata mortis accepit sententiam, poëtae ipsi vocis usus incertus esse videtur. In Odyssea singulari tantum numero posita, vox q. e. δαίμων omnino numen divinum vel vim divinam significat.[2])

Conspicuum est ad significandam inexplicabilem vim divinam aptissimam esse illam δαίμονος sententiam, quae omnino certis careret finibus, quibus θεοί determinari solebant, quorum suam quisque definitam agebat personam.[3]) Arcana illa vis divina, quae suam cuique sortem assignare credebatur, sive bonam sive malam, non modo summam religionem sed etiam horrorem quendam movebat ac

---

[1]) Cf. Γ 164.

Menelaus exclamat [Γ 365]: Ζεῦ πάτερ, οὔ τις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος [cf. υ 201]. Θεοὶ malorum auctores sunt: Ζ 349. Η 360. Ι 245, 637. Μ 234. Ξ 464. Ο 473. Π 693. Ρ 469, 688. Σ 8. Τ 410. Φ 47, 103. Ω 526, 538, 547.

α 195, 234, 244, 348. γ 242. δ 181, 236, 351, 423. ε 118, 221, 356. ζ 174. η 242. θ 579. ι 15. λ 101, 139, 276, 555. ϑ 190, 419. ν 317. ξ 39, 61, 178, 198, 242. ρ 119. σ 134, 180, 252. τ 125. υ 67, 195, 201. φ 102. ψ 12, 210, 222, 352

Idem dicuntur δωτῆρες ἐάων [θ 325], ut etiam in carminibus indicis, quae Veda dicuntur, dii sunt „dataras vasuâm."

[2]) Campbell, o. l. p. 94: „The truth is, that in the Odyssey the divine action is already often generalised; not only are gods spoken of in the plural more frequently than in the Iliad; but „god" or „a god" in the singular often occurs where it is uncertain what individual deity is in question."

[3]) Cf. p. 180, 5. Finsler, o. l. I,[2] p. 230 sqq.; p. 336; „Mag es einzelne Götterbilder gegeben haben, das Bild der Götter, wie die spätere hohe Kunst sie schuf, hat er ihr vorgezeichnet," sqq.

Wilamowitz, H. U., p. 377: „nicht die götter, wohl aber der götter lebendiges kleid hat das epos gewoben", sqq.

Bergk, o. l. p. 878. Kröcher, o. l. p. 15. Beloch, o. l. I[2], 1, p. 180. Campbell, o. l. p. 66. Cauer, Grundfr.[2], p. 343. Belzner, o. l. I, p. 91 sq. In antiquissimam religionem eadem haec inter θεοὺς et δαίμονας discrepantia valuisse videtur. Sam Wide, o. l. p. 174: „Schwierig ist es auch," inquit, „auf einer älteren Stufe Götter und Dämonen zu trennen. Die Götter sind individueller, während bei den Dämonen die Gattung Hauptsache ist und die Person sehr wenig bedeutet."

metum, cum malorum numerum maiorem esse quam bonorum intellegerent homines. [1])

H o m e r u m secuti sunt posterioris aetatis scriptores, cum prae-cipue δαίμονι fati vim et sententia activa et passiva usurpatam adiudicant, id quod plurimum apud tragicos fieri solet. [2])

Δαίμονα propriam fuisse summi numinis divini appellationem, id quod N e u h ä u s e r ostendere conatur [o.l. p. 10, cf. supra p. 31], apud H o m e r u m non apparet.

Neque in carminibus epicis inveniuntur vestigia, quae, ut cum S c h r a d e r o dicam, demonstrent: „dass das Griech. δαίμων [und das indische asura] einen ganz ähnlichen Weg vom Grabe zum

---

[1]) Cf. P 446 sq. Ω 49, 525 sq. α 32 sqq. υ 201 sq.

Schol. A ad Ω 527] ὅτι ἐντεῦθεν Ἡσιόδῳ [Op. 94] τὸ περι τοῦ πίθου μύθευμα, καὶ ὅτι δύο τοὺς πάντας λέγει πίθους, τίνες δὲ τῶν νεωτέρων ἕνα μεν τῶν ἀγαθῶν, δύο δὲ τῶν κακῶν ἐδέξαντο.

H e s. Opp. et D. 101. P i n d. Pyth. III, 82.

Vid. N ä g e l s b a c h-A u t e n r i e t h, o. l. pp. 339—348. F i n s l e r, o. l. I², p. 285. C a m p b e l l, o.l. p. 69. G r u p p e, o.l. II, pp. 987 ; 1011.

F a i r b a n k s, o. l. p. 19. S. H. B u t c h e r, Some Aspects of the Greek Genius [London 1904], pp. 133—176: „The Melancholy of the Greeks."

[2]) Cf. H e s i o d. Scut. 94. T h e o g n. [Anthol. Lyr. ed. H i l l e r-C r u s i u s], 149, 166, 403, 1333. B a c c h y l. [B l a s s-S u e s s] V, 113, 135. VIII, 26. XIII, 1. XVI, 46. fr. 13 [21]; fr. 25 [3]. P i n d. Ol. VIII, 67. Pyth. VIII, 77. XI, 31.

A e s c h. Sept. 705, 960. Persae 472, 515, 601, 845, 921. Ag. 1468, 1481, 1660, 1667.

S o p h. O. R. 828, 1311, 1479. O. C. 1370, 1443, 1480, 1567, 1750. Antig. 833. Philoct. 1186, 1467. Trach. 1023.

E u r i p. Hec. 722, 1087. Alc. 384. Androm. 1008, 1036, 1182. Hel. 211, 455, 915. Heracl. 934 sq. Herc. fur. 885. Suppl. 463, 1007. Hippol. 241, 772, 871. Iph. A. 444. Iph. T. 156, 202. Ion. 752, 1350, 1372. Med. 130, 1231. Or. 342, 394, 667, 1545. Rhes. 56, 183, 729, 996. Troad. 102, 204, 1202. Phoen. 413, 1607, 1662.

Vid. N e u h ä u s e r, o. l. pp. 23; 26. N ä g e l s b a c h, Nachhom. Theol. p. 112. L ü b k e r, Die Sophokl. Theol. und Eth., p. 15 sq. B e r g k, o. l. p. 880 sq. U k e r t, o. l. p. 148. U s e n e r, o. l. 292. G r u p p e, o. l. II. p. 992, 2. F a i r b a n k s, o. l. p. 40: „The Greeks themselves assigned a unique place to the epic; some-times they consciously modified their religious views to accord with it; far more often they unconsciously yielded to its influence." Ib. p. 142. H e i n z e, o. l. p. 90. C h r i s t.-S c h m i d, o. l. I⁶, p. 78 sq. K. W i t t e, Singular und Plural, p. 175. B e t h e-W e n d l a n d, Die griechische Literatur [G e r c k e-N o r d e n, o. l. I²], p. 98: „Zu-nächtst wirkt auf alle das grandiose Vorbild Homers. Homerische Worte, Bilder, Wendungen haben alle Dichter mehr oder weniger aufgenommen," sqq.

Olympus zurückgelegt haben." Mortuorum animas[1]) δαίμονας appellare non est Homeri, cui mortui sint σκιαί [κ 495], ἀμενηνὰ κάρηνα, [κ 521, 536. λ 29, 49], εἴδωλα [λ 476. ω 14], ἀκήριοι [Λ 392. Φ 466], ἀφραδέες [λ 476].

Mater ad Ulixem [λ 218 sqq.]:

ἀλλ' αὕτη, inquit, δίκη ἐστὶ βροτῶν, ὅτε τίς κε θάνησιν·
οὐ γὰρ ἔτι σάρκάς τε καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσιν,
ἀλλὰ τὰ μέν τε πυρὸς κρατερὸν μένος αἰθομένοιο
δαμνᾷ, ἐπεί κε πρῶτα λίπῃ λεύκ' ὀστέα θυμός,
ψυχὴ δ' ἠΰτ' ὄνειρος ἀποπταμένη πεπότηται.

Ex eo quod apud Homerum mortuorum animae inania tantum sunt simulacra, omni mente ac robore privata, nedum quadam divina vi praedita,[2]) colligi non licere, etiam ante Homerum eandem mortuorum viguisse opinionem, libenter concedo. Immo vero in ipsis carminibus epicis alterius priscae opinionis inveniri vestigia — dico imprimis exsequias Patrocli celebratas [Ψ], mor--tuorum animas ab Ulixe evocatas [λ] — ingeniose ostendit v. d. Rohde in notissimo libro, qui inscribitur „Psyche" I[4], pp. 1—67.

Animarum cultum ante Homerum viguisse, ut etiam posteriore aetate divi manes colebantur, iam satis constat. Multa monumenta enim postremis hisce decenniis ex aetate quae dicitur Mycenaea eruta inde ab antiquissimis temporibus mortuorum cultum exstitisse probant[3]) Qua in re non neglegenda esse mihi videntur ea, quae profert Wide, [o. l. p. 172]: „Indessen lernen wir durch die mykenischen Funde ganz wie in den homerischen Gedichten eigent--lich nur eine aristocratische Gesellschaft kennen und dürfen also in beiden Fällen nur auf die Verhältnisse in der höheren Gesell--schaft unsere Schlüsse ziehen."[4])

[1]) Nägelsbach-Autenrieth, o. l. pp. 352; 365 sq.; 375 sq. Finsler. o. l. I[2], pp. 291; 293; 297 sq. Rohde, o. l. I[4], pp. 3—11. Vid. supra p. 34 sqq.

[2]) Rohde, o.l. I[4], p. 37. J. Vürtheim, Grieksche Religie [Baarn, Hollandia-Drukkerij 1911], p. 20 sqq. Pernice, Griechiches und Rö--misches Privatleben [Gercke-Norden, o.l. II[2] (1912)], p. 60.

[3]) Rohde, o.l. I[4], p. 32 sqq.

Wide, o.l. p. 171 sq. Lehmann-Haupt [Gercke-Norden o.l. III[2] (1914)], pp. 3—7; 64—66.

Adolf Michaelis, Die Archäologischen Entdeckungen des Neun--zehnten Jahrhunderts[2] [Leipzig 1908], c. VIII: „Prähistorie und Griechische Vorzeit." Cauer, Grundfr.[2], pp. 260; 277. René Dussaud, o.l. pp. 257—273. Pfleiderer, o.l. p. 171 sq.

Lichtenberg, Die Agäische Kultur [Meyer, Leipzig 1911], passim. Pernice, o.l. pp. 6 sq.; 61.

[4]) Cf. Belzner, o.l. I, p. 75 in calce.

In carminibus epicis animarum cultus inveniri vestigia, praeclare ostendit Rohde.

Nullam tamen vim Homerum hisce manibus attribuere solere apertum est. „Auch in die Dichtung selbst," inquit Rohde [o. l. p. 37], „die Führung der poëtischen Handlung, greifen wohl die Götter ein, die Seelen der Abgeschiedenen, niemals."

In carminibus epicis vox q.e. δαίμων semper ad numen divinum, nunquam ad manes pertinet. Quid autem δαίμων ante Homerum significaret perspici et enodari nescio an non possit vel maxima adhibita sagacitate. [1])

Sed de his rebus plura dicere non est in animo.

Quae exposuimus eorum huc redit summa: apud Homerum vocabula q. s. δαίμων et θεός promiscue usurpari ad significandum et deum quendam, qui quis sit ignoretur, et universum numen divinum; vocem q. e. θεός praeterea significare deum certum, et a poëtis et artificum operibus certa figura circumscriptum, quod δαίμων perpaucis significet locis.

Vocem q. e. δαιμών, cuius numerus singularis omnino praevaleat, saepius vim significare divinam, quod praecipue ex Odyssea sit perspicuum. [2])

Argumenta, quibus demonstretur primam vocis δαίμονος vim fuisse passivam, ex carminibus epicis non posse elici.

[1]) Wide, o.l. p. 169: „Wie jene Entwicklung stattgefunden hat [ante Homerum sc.], sind wir nicht imstande zu erkennen." Cf. ib. p. 233.
Cf. Bethe-Wendland, o.l. p. 294 sq. Cauer, o.l. p. 318. Kröcher, o.l. p. 16.

[2]) Supra p. 155. Cf. Schoemann-Lipsius, o.l. II⁴, p. 156.
Illa vis divina maxime apud Homerum efficit, ut homines, velint nolint, deorum cedant arbitrio.
Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 208: „das menschliche Bewusstsein [wird] in der Entwicklung seines Pflichtverhältnisses zur Gottheit lediglich beherrscht durch die Vorstellung von der Macht derselben."
Beloch, o.l. I², 1, p. 175: „Überhaupt fehlt der Religion ursprünglich jeder ethische Inhalt. Die Götter sind die mächtigen Herren der Welt, die jedem nach ihrem Belieben, Glück und Unglück zuteilen."
Kröcher, o.l. p. 16. Wide, o.l. p. 199. Cauer, o.l.² p. 331.
Wecklein, B. Ph. W. 1900, col. 42: „Den Gedanken", inquit, „von Menander: τὸ κρατοῦν γὰρ πᾶν νομίζεται θεός möchte ich als Grundlage des griechischen Gottesbewusstseins bezeichnen." [cf. Gruppe, o.l. II, p. 1059,1; supra p. 149,1].
Simile quid Pythagoras dixisse fertur a Schol. T ad B 117: Πυθαγόρας ἐρωτηθείς, τί ἐστι θεός, τὸ πάντων κρατοῦν εἶπεν, ...

Δαίμονος propriam naturam hominibus non esse infensam neque a θεοῦ natura discrepare; eo vero, quod δαίμων magis magisque fati accipiat sententiam, quod mortem afferat formidolosam, cui omnes sint subiecti, crescere δαίμονος vim horrendam.[1])

Nihil porro argumenti afferre carmina epica, cur arbitremur δαίμονας esse mortuorum animas.

* * *

C de Hymnis Homericis.

Ea denique, quae ex Hymnis Homericis, qui aetate multum inter se differunt,[2]) sunt afferenda, breviter hic exponam.

Numerus pluralis vocis q.e. δαίμων, ad deos universos significandos, tribus invenitur locis:

h. in Cer. [II, ed. Allen], 337 sqq. Zeus Hermen ad Orcum mittit:

ὄφρ' Ἀΐδην μαλακοῖσι παραιφάμενος ἐπέεσσιν
ἁγνὴν Περσεφόνειαν ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος
ἐς φάος ἐξαγάγοι μετὰ δαίμονας, sq.[3])

h. in Ap. [III], 10 sqq.:

τῷ δ' ἄρα [Apollini sc.] νέκταρ ἔδωκε πατὴρ δέπαϊ χρυσείῳ
δεικνύμενος φίλον υἱόν, ἔπειτα δὲ δαίμονες ἄλλοι
ἔνθα καθίζουσιν·

h. in Merc. [IV], 381 Hermes ad Iovem patrem:

Ἠέλιον δὲ μάλ' αἰδέομαι, inquit, καὶ δαίμονας ἄλλους,

Certum deum significat δαίμων:[4])

h. in Merc. [IV], 138 sq. Hermen sic inducit poëta:

αὐτὰρ ἐπεί τοι πάντα κατὰ χρέος ἤνυσε δαίμων
σάνδαλα μὲν προέηκεν ἐς Ἀλφειὸν βαθυδίνην,

---

[1]) Maury, o.l. I, p. 256: „la divinité apparaît comme un être redoutable qui frappe, qui punit, qui nuit et qui persécute, plus encore que comme un être bienfaisant qui protège, conserve et défend. En effet, on commence par craindre Dieu, avant de l' aimer." — Quamquam non dico prorsus me haec probare.

[2]) De hymnis cf.: Bergk. o.l. pp. 743—771. Cuntz, o.l. p. 8. Ukert, o.l. p. 143. Neuhäuser, o.l. p. 23.
Fairbanks, o.l. p. 232. Campbell, o.l. p. 116 sqq. Bethe-Wendland, o.l. p. 288. Christ-Schmid, o.l. I[6], pp. 102—106.
v. Wilamowitz-Moellendorff, Die Griechische Literatur des Altertums [Kultur der Gegenwart I, 8[3] (1912)], p. 23 sq. Lübker, o.l. i.v. Homeros. K. Witte, Sing. u. Pl., pp. 159—168.

[3]) Vide supra p. 87.

[4]) Cf. Ebeling, o.l. i.v.; supra p. 156,2.

ib. 343 Mercurii opera ab Apolline dicuntur:

ἀγαυοῦ δαίμονος ἔργα.

ib. 551 Hermes sic appellatur:

θεῶν ἐριούνιε δαῖμον.[1])

h. XXX, 16 Tellus appellatur:

σεμνὴ θεὰ ἄφθονε δαῖμον.

h. in Pan. [XIX], 22 Pan sic inducitur:

δαίμων δ' ἔνθα καὶ ἔνθα χορῶν τότε δ' ἐς μέσον ἕρπων
πυκνὰ ποσὶν διέπει, sq.

ib. 41 Hermes δαίμων nominatur:

χαῖρεν δὲ νόῳ περιώσια δαίμων.

Reliqui loci sunt hi:

h. in Cer. [II], 235:

ὁ δ' ἀέξετο [Demophon sc.] δαίμονι ἶσος[2])

ubi δαίμων idem valet ac θεός;

ib. 300 de eodem haec profert poëta:

ὁ δ' ἀέξετο δαίμονος αἴσῃ.[3])

H. in Bacchum [VII], 8 sqq. poëta narrat Dionysum in iuvenis formam conversum a piratis Tyrrhenis esse captum, vinculis autem illum teneri non potuisse, tum gubernatorem ne quidam esset deus veritum, socios admonuisse, ut illum dimitterent; huic praefectum navis deinde procaciter imperavisse, ut suas res ageret [ib 29 sqq.]:

ἐς δὲ τελευτήν, inquit,
ἔκ ποτ' ἐρεῖ αὐτοῦ τε φίλους καὶ κτήματα πάντα
οὕς τε κασιγνήτους, ἐπεὶ ἡμῖν ἔμβαλε δαίμων.[4])

Hisce locis expositis satis apparet hymnos Homericos usu vocis q. e. δαίμων cum Iliade et Odyssea omnino concinere.

Alia vero sunt adiectiva, quae cum voce coniungantur: ἐριούνιος, ἀγαυός, ἄφθονος. Vox δαίμων cum hisce vocabulis coniuncta certum quendam deum significat.

---

[1]) De vocativo δαῖμον cf. Wackernagel, Über einige antike Anredeformen, Progr. d. Univ. Göttingen 1912 [cf. Glotta, Zeitschr. f. gr. und lat. Sprache VI (1915), p. 296)].

De voce q.e. ἐριούνιος vide: Bechtel, Lexil. p. 138.

[2]) Supra pp. 93,1; 133,1; de hoc loco cf. Agar, Class. Review, Vol. XXXI [1917], p. 118 sq.

[3]) Vid. supra p. 133.

[4]) Vide supra p. 126 sq.

CAPUT IV.

Quae sententia insit adiectivo quod est δαιμόνιος.

Ad statuendam vocis significationem vocabula derivata haud parum esse idonea, supra dictum est [p. 49].

Nitzsch, o. l. I, p. 89, quid inter θεόν et δαίμονα intersit disputans, iure affert adiectiva q.s. θεῖος et δαιμόνιος. „Am kenntlichsten," inquit, „ist er [der unterscheidende Grundbegriff] im Gebrauche der Adjektiven θεῖος und δαιμόνιος, von denen jenes das Göttliche als die höhere Trefflichkeit einer über das gemeine menschliche Mass begabten Natur, dieses dasselbe als das eine unbegriffene Macht Ankündigende, als das Staunen und somit auch leicht Furcht Erregende bezeichnet" [supra p. 42]. Haec refutare conatur Kröcher, o. l. p. 13 dicens: „Es ist unstatthaft, die besondere Bedeutung, welche sich schliesslich [?] für eine abgeleitete Form herausgebildet hat, demnächst auch auf das Stammwort zu übertragen" sqq. Quae nisi partim ei non concedo. Verbis derivatis interdum vocis primigeniae vim eximie illustrari, vix negari posse arbitror. In ipsa voce q.e. δαίμων insignite patet, quanti momenti sint verba, quae ab illa ducuntur, comparata cum verbis a voce q.e. θεός fictis; inter se conferantur haec: ἄθεος, δύσθεος et εὐδαίμων, δυσδαίμων.[1])

E voce q.e. δαίμων repetendae sunt origines verborum: δαιμόνιος, εὐδαίμων, ὀλβιοδαίμων, βαρυδαίμων, δυσδαίμων, κακοδαίμων, δεισιδαίμων, ἰσοδαίμων, e quibus apud Homerum haec tantum inveniuntur: δαιμόνιος,[2]) ὀλβιοδαίμων.[3])

Inquiramus, quae vis apud Homerum insit voci q.e. δαιμόνιος.

---

[1]) Cf. Kretschmer, Sprache [Gercke-Norden, o. l. I²], pp. 502—506. Schmidt, Synonym. d. Gr. Spr. IV, p. 2. Cohn, o. l. p. 729 sq.

[2]) δαιμόνιος in Iliade et Odyssea duobus et viginti locis legitur: Α 561. Β 190, 200. Γ 399. Δ 31. Ζ 326, 407, 486, 521. Ι 40. Ν 448, 810. Ω 194. δ 774. κ 472. ξ 443. σ 15, 406. τ 71. ψ 166, 174, 264.

In hymnis ter occurrit: h. in Merc. (IV, Allen), 97. h. in Bacch. (VII), 17, 26.

[3]) Γ 182: ὦ μάκαρ Ἀτρεΐδη, μοιρηγενές, ὀλβιόδαιμον, quo loco ὀλβιοδαίμων eum significat, cui numen favet. Ebeling, o. l. i. v.; supra p. 157,7.

Adiectivum κακοδαίμων legitur: Ep. XIV [Baumeister 1910], 21: γηθήσω δ᾽ ὁρόων αὐτῶν [centaurorum sc.] κακοδαίμονα τέχνην.

Cf. Ebeling, o. l. i. v.

Huiusce vocabuli omnibus locis, uno excepto [h. in Merc. (IV), 97], vocativus usurpatur et, duobus locis exceptis [ξ 443, h. IV, 97], hoc adiectivum semper in initio versus legitur.

In Iliade duobus tantum locis dii hac voce inter se appellant [A 561, Δ 31], uno loco [Γ 399] Aphrodite ab Helena, Iovis filia,[1]) δαιμονίη appellatur; reliquis locis, ut ubique in Odyssea, homines tantum hac voce alii alios appellant.

Primo locos exponamus illos, quibus homines ab hominibus voce q.e. δαιμόνιος appellantur.

Agamemnon in somnis a Iove adductus, ut exercitum ad Troiam aggrediendam instruat, se ad Graeciam copias reducturum esse simulat, ut militum animos tentet.[2])

Somnio et consilio Achivorum principibus aperto, milites ad contionem vocantur [B 1—86].

Consilio Agamemnonis audito multitudo, in patriam redeundi cupida, magno tumultu discessum parare coepit; omnes ad naves concurrunt [B 87—154].

Denique Ulixes, Athena auctore, duces militesque adit et animos conturbatos sedare conatur.

Duces singulos sic appellat Ulixes [B 190 sq.]:

B 190. δαιμόνι', οὔ σε ἔοικε κακὸν ὣς δειδίσσεσθαι,
ἀλλ' αὐτός τε κάθησο καὶ ἄλλους ἵδρυε λαούς·

Ad milites gregarios idem ille [B 200 sq.]:

B 200. δαιμόνι', inquit, ἀτρέμας ἧσο καὶ ἄλλων μῦθον ἄκουε,
οἳ σέο φέρτεροί εἰσι·

Ipsi grammatici antiqui, vocis q. e. δαιμόνιος interpretationem difficultate non carere arbitrati, copiose de hac re egerunt.

Schol. A ad B 190 annotat haec: αὕτη ἡ λέξις τῶν μέσων ἐστι, καὶ δηλοῖ ἀμφότερα, ὅτε μὲν ἐπὶ ἐπαίνῳ λεγομένη, οἷον θεῖε, μακάριε, μέγιστε, ἀγαθέ, ὅτε δὲ ἐπὶ ψόγῳ, ἄφρον καὶ μάταιε, ἢ χείριστε καὶ φαῦλε.[3])

Vocem deinde spectans ex significatione in quam vox δαίμων post Homerum[4]) abiit, numinis sc. deo inferioris, sic pergit

[1]) Cf. δ 184. ψ 218.

[2]) Cf. D. Mülder, Die Ilias und ihre Quellen, pp. 108—111.

[3]) Etym. M.: *Δαιμόνιος - μακάριος ἢ θαυμαστός. δαιμόνιε - μακάριε ἢ κακόδαιμον, φαυλότατε.*

[4]) Eandem rationem secutus Plut. de Is. et Os. c. 26, p. 360 A: *ἀκούομεν δέ*, inquit, *καὶ Ὁμήρου τοὺς μὲν ἀγαθοὺς διαφόρως θεοειδέας ἑκάστοτε [καλοῦντος] καὶ ἀντιθέους καὶ θεῶν ἄπο μήδε' ἔχοντας· τῷ δ' ἀπὸ τῶν δαιμόνων προσρήματι χρωμένου κοινῶς ἐπί τε χρηστῶν καὶ φαύλων* [coll. N 810] ... *ὡς τῶν δαιμόνων μικτὴν καὶ ἀνώμαλον φύσιν ἐχόντων καὶ προαίρεσιν.* Cf. Plat. Sympos. 202 E sqq. Heinze, Xenokr., p. 91 sq.

idem ille: ὅτε μὲν οὖν, φησί, θεῷ προσφέρει, ἥσσονα λέγει ἢ κατὰ θεόν, ὅτε δὲ ἀνθρώπῳ, ὑπερέχοντα ἀνθρώπου, ὡς δηλοῦσθαι ἥσσονα μὲν θεοῦ, ὑπερέχοντα δὲ ἀνθρώπου.

Gloss. interlin. A δαιμόνιε [B 190] sic vertitur: ὦ βέλτιστε. Item Eustathius vocis ancipitem naturam explicat haec dicens [ad B 190, p. 201, 32]: τὸ δαιμόνιε μέση λέξις, διὸ καὶ τὸν βασιλέα δαιμόνιον καλεῖ καὶ τὸν δημότην ὁμοίως δαιμόνιον· ἐκεῖνον μὲν ὡς εὐδαίμονα τοῦτον δὲ ὡς δυσδαίμονα. τῶν μέσων γάρ ἐστι καὶ ὁ δαίμων καὶ ἡ τύχη καὶ ἀμφιρρεπῶς ἔχουσιν αἱ λέξεις πρὸς εὔνοιαν ἀγαθήν τε καὶ μὴ τοιαύτην. ὅτε μέντοι τὸ εὖ καὶ τὸ δὺς προσλάβωσι τότε σαφῶς διακρίνονται· ἀεὶ τοίνυν παρὰ τῷ ποιητῇ ἐπαμφοτερίζει τὸ δαιμόνιος, ἀναλόγως τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις ποτὲ μὲν οὕτως, ποτὲ δὲ ἄλλως λαμβανόμενον.

Et Scholiastes igitur et Eustathius, etsi δαίμονι significationem ab Homero alienam adiudicant, vocis significationem ad ancipitem δαίμονος naturam referre videntur. Ut δαίμων occulta vi et bona et mala efficit, sic etiam homo, omnino divino illi occulto numini obiectus, sive in bonam sive in malam partem δαιμόνιος appellatur, quippe qui occulta illa vi ductus sive bene sive male agat, quo fit, ut alia apud alios praevaleat significatio.

Δαιμόνιος significare videtur eum, qui quodam divino ducatur numine, δαίμονι ἐχόμενος, cuiusque habitus humanum modum excedens, vi occulta effectus, admirationem movere soleat. [1])

[1]) Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 75: „δαιμόνιος ist die allgemeine Bezeichnung dessen, was speziell entweder ὀλβιοδαίμων (= wer einen glücklichen = guten Daimon hat) oder κακοδαίμων (nachhom.) heisst: also einen Daimon habend, sachlich richtiger ἐχόμενος δαίμονι, von einem D. besessen." Cf. supra p. 157,8.

Ameis-Hentze, ad ξ 443: „δαιμόνιος steht bei Homer stets im Vokativ als Anrede und bezeichnet zunächst den, dessen Handlungsweise man sich nur durch göttliche Einwirkung erklären kann, in gutem oder bösem Sinne: daher entweder Ausdruck der Bewunderung oder eines mildern oder stärkern Tadels."

Ukert, o. l. p. 143, 29: „Auch das Adiectivum δαιμόνιος gebraucht Homer häufig, so oft man sich über etwas betroffen fühlt, sich verwundert, etwas bewundert."

Gerhard, o.l. p. 240, 21: „Dämonisch heisst seit Homer jede wie aus unerklärlicher Quelle empfundene Person oder Einwirkung übermenschlicher Art; δαιμόνιον ein göttliches Verhängnis und Geheimnis."

Doederlein, o. l. III p. 339: „δαιμόνιος bald mit Lob: göttlich d.i. trefflich, bald mit Tadel: von einem Gott besessen, d. h. thöricht ...... Synonym mit σχέτλιος-ὑπὸ δαίμονος σχετος oder ἐχόμενος, eine momentane, unverschuldete Bethörung, welche in der unwiderstehlichen Macht der Gottheit ihre Entschuldigung findet."

Krejči, o.l. p. 174: „δαιμόνιος kommt bei Homer bloss in der Anrede vor: δαιμόνιε, δαιμόνιοι, um Staunen, Entsetzen über etwas auszudrücken.

Ubicumque enim apparebat quaedam vis obscura, numen quoddam divinum auctor habebatur, [1]) itaque homo, miro quodam et inexplicabili modo se gerens, dicebatur δαιμόνιος.

Idcirco Ulixes ipsos duces cum videt militum clamore et tumultu pavefactos neque amplius sui compotes, ob ignaviam increpat eosque vi occulta timore captos atque occaecatos ducens, singulos sic appellat: δαιμόνιε . . . quam vocem recte Germanice vertisse mihi videtur Ameis-Hentze „unbegreiflicher" i. e. „mirabilis".

Militem gregarium etiam gravius increpans Ulixes eadem voce,

Bei den Späteren bedeutet es bald: unmittelbar von den Göttern kommend, von der Gottheit verhängt, göttlich, bald menschliche Kräfte übersteigend, erstaunlich, ausserordentlich, und endlich trefflich, unglückselig, seltsam oder der von Gott besessene, Törichter, Unbesonnener. Alle diese Bedeutungen hängen mit der ursprünglichen [„in der Gewalt eines Daimons = eines bösen Geistes sein"] zusammen."

Cf. Schmidt, Synonym. d. Gr. Spr. IV, pp. 5 sqq.; 11.

Ebeling, o.l. i.v. Thesaurus L. Gr. II, c. 857 sq.

Finsler, o.l. I,[2] p. 270: „Die echte Bedeutung des Wortes [q.e. δαίμων] hat sich in dem Adjektiv daimonios unversehrt erhalten. Es bedeutet einen, von dem ein Dämon (i.e. „Geist," cf. p. 269) Besitz genommen hat, einen Besessenen."

[1]) V. supra p. 149, 1. Praeterea conferantur haec: E 177, 183. Z 108. O 467 sq. 472 sq. Ω 563 sq. ι 339. π 183, 194. τ 40.

Gruppe, o. l. II, p. 995: „wo etwas dem gewöhnlichen Verstande Unbegreifliches geschieht, da schaut das Auge des Sängers das Walten der Gottheit." Ib. p. 1058 sq.: „Von den vorhergehenden Perioden hatte die Religion der Kunst eine unübersehbare Menge einzelner Dämonen als Erbe erhalten. Wo eine unerklärliche Kraft vorhanden war oder vorhanden zu sein schien, wurde das Walten eines solchen Dämons angenommen; daran haben die Dichter nichts geändert." Ib. pp. 1090; 1063.

Cauer, Die Kunst des Übersetzens, p. 24 sq.: „Wenn die gewohnte Reihenfolge des Geschehens ein einzelnes Mal in auffallender Weise durchbrochen wurde, so konnte das wieder nur durch göttlichen Willen bewirkt sein: diese Betrachtung verdichtete sich zu dem Begriff δαιμόνιος; und δαιμόνιος ist derjenige, dessen Handlungsweise man sich nur durch Annahme einer göttlichen Einwirkung erklären kann, und gibt Fingerzeige für die Übersetzung." Grundfr.[2], p. 332 sq. Cf. Ameis-Hentze, Anh. Od. 3[3], p. 58 ad ξ 443.

Charles Michel, o.l. p. 194: „Le monde entier ..... était pour les anciens tout rempli et tout pénétré de forces divines ..... Cequi apparraissait brusquement, semblait un envoyé d'en haut, et, pour des âmes ainsi orientées, cequi faisait grande peine ou grand plaisir semblait une manifestation céleste."

Finsler, o.l. I[2] p. 237: „Göttliche Macht spricht aus allem, was dem Menschen fremd und unbegreiflich gegenübersteht."

neque tamen eodem sensu [1]) appellat: „δαιμόνιε" i. e. „stulte." [2])

Hector Heleni impulsu Troiam contendit, ut senes et matronas deos implorare iuberet; neque mirum est illum, qui tantam operam studiumque navaret, ut hostes depelleret et calamitatem Alexandri scelere effectam ab urbe averteret, fratrem in tanto discrimine rerum domi desidentem stomachose, appellasse δαιμόνιε — occaecate tu [Z 325 sqq.]:

τὸν δ' Ἕκτωρ νείκεσσεν ἰδὼν αἰσχροῖς ἐπέεσσι·
Z 326. δαιμόνι', οὐ μὲν καλὰ χόλον τόνδ' ἔνθεο θυμῷ. [3])
λαοὶ μὲν φθινύθουσι περὶ πτόλιν αἰπύ τε τεῖχος
μαρνάμενοι, σέο δ' εἵνεκ' ἀϋτή τε πτόλεμός τε
ἄστυ τόδ' ἀμφιδέδηε · σὺ δ' ἂν μαχέσαιο καὶ ἄλλῳ,
ὅν τινά που μεθιέντα ἴδοις στυγεροῦ πολέμοιο.
ἀλλ' ἄνα, μὴ τάχα ἄστυ πυρὸς δηΐοιο θέρηται.

Alexandrum non sua sponte sed occulta quadam vi occaecatum stomachari civibusque irasci Hector putat. [4])

Deinde Alexander Hectoris sermone impulsus non amplius morratur, arma induit, per urbem properat, Hectorem petit, qui ut cum uxore colloqueretur, domum abierat. Hectorem discessurum sic alloquitur Alexander [Z 518 sq.]:

ἠθεῖ', ἦ μάλα δή σε καὶ ἐσσύμενον κατερύκω
δηθύνων, οὐδ' ἦλθον ἐναίσιμον, ὡς ἐκέλευες.

---

[1]) Ukert, o. l. p. 143, 29: „Als Odysseus das Heer von übereilter Rückkehr abhalten will, wendet er sich freundlich zu den Anführern und nennt den Einzelnen δαιμόνιε, strafend redet er den Gemeinen ebenso an." Cf. Finsler, o.l. I², p. 158 ad B 190: „Wahnwitziger, dir steht es nicht an zu zittern, wie ein gemeiner Mann."

[2]) Nonnullis locis quomodo vertendum sit aegre diiudicatur.

Ebeling, o. l. i. v. ad B 190 annotat: „est lenius increpantis"; ad B 200: „est vehementius cum indignatione increpantis."

Camerarius in commentario ad l.: „habet haec vox," inquit, „apud Homerum semper aliquam increpationis significationem, sed non semper acerbam."

Autenrieth, Wörterbuch zu den Hom. Gedichten, i. v.: „unter guter oder schlimmer Einwirkung eines Gottes (δαίμων) stehend, daher Schmeichelwort oder scheltende Anrede, von dem erschreckt erstaunenden; mit einem Wort unübersetzbar (etwa: daimonisch) von einem Gott gesandt, besessener, Thörin arger, böser, grausamer, Närrchen, armes Weib."

Ameis-Hentze, ad l.: „Verblendeter."

[3]) Van Leeuwen ad l.: „non decet te civibus tantopere stomachari quantopere iam video ut domi desideas."

[4]) De Alexandri irae causa cf. Ameis-Hentze, Anh. Il. 2², p. 128 sq. Ebeling, o.l. i.v. ad Z 326: „est lenius increpantis."

cui sic respondet Hector [Z 521 sqq.]:

Z 521. δαιμόνι᾽, οὐκ ἄν τίς τοι ἀνήρ, ὃ ἐναίσιμος εἴη,
ἔργον ἀτιμήσειε μάχης, ἐπεὶ ἄλκιμός ἐσσι·
ἀλλὰ ἑκὼν μεθιεῖς τε καὶ οὐκ ἐθέλεις· τὸ δ᾽ἐμὸν κῆρ
ἄχνυται ἐν θυμῷ, ὅθ᾽ ὑπὲρ σέθεν αἴσχε᾽ ἀκούω
πρὸς Τρώων, οἳ ἔχουσι πολὺν πόνον εἵνεκα σεῖο·

Z 521 vocativo δαιμόνιε non prorsus eadem inest significatio atque loco supra laudato [Z 326], id quod iam satis apparet, si ea quae Hector dicit ib. 325 et 520 inter se contuleris; est sane lenius increpantis, nec tamen significat: „occaecate tu" sed: „morose, abnormis vir". A m e i s-H e n t z e recte vertit „un-begreiflicher". Alexander sic appellatur, quippe qui de tantulis se excuset, gravioribus autem probris non commoveatur.[1])

Andromache ex inopinato maritum conspiciens dolore atque admiratione capta exclamat [Z 407 sqq.]:

Z 407. δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος, οὐδ᾽ ἐλεαίρεις
παῖδά τε νηπίαχον καὶ ἔμ᾽ ἄμμορον, ἣ τάχα χήρη
σεῦ ἔσομαι· τάχα γάρ σε κατακτανέουσιν Ἀχαιοὶ
πάντες ἐφορμηθέντες.

Schol. B sic explicat: θαυμάζει μὲν οὖν τὴν ἰσχύν, οὐκ ἐπαινεῖ δὲ τὸ θράσος· οὔτε δὲ Ἕκτορ οὔτε ἆνέρ φησιν, ἀλλὰ δαιμόνιε, ὃ παρεμφαίνει θυμόν τε καὶ εὔνοιαν.

E u s t a t h i u s idem fere censet [p. 651]: ἁρμόζει παντὶ θρασυνομένῳ ὑπὲρ τὸ δέον.... θαυμάζει μὲν γάρ φασι τὴν ἰσχὺν τοῦ ἀνδρὸς τὸ δὲ θράσος οὐκ ἐπαινεῖ· ὃ καὶ ὀκνήσασα ὀνομάσαι διὰ τὸ δύσφημον, μένος εἶπε ἀντ᾽ αὐτοῦ, sqq.

Eximia Hectoris virtus Andromachae admirationem movet atque pavorem.[2]) Illud δαιμόνιε aegre una voce transfertur; est: „admirabilis, horrende vir." Δαιμόνιον Hectorem appellat Andro-mache, quippe quae non ipsius robore atque mente motum sic agere Hectorem putet, sed vi occulta, divina adductum.

Alio vero sensu Hector uxorem appellat δαιμονίην [Z 484 sqq.]:

πόσις δ᾽ ἐλέησε νοήσας
χειρί τέ μιν κατέρεξεν ἔπος τ᾽ ἔφατ᾽ ἔκ τ᾽ ὀνόμαζε·
Z 486. δαιμονίη, μή μοί τι λίην ἀκαχίζεο θυμῷ.

[1]) A m e i s-H e n t z e, ad l.: „δαιμόνιε, milde tadelnd: unbegreiflicher, weil er wegen einer geringen Sache sich übereifrig entschuldigt, während er schlimmere Vorwürfe über sich ergehen lässt."

[2]) L e h r s, o. l. p. 146: „Wenn Andromache," inquit, „mit Hektor zusammentreffend, als er seinen Knaben anlächelt, ihm die Hand giebt und das Gespräch beginnt: „dämonischer — seltsamer Mann, übersetzt Voss, — dein Muth wird dich zu Grunde richten, und du hast kein Mitleid mit Weib und Kind," so ist's der Eindruck des mit Erschrecken verbundenen Erstaunens im Anblick seiner unerschütterlichen Heldenruhe."

Sunt blanditiae amantis eiusdemque commiserantis, quibus Hector discedens Andromachae consolatur dolorem. Tam cara Andromache videtur Hectori, ut non vulgari quodam affectu illam commoveri putet Hector, sed vi quadam inexplicabili.[1]) Una voce, quae eundem ducit colorem atque vocabulum graecum, illud δαιμόνιε in latinum non facile transfertur, est: divina, carissima.

Diomedes Agamemnonem increpans quod, cum ipse sit ignavus, ceteros quoque Achivos imbelles et timidos esse ducat [I 40 sq.]:

I 40. δαιμόνι', inquit, οὕτω που μάλα ἔλπεαι υἷας Ἀχαιῶν
ἀπτολέμους τ' ἔμεναι καὶ ἀνάλκιδας, ὡς ἀγορεύεις;

Agamemnonem, adeo ignavos esse arbitratum Achivos, vehementer errare existimat Diomedes, neque id numine divino auctore fieri ignorat, cum omnia hominum mala a diis effici credantur, [2]) id quod Agamemnon ipse confessus [ib. 18 sqq.]:

ὦ φίλοι, inquit, Ἀργείων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες,
Ζεύς με μέγας Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ
σχέτλιος, sq.

quod idem Ulixes universe sic interpretatur [σ 137 sq.]:

τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

In hac re notissima vix exemplis videtur opus esse.[3]) Is, qui praeter modum stulte agat, id quod virorum ducem imprimis dedecet, divina vi occaecatus esse videtur. Virum talem, stultitia occaecatum, δαιμόνιον appellari, facile intellegitur. „Occaecate tu," inquit Diomedes.[4])

Idomeneus, qui Othryoneum, Asium, Alcathoum Troianos inter-

---

[1]) Sententiam pulchre expressit Lehrsius [ib.]: „Wenn später er sein letztes Abschiedswort, indem er sie mit der Hand streichelt, also beginnt: „Dämonische, sei mir nicht gar zu betrübt im Herzen....," so ist's herzliches Schmeichelwort. Es wird bezeichnet, dass mir einer so lieb, so gut, so hold erscheint, dass ich mir's gleichsam auf natürlichem Wege nicht mehr erklären kann, sondern durch die Einwirkung eines Dämons."

Finsler, o.l. I², p. 270 „δαιμόνιε" hic vertit: „Närrchen." [?]

Ameis-Hentze, ad l.: „du Arme." Ebeling, o.l. i.v. ad l.: „est lenius increpantis."

Cf. Plut. Cons. ad Apollonium, c. 31, p. 118 A.

[2]) Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. pp. 71—74. Vide supra p. 135. Teuffel, o.l. p. 17 sq. Gruppe, o.l. II, p. 1005 sq.

[3]) Cf. ψ 11 sqq. Γ 164. Ζ 349. Τ 270.

[4]) Ameis-Hentze, ad l.: „Verblendeter."

-fecit, Deiphobum, se unum [Hypsenorem sc.] ex Achivis occidisse gloriantem, sic increpat [N 446 sqq.]:

Δηίφοβ', ἦ ἄρα δή τι εἴσκομεν ἄξιον εἶναι
τρεῖς ἑνὸς ἀντὶ πεφάσθαι; ἐπεὶ σύ περ εὔχεαι οὕτω·
N 448. δαιμόνι', ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐναντίον ἵστασ' ἐμεῖο,
ὄφρα ἴδῃ, οἷος Ζηνὸς γόνος ἐνθάδ' ἱκάνω, sq.

Idomeneus miratur Deiophobum. Hypsenore occiso, nimis victoria elatum in se, Iove prognatum, pugnam suscipere.

Δαιμόνιος N 448 ut supra [I 40] significat virum occaecatum. [1])

Hector cupiditate bellandi ardens, Marti similis, hostium phalangas tentat [N 802—807], quem Aiax primus provocat, haec dicens [N 810 sqq.]:

N 810. δαιμόνιε, σχεδὸν ἐλθέ· τί ἦ δειδίσσεαι αὔτως
Ἀργείους; οὔ τοί τι μάχης ἀδαήμονές εἰμεν,
ἀλλὰ Διὸς μάστιγι κακῇ ἐδάμημεν Ἀχαιοί.

Hector ab Aiace δαιμόνιος habetur, quippe qui nimia audacia et ostentatione occaecatus mirum in modum temere furat nec tamen quemquam Graecorum ad pugnam provocet; itaque Aiax miratus exclamat: δαιμόνιε i.e. insane.

Priamus Hecubam de Iridis mandato ut Hectoris corpus redimat certiorem faciens [Ω 194 sqq.]:

Ω 194 δαιμονίη, inquit, Διόθεν μοι Ὀλύμπιος ἄγγελος ἦλθε
λύσασθαι φίλον υἱόν, ἰόντ' ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν,
δῶρα δ' Ἀχιλλῆι φερέμεν, τά κε θυμὸν ἰήνῃ.

Priamus uxorem iam tantis malis afflictam, misericordia captus δαιμονίην, i.e. infelicem, [2]) appellat, cum post tanta mala etiam marito eius Iovis iussu periculosa expeditio sit ineunda.

Hisce locis expositis ex Iliade restant haec:

Zeus non mediocriter suscensens ad Heram [A 561]:

A 561. δαιμονίη, inquit, αἰεὶ μὲν ὀίεαι, οὐδέ σε λήθω·

Zeus se Herae semper in suspicionem cadere aegre ferens, [3])

[1]) Ameis-Hentze, ad l.: „δαιμόνιε verblendeter, sofern er sich seines Sieges überhoben hat."

In Iliade hoc uno loco δαιμόνιος non usurpatur in sermonis initio; cf. ξ 443.

[2]) Ameis-Hentze, ad l.: „du Arme." Ebeling, o.l. i.v.: „est com-miserantis."

Van Leeuwen, ad l.: „commiserantis nunc est hoc adi. ut ξ 443, ceteris locis improbantium."

δαιμόνιος h.l. idem valet ac postea κακοδαίμων, δυσδαίμων.

[3]) Schol. D ad A 561: δια παντὸς μεν με ὑπονοεῖς.

Schol. B ad l. annotat δαιμονίη] μακαρια, ἐν σαρκασμῷ et Gloss. interlin. A: νῦν κακη, φαύλη.

Thetidi petenti, ut Achillem honore afficiat, aegre satisfacit [A 518 sqq.]:

ἦ δὴ λοίγια ἔργ', inquit, ὅ τέ μ' ἐχθοδοπῆσαι ἐφήσεις
Ἥρῃ, ὅτ' ἄν μ' ἐρέθῃσιν ὀνειδείοις ἐπέεσσιν.
ἡ δὲ καὶ αὔτως μ' αἰὲν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
νεικεῖ, καί τέ μέ φησι μάχῃ Τρώεσσιν ἀρήγειν.
ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν αὖτις ἀπόστιχε, μή τι νοήσῃ
Ἥρη· ἐμοὶ δὲ κε ταῦτα μελήσεται, ὄφρα τελέσσω.

Quo magis Zeus veretur, ne colloquium cum Thetide habitum, cognoscat Hera, quippe quae semper ipsius consiliis officiat, eo vehementius ille Herae, quae Thetidem supplicantem vidit, irascitur eamque cum indignatione increpat.

Iure mireris deam δαιμονίην appellari.

Hac voce A 561 non significatur natura divina, sed hominum more summa aperitur indignatio. [1])

Iterumque rixa cum Hera orta Zeus illam appellat δαιμονίην [Δ 31].

Hera irata ad Iovem [Δ 25 sqq.]:

αἰνότατε Κρονίδη, inquit, ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες.
πῶς ἐθέλεις ἅλιον θεῖναι πόνον ἠδ' ἀτέλεστον
ἱδρῶ θ', ὃν ἵδρωσα μόγῳ; καμέτην δέ μοι ἵπποι
λαὸν ἀγειρούσῃ, Πριάμῳ κακὰ τοῖό τε παισίν.
ἔρδ'· ἀτὰρ οὔ τοι πάντες ἐπαινέομεν θεοὶ ἄλλοι.

Cui Zeus sic respondet [ib. 31 sqq.]:

Δ 31. δαιμονίη, τί νύ σε Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες
τόσσα κακὰ ῥέζουσιν, ὅ τ' ἀσπερχὲς μενεαίνεις
Ἰλίου ἐξαλαπάξαι εὐκτίμενον πτολίεθρον;
εἰ δὲ σύ γ' εἰσελθοῦσα πύλας καὶ τείχεα μακρὰ
ὠμὸν βεβρώθοις Πρίαμον Πριάμοιό τε παῖδας
ἄλλους τε Τρῶας, τότε κεν χόλον ἐξακέσαιο.

Hera ἐπὶ ψόγῳ appellatur δαιμονίη, quippe quae odio implacabili, vi horrenda, inexplicabili duci videatur. Δαιμονίη Δ 31 est: horrenda mulier.

Aphrodite, in anus figuram conversa, Helenam incitat, ut redeat domum Alexandrumque conveniat; illa, dea recognita [Γ 399]:

Cf. Thesaurus L. Gr. II², c. 859 ad l.: „misera, sunt tamen et qui interpr. Improba, scelesta."

[1]) Ameis-Hentze, ad l.: „du Arges Weib."

Ebeling, o.l. i.v.: „vehementius cum indignatione increpantis."

Cauer, Die Kunst. d. Übers., p. 24: „Zeus will sagen: das geht nicht mit rechten Dingen zu" [?]; cf. Ameis-H., Anh. Il. 1, p. 78.

Trollope, in commentario suo ad l.: „δαιμονίη, a term of address very frequent in Homer, and similar to the Latin, o bona [?]. It generally, in Homer, expresses a degree of rebuke or indignation."

Ut plane vernaculis utar verbis: „verduiveld wijf!"

Γ 399. δαιμονίη, inquit, τί με ταῦτα λιλαίεαι ἠπεροπεύειν;

Helena, iam semel illius deae dolis obiecta, ne denuo decipiatur a dea, quae rursus mala in ipsam machinetur, verita [ib. 405]:

τοὔνεκα, inquit, δὴ νῦν δεῦρο δολοφρονέουσα παρέστης;

Vim dolosam sibi perniciosam praesagiens, exclamat Helena: „δαιμονίη," i.e. horrenda, vel scelesta, ἐπὶ ψόγῳ enim dicitur.[1])

Perraro accidit apud Homerum, ut deus vel dea hac voce appelletur. Appellatio illa, qua homines tantum appellari solent, paucis locis in deos quoque translata esse videtur, quos poëta hominum more loquentes inducit.[2])

---

[1]) Ameis-Hentze, ad l.: „du Arge." Cf. Anh. Il. 1, p. 194. Ebeling, o.l. i.v.: „vehementius cum indignatione increpantis." Schol. B ad l.: παρρησιάζεται ἡ Ἑλένη ὡς πρὸς ἀδελφήν.

Cf. Finsler, o.l. I², p. 284. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 148 sqq.

[2]) Hild, apud Daremb. et Saglio, o.l. II, 1, p. 10: „cet adjectif [δαιμόνιος] toujours au vocatif et appliqué à des personnes humaines, par exception à des divinités dans des circonstances qui les mettent de plain pied avec des mortels."

De rixa inter Iovem et Heram orta, de universa deorum discordia ingeniose scripsit Dietrich Mülder, o. l. c. VI, 2, quod inscribitur „Himmlischer Zwist", pp. 121—127, qui censet eiusmodi fabulas poëtam hausisse ex fonte qui dicitur „Heraklesschwanke" [cf. ib. pp. 127—133]: p. 121: „Überall," inquit, „wird ein im Himmel herrschender Familienzank mit groszem Behagen in einer Weise geschildert, dasz man sich in einen Schwank versetzt fühlt. Wir stoszen hier auf eine neue, von den vorher behandelten gründlich verschiedene Quelle, die auszer anderem auf die neue Dichtung den Einflusz geübt hat, dasz das Göttliche in ihr auf einen parodistischen Ton gestimmt ist."

De fonte illo haec profert Mülder [p. 127]: „Ihrer Einwirkung ist es zuzuschreiben, wenn in der Ilias von den Gestalten, die sonst Gegen--stand gläubiger Verehrung sind, soviel Despektierliches erzählt wird, woran ernsterer Sinn der Volksgenossen schon früh schweren Anstosz genommen hat. Diese souveräne Art, mit den Himmlischen umzuspringen, gehört einer besonderen poetischen Gattung an, sie ist kein reales Abbild der allgemeinen Volksstimmung." sqq.

P. 128: „Diese Götter sind nicht Geschöpfe religiösen Bedürfnisses, sondern dichterischer Laune ..... sie sind eine andere Art Men--schen, nicht der Wirklichkeit, sondern der souveränen Phantasie." Cf. Mülder, Burs. Jahresb. B. 157 [1912], p. 138.

Itaque ne quis miretur Iovem et Heram hominum more inter se ap--pellare, neve plus ex hac appellatione eruatur quam re vera insit. Poëtae ingenio enim multa debentur, quae alio modo omnino explicari non pos--sunt. Wilhelm Nestle, Anfänge einer Götterburleske bei Homer [Neue Jahrbb. XV (1905)], p. 168: „Schon das ganze Verhältnis," inquit, „des höchsten Götterpaares, ... ist im Epos fast aller Erhabenheit entkleidet und stark ins menschlich Alltägliche herabgezogen." Vid. Cauer, Bericht über die Litteratur zu Homer (1888—1901), Burs. Jahresb. B. 112 [1902], p. 9.

In Iliade igitur vox q.e. δαιμόνιος significat haec: mirabilem, stultum, occaecatum, morosum, abnormem, insanum, infelicem, horrendum, scelestum.

* * *

Ex Odyssea haec sunt afferenda:

Antinous ceteros procos superbia occaecatos, Telemachi vitae insidiantes increpans admonet, ut consilia celent, ne quis quicquam enuntiet [δ 774 sq.]:

δ 774. δαιμόνιοι, inquit, μύθους μὲν ὑπερφιάλους ἀλέασθε
πάντας ὁμῶς, μή πού τις ἀπαγγείλῃσι καὶ εἴσω.

Admodum ἐπὶ ψόγῳ dicitur illud δαιμόνιοι; significat insanos, mente captos. [1])

Eadem fere sententia Ulixes a sociis δαιμόνιος dicitur, quippe qui a Circe nympha comiter exceptus et optime curatus in patriam reditus videatur oblivisci. Ulixes ad Alcinoum [κ 469 sqq.]:

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐνιαυτὸς ἔην, inquit, περὶ δ' ἔτραπον ὧραι,
[μηνῶν φθινόντων, περὶ δ' ἤματα μακρὰ τελέσθη,]
καὶ τότε μ' ἐκκαλέσαντες ἔφαν ἐρίηρες ἑταῖροι·
κ 472. δαιμόνι', ἤδη νῦν μιμνήσκεο πατρίδος αἴης,
εἴ τοι θέσφατόν ἐστι σαωθῆναι καὶ ἱκέσθαι
οἶκον ἐς ὑψόροφον καὶ σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.

Itemque Ulixes, graviter ferens Irum tam insolenter se iactare, qui non meliore fortuna quam ipse Ulixes utatur [σ 15 sq.]:

σ 15. δαιμόνι', inquit, οὔτέ τί σε ῥέζω κακὸν οὔτ' ἀγορεύω,
οὔτέ τινα φθονέω δόμεναι καὶ πόλλ' ἀνελόντα. [2])

Neque aliter Telemachus procos non amplius mentis compotes increpat [σ 406 sq.]:

σ 406. δαιμόνιοι, μαίνεσθε καὶ οὐκέτι κεύθετε θυμῷ
βρωτὺν οὐδὲ ποτῆτα·

et addit: θεῶν νύ τις ὔμμ' ὀροθύνει.

Hic satis apparet δαιμονίους dici procos δαίμονι κατεχομένους, ut graece dicam, insaniae scilicet divina quaedam vis auctor est habenda. [3])

[1]) Ameis-Hentze, ad l.: „hier stark tadelnd: ihr Besessenen."

[2]) Ameis-Hentze, ad l.: „toller Kauz."
Ebeling, o.l. i.v. ad l.: „vehementius cum indignatione increpantis."

[3]) Ameis-Hentze, ad l.: „ihr Tollen."
Ebeling, o.l. i.v. ad l.: „vehementius cum indignatione increpantis ubi falso cum laude dictum putat Doederlein."
Schol. H ad l.: θαυμάσιος ἐπὶ κακῷ.
De hominibus morbo aut insania laborantibus, qui post Homerum μαινόμενοι, κατεχόμενοι, δαιμονῶντες, δαιμονιζόμενοι dicuntur, cf. Tamborino, o.l. pp. 59—62; vide supra p. 3 sqq.

Ulixes Melantho, quae ei mendici veste induto insultat, haec rogat [τ 71]:

τ 71. δαιμονίη, τί μοι ὧδ' ἐπέχεις κεκοτηότι θυμῷ;

Hoc quoque loco „δαιμονίη" ἐπὶ ψόγῳ dicitur, insanam, mente captam significans. [1])

Reliquis locis δαιμόνιος significat: morosum, abnormem, mirabilem. Ulixes hospitaliter ab Eumaeo exceptus, ei sic gratias agit [ξ 440 sq.]:

αἴθ' οὕτως, Εὔμαιε, φίλος Διὶ πατρὶ γένοιο
ὡς ἐμοί, ὅττί με τοῖον ἐόντ' ἀγαθοῖσι γεραίρεις.

Cui Eumaeus sic respondet [ξ 443 sqq.]:

ξ 443. ἔσθιε, δαιμόνιε ξείνων, [2]) καὶ τέρπεο τοῖσδε,
οἷα πάρεστι. θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει,
ὅττί κεν ᾧ θυμῷ ἐθέλῃ· δύναται γὰρ ἅπαντα.

Eumaeus miratur hospitem adeo sibi gratum esse, cum cuiusque sit hospites, sub deorum tutela positos, hospitaliter accipere. [3])

Ulixes stabilem Penelopae animum miratus deosque huiusce animi habitus auctores esse existimans [ψ 166 sq.]:

ψ 166. δαιμονίη, inquit, περὶ σοί γε γυναικῶν θηλυτεράων
κῆρ ἀτέραμνον ἔθηκαν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες·

Penelope autem verita, ne quodam dolo decipiatur, [4]) appellationem eandem in Ulixem convertit, quippe quae iniuria se increpare illum putet [ib. 174 sq.]:

ψ 174. δαιμόνι', inquit, οὔτ' [5]) ἄρ τι μεγαλίζομαι οὔτ' ἀθερίζω
οὔτε λίην ἄγαμαι, sq.

---

[1]) Ameis-Hentze, ad l.: „Besessene." Schol. H ad l.: θαυμασία ἐπὶ κακῷ.

[2]) Cf. ξ 361: ἆ δειλὲ ξείνων — = φ 288; α 14: δῖα θεάων; Γ 423 δῖα γυναικῶν; Λ 248 ἀριδείκετος ἀνδρῶν. Cf. Herod. IV, 126: δαιμόνιε ἀνδρῶν. VII, 48, 2. Theognis 307. Aristoph. Ran. 835, 1227. Aves 1638. Eccles. 564, 784.

Vid. Kühner-Gerth, Ausführl. Grammat. d. G. Spr. II³, 1, p. 339. Schwab, Hist. Synt. der Gr. Compar. I [1893], p. 9. Brugmann-Thumb, Griech. Gr.⁴ [1913], p. 449.

[3]) Schol. B Q ad ξ 443: ὦ κακοδαιμονέστατε· τοῦτο δέ φησιν οἰκτείρων καὶ συμπαθῶν.

Ebeling, o.l. i.v.: „est admirantis." Ameis-Hentze, ad l.: „du wunderlicher, weil der Fremde von der Fürsorge des Eum. soviel Aufhebens macht." Cf. supra p. 169,1.

[4]) Ameis-Hentze, ad l.: „seltsames Weib."
Cf. ψ 215 sqq.: αἰεὶ γάρ μοι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν
ἐρρίγει, μή τίς με βροτῶν ἀπάφοιτ' ἐπέεσσιν
ἐλθών· πολλοὶ γὰρ κακὰ κέρδεα βουλεύουσιν.

[5]) Ameis-Hentze, ad l.: „seltsamer Mann". Cf. Anh, Od. 4³, p. 91. Vid. v. Wilamowitz, Hom. Untersuch., p. 77.

Paulo post Ulixes, miratus quid sit quod Penelope tantos dolores perpessa mediis in reditus gaudiis etiam tunc de aliis malis per-cunctetur, leviter increpans [ψ 264 sq.]:

ψ 264. δαιμονίη, inquit, τί τ' ἄρ' αὖ με μάλ' ὀτρύνουσα κελεύεις
εἰπέμεν;

In Odyssea vox q.e. δαιμόνιος significat: insanum, occaecatum, abnormem, mirabilem.

Ex hymnis Homericis qui dicuntur, tres loci sunt afferendi.

Baccho, in iuvenis figuram converso a piratis Tyrrhenis in litore capto, catenas iniecisse nautas narrat poëta. Vincula autem in terram decidisse, quo monstro commotum gubernatorem exclamasse [h. in Bacch. (VII), 17 sqq.]:

h. Bacch. 17 Δαιμόνιοι τίνα τόνδε θεὸν δεσμεύεθ' ἑλόντες
καρτερόν; οὐδὲ φέρειν δύναταί μιν νηῦς εὐεργής.
ἢ γὰρ Ζεὺς ὅδε γ' ἐστὶν ἢ ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
ἠὲ Ποσειδάων· ἐπεὶ οὐ θνητοῖσι βροτοῖσιν
εἴκελος, ἀλλὰ θεοῖς οἳ Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσιν.

Δαιμόνιοι hic occaecatos significat.

Praefectus navis respondet [ib. 26 sq.]:

Bacch. 26 δαιμόνι' οὖρον ὅρα, ἅμα δ' ἱστίον ἕλκεο νηὸς
σύμπανθ' ὅπλα λαβών· ὅδε δ' αὖτ' ἄνδρεσσι μελήσει.

ubi δαιμόνιος stultum significat.

H. in Merc. (IV), 97 voci q. e. δαιμόνιος inest sententia, quae hoc uno loco in carminibus Homericis occurrit, neque vero in appellatione sed in narratione legitur:

h. Merc. 97 ὀρφναίη δ' ἐπίκουρος ἐπαύετο δαιμονίη νύξ

hic nox appellatur divina. [1])

His omnibus perpensis summa summarum haec est:

Adiectivum quod est δαιμόνιος, duobus locis exceptis [ξ 443, h. in Merc. (IV), 97] ubique in initio versus usurpatur; dicitur cum laude de homine, in quo quaedam eximia atque inexplicabilis vis, divino quodam numine effecta, se ostendit; saepius cum reprehensione dicitur de eo, qui mirum in modum aut superbe aut stulte agere videtur,

[1]) Ebeling, o.l. i. v.: „divinus, h. Merc. 97."

Finsler, o.l. I[2], p. 237: „Die Macht der Götter erkennt der Mensch vor allem in der Natur .... Göttliche Macht spricht aus allem, was dem Menschen fremd und unbegreiflich gegenübersteht. Heilig ist der Tag und das nächtliche Dunkel."

Cf. ξ 93. De hymno in Merc. vide Gilbert, Griech. Götterlehre Leipzig [1898], p. 205 sq. R. Böttcher, De hymno in Merc. Homerico [Halle 1907]. Christ.-Schmid, o.l. I[6], p. 104.

neque usquam apud Homerum, h. IV, 97 excepto, ulla res hac voce appellatur.[1])

Iure igitur Schol. A ad B 190: αὕτη ἡ λέξις, inquit, τῶν μέσων ἐστί, ... ὁτὲ μὲν ἐπὶ ἐπαίνῳ λεγομένη . . . . ὁτὲ δὲ ἐπὶ ψόγῳ. Itemque Eustathius vocis vim recte perspexisse mihi videtur, cum dicit ad B 190, p. 201: ἀεὶ τοίνυν παρὰ τῷ ποιητῇ ἐπαμφοτερίζει τὸ δαιμόνιος, ἀναλόγως τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις· ποτὲ μὲν οὕτως ποτὲ δὲ ἄλλως λαμβανόμενον. [2])

Ancipitem apparet esse vim vocis q.e. δαιμόνιος, quae apud Homerum universe significat eum, qui incerta, obscura, mirabili vi ducatur. [3])

Quid intersit inter adiectiva q.s. δαιμόνιος et θεῖος, ex ipsis vocabulis, si inter se contuleris, planum fit.

Significatio vocis q.e. θεῖος [4]) numquam est incerta vel ambigua: apud Homerum significat personam certam divino splendore eminentem aut rem quandam sive a diis ortam sive divina natura praeditam; semper in mentem vocat magnificentiam illam, qua dii praediti fingebantur[5]); vox q.e. θεῖος numquam est, ut cum Eustathio

[1]) Quid δαιμόνιος significet, recte explicat Ameis-Hentze ad ξ 443; vid. supra p. 169,1.

[2]) Thes. L. Gr. II, c. 829: „Alioqui certe δαιμόνιος proprie vel Beatum i.e. εὐδαίμονα vel Miserum i.e. δυσδαίμονα signif. quod δαίμων sit vox media."

[3]) Huiusce vocis notionem ad antiquissimam religionem, qui animismus dicitur, referendam esse fortasse dixerit quispiam.

Utrum vocabuli δαιμόνιος usus ad hanc opinionem spectet necne, diffi-cilius diiudicatur. Animismo universa habentur animata, apud Homerum vero soli homines δαιμόνιοι appellantur, neque umquam de rebus dicitur, uno loco excepto.

Praesertim in his rebus maxime incertis cautione opus est. Poëta fortasse e lingua vulgari sumpsit appellationem illam, cuius propria signi-ficatio iam diu erat obliterata.

Cf. De Visser, o.l. p. 3 sqq., qui tamen animismi vim in maius extulit. Krejci, o.l. p. 174. Michel, o.l. p. 194 sq. Gruppe, o.l. II, p. 1063: „Der Grieche", inquit, „ist eigentlich zu keiner Zeit vollständig über die Anschauung des alten Dämonenglaubens hinausgekommen, dass die Gottheit ein Fluidum sei, das ein natürliches Objekt durchdringt, wie die Seele den animalischen Körper." Vid. supra p. 170,1. Praeterea cf. Fr. Paulsen, Einleitung in die Philosophie[11] [1904], p. 292. Supra p. 35,2.

[4]) Ebeling, o.l. i.v. θεῖος.

Nitzsch, o.l. I, p. 89: „θεῖος das Göttliche als die höhere Trefflichkeit einer über das gemeine menschliche Mass begabten Natur." [supra p. 167].

Schmidt, Gr. Synon. IV, p. 5 sq.

[5]) A poëta Ares et Athena in Achillis scuto sic depinguntur [Σ 516 sqq.]:

ἦρχε δ' ἄρα σφιν Ἄρης καὶ Παλλὰς Ἀθήνη,
ἄμφω χρυσείω, χρύσεια δὲ εἵματα ἕσθην,

dicam, μέση λέξις neque umquam παρὰ τῷ ποιητῇ ἐπαμφοτερίζει τὸ θεῖος : semper in bonam partem usurpatur. [1])

Exempli causa affero haec :

θεῖος dicitur κήρυξ : Δ 192. κ 315. [Α 334 κήρυκες Διὸς ἄγγελοι appellantur].

θεῖος dicitur ἀοιδός: α 336. δ 17. θ 43, 47, 87, 539. ν 27. π 252. ρ 359. ψ 133, 143. Σ 604.

θεῖοι βασιλῆες: δ 691, cf. ib. 621. π 335.

Οἰλεύς dicitur θεῖος Ν 694 ; Μύνης Τ 296 ; Ἀχιλλεύς Τ 297 ; Ἶλος Κ 415 ; Ὀδυσσεύς Β 335. α 65. ο 313, 347. π 53. ρ 3, 230. σ 417. υ 248, 283, 298. υ 325. φ 74, 244, 432.

Χίμαιρα est θεῖον γένος [Ζ 180]. [2])

Ὄνειρος θεῖος [Β 22. ξ 495 (Hes. : ἐκ θεοῦ, θεόπεμπτος)], θείη

καλῶ καὶ μεγάλω σὺν τεύχεσιν ὥς τε θεώ περ,
ἀμφὶς ἀριζήλω· λαοὶ δ' ὑπ' ὀλίζονες ἦσαν.

De Aphrodita, quam agnovit Helena, dicitur [Γ 396 sqq.] :

καί ῥ' ὡς οὖν ἐνόησε θεᾶς περικαλλέα δειρὴν
στήθεά θ' ἱμερόεντα καὶ ὄμματα μαρμαίροντα,
θάμβησέν τ' ἄρ' ἔπειτα sq. Cf. Α 199 sq.

De Poseidone cf. Ν 17 sqq.

De Hectore dicitur [Ω 258 sq.] :

ὃς θεὸς ἔσκε μετ' ἀνδράσιν, οὐδ' ἐῴκει
ἀνδρός γε θνητοῦ παῖς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο.

Athenam Ulixem pulchriorem reddentem sic inducit poëta [ζ 229 sqq.] :

τὸν μὲν Ἀθηναίη θῆκεν, Διὸς ἐκγεγαυῖα,
μείζονά τ' εἰσιδέειν καὶ πάσσονα, κὰδ δὲ κάρητος
οὔλας ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας sq.

deinde Nausicaa Ulixis figuram mirata exclamat [ib. 243] :

νῦν δὲ θεοῖσιν ἔοικε,

De Castianeira dicitur [Θ 305] : *δέμας εἰκυῖα θεῇσι*, quod idem de Hecameda [Λ 638] et de Briseide [Τ 287], quae [ib. 282] dicitur esse *ἰκέλη χρυσῇ Ἀφροδίτῃ.*

Talthybius inducitur [Τ 250] *θεῷ ἐναλίγκιος αὐδήν*, cf. α 371. η 5. θ 174. ι 4. De Ulixe dicitur [τ 267] : *ὅν φασι θεοῖς ἐναλίγκιον εἶναι.* De Telemacho [β 5] *βῆ δ' ἴμεν ἐκ θαλάμοιο θεῷ ἐναλίγκιος ἄντην.* Cf. δ 310.

Β 478 sq. Agamemnon sic inducitur :

ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ,
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

Cf. E u s t a t h i u s p. 1930, 17 *θεῖος· ὁ ὡς θεός.* Vid. T e u f f e l, o.l. p. 7. F i n s l e r, o.l. I², p. 156 sq. et p. 336 :

„Mag es einzelne Götterbilder gegeben haben, das Bild der Götter, wie die spätere hohe Kunst sie schuf, hat er [poëta sc.] ihr vorgezeichnet. Sein Auge hat sie gesehen, lange bevor ein Künstler sie zu bilden vermochte." Supra p. 161,3.

[1]) Cf. N ä g e l s b a c h - A u t e n r i e t h, o.l. p. 74.

[2]) Cf. S c h o e m a n n - L i p s i u s, o.l. II⁴, p. 150.

ὀμφή [B 41], θεῖος πύργος [Φ 526; cf. Θ 519: θεοδμήτων ἐπὶ πύργων. H 452 sq. (Schol. B V πάροσόν ἐστι θεοποίητος)], ἅλς θεῖος [I 214] ut donum deorum; χορὸς θεῖος i.e. diis sacrum [θ 264]. Ulixes a Marone accepit θεῖον ποτόν [ι 205], Menelai aedes sunt θεῖος δόμος [δ 43].

Adiectivum θεῖος semper est epitheton ornans: si quis eximio afficitur honore, θεὸς ὥς honorari dicitur; si quis magnificentia eminet, deo similis habetur, [1]) appellatur ἰσόθεος φώς, [2]) θεοειδής, [3]) ἀντίθεος, [4]) θεοῖς ἐπιείκελος, [5]) θεοείκελος, [6]) θεῷ ἐναλίγκιος. [7])

Ubicumque igitur adiectivum θεῖος adhibetur, res aut persona significatur, quae forma atque praestantia excellit; [8]) vox q.e. θεῖος apud Homerum semper ad certam formam et speciem pertinet neque transferendi ullas habet difficultates; [9]) vox q.e. δαιμόνιος significat eum, qui quadam vi divina ductus mirabiliter se gerit, atque alia aliorum locorum est vertendi ratio.

Quae supra disputavi sic breviter comprehendo:

[1]) cf. Γ 230. E 78. I 603, 155, 297. K 33. Λ 58. M 312. N 218. Π 605. Ω 630. δ 160. ε 36. η 71. θ 173. ξ 205. ο 521. τ 280. ψ 339.

[2]) B 565. Γ 310. Δ 212. Λ 644. α 324. υ 124.

[3]) γ 343. ζ 7. υ 250. Γ 450.

Ipse Eurymachus, homo scelestus, procorum princeps, θεοειδής dicitur [δ 628 = φ 186]. Epitheta haec sine consilio ac mente repetita, propria vi obliterata, saepe velut mera ornamenta in carmine epico suum obtinent locum. Cf. Bergk, o.l. p. 836 sq. Karl Franke, De nominum pro-priorum epithetis homericis [Greifswald 1887]. Cauer, Grundfr.², p. 404; id., Erfundenes und Überliefertes bei Homer [Neue Jahrbb. XV (1905)], p. 4. Finsler, o.l. I², p. 318 sq. Belzner, o.l. II, p. 93 sq. Cf. π 4 sq.!

[4]) Δ 88. M 307. α 31. ζ 241, 331. λ 308. ν 126. υ 369. φ 14.

[5]) X 279. Ψ 20. Ω 486. ω 36.

[6]) A 131. T 155. γ 416. δ 276. θ 256. h. V, 279. θεοείκελα τεύχη h. XXVIII, 15.

[7]) Supra p. 180,5. [8]) Supra p. 96.

[9]) H. Schmidt, Gr. Synon. IV, p. 7: „Überhaupt heisst θεῖος das zu den bestimmten (Olymp.) Göttern in irgend einer näheren Beziehung stehende .... während bei δαιμόνιος ein so bestimmter Begriff gar nicht festzustellen ist." .... de adi. q.e. δαιμόνιος haec profert: „Also auch das Adjektivum [ut sc. ipsa vox primigenia δαίμων] erinnert deutlich an eine verborgene, unerklärliche Macht; es gibt nicht wie θεῖος die Vorzüglich-keit des Dinges an, sondern hebt eher seine Absonderlichkeit hervor." Kröcher, o.l. p. 15.

Eckermann, Lehrbuch der Religionsgeschichte und Mythologie der vorzüglichsten Völker des Altertums [Halle 1848], I, p. 353.

Lehrs, o.l. p. 145. Hild [apud Daremb. et Saglio, o.l.], p. 10, hominem dicit δαιμόνιον appellari, „quand il est frappé par une puissance surnaturelle, sans que l'on puisse attribuer ses épreuves à l'intervention d'un dieu déterminé."

θεῖος is est, qui forma et praestantia deorum magnificentiam adaequare videtur, δαιμόνιος vero eum significat, qui quadam vi divina afficitur.

Adiectiva q.s. θεῖος et δαιμόνιος apud Homerum promiscue usurpari omnino non solent.

Inter vocabula primigenia q.s. θεός et δαίμων eandem propriam intercedere rationem atque inter adiectiva θεῖος et δαιμόνιος veri simillimum est, voce q.e. δαίμων scilicet praecipue vim divinam significari, voci q.e. θεός imprimis inesse sententiam formae et personae divinae,[1]) licet non omnibus locis hoc discrimen con--firmetur, cum utraque vox pedetemptim pristinam vim amiserit.

Quid valeat adiectivum δαιμόνιος in examinanda vocis q. e. δαίμων significatione, hoc capite satis disputasse mihi videor.[2])

[1]) Cf. Waser, R. E., l.l.; vid. supra p. 42,1.

[2]) Alia composita, quae apud Homerum non inveniuntur, etiam magis inter se differunt quam θεῖος et δαιμόνιος:

ἄθεος — i. e. sine deo aut sine divino consilio [Soph. O. R. 254, 661. El. 1181] aut impius, qui non veneratur deos [Aesch. Eum. 196. Pers. 794].

δύσθεος — impius [Aesch. Cho. 46. Soph. El. 289: δύσθεον μίσημα = diis invisus. Georg Kaibel, Soph. El. [Leipzig 1896], p. 114 ad l. annotat: „d. h. ein θεοῖς ἐχθρόν, so heisst Atreus δύσθεος Aesch. Ag. 1561].

Jebb, Soph. El. 289 sq.: „δύσθεον = ἄθεον, ἀσεβές: properly, „having untoward gods," as δυσδαίμων = „having evil fortune." The only other examples of δύσθεος are Aesch. *Suppl.* 421, *Ag.* 1590. *Cho.* 46, 191, 525."

H. Schmidt, Gr. Synon. IV, p. 2: „Δύσθεος und ἄθεος also bezeichnen den gottlosen, der den höheren Wesen keine Verehrung zollt, und das letzte Wort auch besonders den Gottesleugner. Dagegen ist ἀδαίμων nicht gebildet worden, εὐδαίμων und δυσδαίμων aber bedeuten den glücklichen und unglücklichen, d. h. dem ein gutes oder ein übles Geschick ge--worden ist." Cf. Sam Wide, o.l.[2] p. 175.

Postea τὸ θεῖον et τὸ δαιμόνιον promiscue usurpantur ad universum numen divinum significandum: Herod. I, 32. III, 108. Thucyd. II, 64. V. 70. Eurip. Alc. 1159. Androm. 1284. Bacch. 894, 1388. Hel. 1889. Phoen. 352. Plato, Phaedr. 242 C. Rep. II, 382 E. Xen. Cyr. IV, 2, 15. Hell. VII, 5, 13. Memor. I, 1, 12. Aristot. Rhetor. II, 23, 1398 a 15. Phys. II, 4, 196 b 7. Alio loco [de divin. per somnum 463 b 14] ἡ γὰρ φύσις, inquit, δαιμονία ἀλλ' οὐ θεία.

Thes. L. Gr. II, c. 857: „Δαιμόνιον sicut et τὸ θεῖον Numen Supremum, Deus supremus, Divinitas Mundi Moderatrix."

Vid. Lehrs, o.l. p. 147 sq. Nägelsbach, Nachhom. Theol., pp. 112; 138 sq. Schoemann-Lipsius, o.l. II[4], p. 155. Beloch, o.l. I[2], 1. p. 138. L. Schmidt, Eth. d. alt. Gr., I, p. 52. Campbell, Rel. in Gr. L., p. 183. Sam Wide, o.l.[2] p. 179.

CAPUT V.

Quatenus usus vocis q.e. δαίμων e metro pendeat.

In componendo carmine mensurae lege tenetur poëta : in versu heroico vocabula adhibere solet ea, quae maxime in hexametri quadrent modum.

Ex hac lege partim verborum usum pendere eamque efficere, ut aliis locis alia ad idem significandum usurpentur vocabula, non est neglegendum. [1])

Eadem efficitur lege, ut permultae locutiones passim recurrant, quae, ex antiquissimis temporibus e carminis epici elementis ducentes originem, in carmine epico inveteratae, suum obtineant locum. [2])

Haec mensurae legum observatio cum universe valeat et in Homericis praesertim carminibus haud exigui sit momenti, poëtae tamen ingenium ac licentiam metri necessitate non omnino obstrictam esse, perpetuo mente tenendum est. Causa est cur caveamus ne, poëticum ingenium detrectantes, poëtas mensurae et prosodiae legi oboedientes meros versificatores reddamus. [3])

[1]) Cf. γ 158 : *ἐστόρεσεν δὲ θεὸς μεγακήτεα πόντον.*
et μ 169 : *κοίμησε δὲ κύματα δαίμων.*
τ 291 : *πρὸς δ' ἔτι καὶ τόδε μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ θῆκε Κρονίων,*
et τ 10 : *πρὸς δ' ἔτι καὶ τόδε μεῖζον ἐνὶ φρεσὶν ἔμβαλε δαίμων,*
cf. α 17, π 64, Ω 525.

Commemoro ea quae scripsit D. Mülder, Bericht über die Literatur zu Homer 1902—1911 [Burs. Jahresb. B. 157 (1912)], pp. 319 ; 166.

Cf. J. Woltjer, o.l. p. 42. Vid. supra p. 49.

[2]) Witte, R.E. VIII, i.v. Homeros, c. 2232 : „Zunächst sei nochmals betont, wie sehr das Metrum zur Konservierung von Formen beigetragen hat, die einer früheren Epoche der epischen Poesie entstammten" ; ib. c. 2239 : „die Sprache der Homerischen Gedichte ein Gebilde des epischen Verses" ; ib. c. 2241 : „Die hervorstechendsten Eigenschaften der epischen Literatursprache bestehen in einer Fülle synonymer, aber metrisch differenzierter Wortformen verschiedensten Alters und in dem Reichtum an erstarrten Formeln ; beide waren das Ergebniss einer Jahrhunderte umspannenden Kunstübung." Id., Singular und Plural, p. 142.

v. Wilamowitz, Hom. Untersuch., p. 406. P. Cauer, Erfundenes und Überliefertes bei Homer [Neue Jahrbb. XV (1905)], p. 4 sq. Christ-Schmid, o.l. I^6, p. 19. Finsler, o.l. I^2, p. 60. D. Mülder, o.l. pp. 325; 339 sq. Vid. supra p. 50.

[3]) Schulze, Quaestiones Epicae [Gueterslohae 1892], p. 15 sq.

J. van Leeuwen, Enchiridium Dictionis Epicae, I [Lugduni Batavorum 1892], p. 1 sqq. Vir doctus Paul Maas pluribus verbis de

Vocis δαίμων, quae et sono eminet et gravitate, [1]) numerum singularem et, si genetivum exceperis, etiam pluralem optime in versum epicum quadrare, primo quisque obtutu perspiciet.

Proximum est, ut ostendam, quem locum varii vocis δαίμων casus in versu obtineant; neque quod ad vocem θεός idem in--quirere non possum, ut, hisce locis inter se comparatis, utriusque vocis usus quod ad metrum accuratius possit enucleari. Hisce rebus expositis fortasse diiudicare licebit, sitne poëta metro coactus, ut alterutrum vocabulum adhibeat, an promiscue arbitratu suo ea usurpet.)

Nominativus singularis δαίμων (´ _ _) legitur:

1	Γ 420 in exitu versus, post diaeresin bucolicam: [2])	ἦρχε δὲ δαίμων (´ _ _ ´)
3	H 291, 377, 396 in exitu versus, post diaeresin bucolicam:	εἰς ὅ κε δαίμων
1	I 600 in exitu versus, post diaeresin bucolicam:	μηδέ σε δαίμων
1	Λ 480 in exitu versus:	ἤγαγε δαίμων
2	O 418, Φ 93 „ „ „ :	ἐπέλασσέ γε δαίμων
1	O 468 „ initio „ :	δαίμων ἡμετέρης
9		

Ex triginta tribus Odysseae locis nominat. sing. δαίμων duode--triginta locis in exitu versus occurrit: [3])

Wittii libro, qui inscribitur „Singular und Plural" [Teubner 1907], censuram agens [B. Ph. W. (1908), c. 1406 sqq.], cum alia tum hoc im--pugnat, quod metri necessitati [„Verszwang"] nimis attribuat Wittius [ib. c. 1410 sq.].

Cf. Alfr. Gercke, Methodik [Gercke-Norden, o.l. I^2 (1912)], p. 59 sq.

[1]) In carminibus epicis verborum sonum magni momenti habendum esse, dignum est quod observetur. Acute de hac re disputat Felix Bölte, Rhapsodische Vortragskunst, cf. supra p. 97, 2.

Vid. praeterea: Lehrs, o.l. p. 144.* Gleditsch, Metrik der Griechen und Römer [I. v. Müller's Handb. II, 3^3 (1901)], p. 195. Mülder, Die Il. u. ihre Quellen, cap. XV, 9 et p. 360; id., Burs. Jahresb. B. 161 [1913], pp. 88 sq.; 166. Bethe, Die Griech. Poesie [Gercke-Norden, o.l. I^2], p. 132.

[2]) Saepissime in poësi epica hoc versus loco sententia inciditur; cf. Hartel, Homerische Studien I^2, p. 84. Gleditsch, o.l. p. 119.

Ernst Bickel, Antike Metrik [Gercke-Norden, o.l. I^2], p. 573. Felix Solmsen, Untersuchungen zur Griechischen Laut- und Verslehre [1901], p. 63 sqq. Van Leeuwen, o.l. 14 sq. Christ-Schmid, o.l. I^6, p. 20. Cf. infra p. 198.

[3]) Locos sic disposui, ut eos, qui inter se concinant, congesserim.

1 β 134 post diaeresin bucolicam: ἄλλα δὲ δαίμων (_́ ⏑ ⏑ ′)
1 π 194 „ „ „ : ἀλλά με δαίμων
1 σ 146 „ „ „ : ἀλλά σε δαίμων
1 ω 306 „ „ „ : ἀλλά με δαίμων

1 η 248 : ἤγαγε δαίμων (′ ⏑ ⏑ ′)
1 ξ 386 : ἤγαγε δαίμων
1 ω 149 : ἤγαγε δαίμων

1 σ 256 : ἐπέσσευεν κακὰ δαίμων (′ ⏑ ⏑ ′)
1 τ 129 : ἐπέσσευεν κακὰ δαίμων
1 υ 87 : ἐπέσσευεν κακὰ δαίμων

1 γ 166 : μήδετο δαίμων (_́ ⏑ ⏑ _́ _)
1 μ 295 : μήδετο δαίμων

1 ε 396 : ἔχραε δαίμων (′ ⏑ ⏑ ′)
1 κ 64 : ἔχραε δαίμων

1 ρ 243 : ἀγάγοι δέ ἑ δαίμων (_́ ⏑ ⏑ ′), post caesuram quae dicitur ἐφθημιμερής.
1 φ 201 : ἀγάγοι δέ ἑ δαίμων „ „ „
„ „ „

1 ζ 172 : κάμβαλε δαίμων (_́ ⏑ ⏑ _́ _)
1 τ 10 : ἔμβαλε δαίμων

1 ι 381 : ἐνέπνευσεν μέγα δαίμων (_́ ⏑ ⏑ _́ _)
1 τ 138 : ἐνέπνευσεν φρεσὶ δαίμων
1 ε 421 : ἐπισσεύῃ μέγα δαίμων

1 λ 587 : καταζήνασκε δὲ δαίμων (_́ ⏑ ⏑ _́ _)
1 π 64 : ἐπέκλωσεν τά γε δαίμων
1 ξ 488 : ἤπαφε δαίμων
1 τ 201 : ὤρορε δαίμων
1 τ 512 : ἀμέτρητον πόρε δαίμων

1 μ 169 : κύματα δαίμων (_́ ⏑ ⏑ _́ _)
1 π 370 : οἴκαδε δαίμων

Uno loco primam versus sedem occupat δαίμων:
1 δ 275 δαίμων, ὃς Τρώεσσιν ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι·
In thesi primi et in arsi secundi pedis vox δαίμων posita est:
1 ρ 446 τίς δαίμων τόδε πῆμα προσήγαγε δαιτὸς ἀνίην;
In thesi secundi et in arsi tertii pedis legitur δαίμων:
1 γ 27 ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται· [haec ante diaer. bucol. leguntur]
31

Genetivus singularis δαίμονος (´ ‿ ‿ ante vocalem sc.)[1]) legitur:

T 188 in quarto pede atque ante diaeresin bucolicam:[2])

1 οὐδ' ἐπιορκήσω πρὸς δαίμονος. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς

λ 61 in secundo pede:

1 ἆσέ με δαίμονος αἶσα κακὴ καὶ ἀθέσφατος οἶνος·

ο 261 in quarto pede atque ante diaeresin bucolicam:

1 λίσσομ' ὑπὲρ θυέων καὶ δαίμονος, αὐτὰρ ἔπειτα

3

Dativus singularis δαίμονι (´ ‿ ‿) in Iliade tantum legitur.

4 E 438 = Π 705 = Π 786 = [Υ 447][3]):

ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο δαίμονι ἶσος,

1 E 459 = E 884:

αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτῷ μοι ἐπέσσυτο δαίμονι ἶσος.

1 Υ 493:

ὣς ὅ γε πάντῃ θῦνε σὺν ἔγχεϊ, δαίμονι ἶσος,

1 Φ 18:

κεκλιμένον μυρίκῃσιν, ὁ δ' ἔσθορε δαίμονι ἶσος,

1 Φ 227:

ὣς εἰπὼν Τρώεσσιν ἐπέσσυτο, δαίμονι ἶσος.

Hisce novem locis forma δαίμονι, post diaeresin bucolicam posita, quintum pedem occupat.

1 Λ 792:

τίς δ' οἶδ', εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίναις

[1]) Licet syllaba ultima -ος sua natura positione producatur, forma δαίμονος tamen, ante vocabulum a vocali vel diphthongo incipiens posita, dactyli mensuram habet. Inter loquendum enim littera consonans ς cum proxima voce coniungi solet.

Solmsen, o.l. p. 163: „Wenn in einem verse," inquit, „wie

A 31 ιστον εποιχομενην και εμὸν λεχος ἀντιόωσαν

die silben -τον und -χος als kürzen fungieren, so muss das darauf beruhen, dass im flusse der rede oder des verses die schliessenden ν und σ je zu der folgenden silbe hinübergezogen wurden; in isoliert stehenden ιστόν und λεχος waren -τον und -χος ebenso gut 'positione' lang wie im zu--sammenhange unseres verses -μον in ἐμόν vor consonantischem anlaut"; sqq.; cf. ib. p. 162.

Vid. Hilberg, Das Princip der Silbenwägung [1879], p. 266. Bickel, o.l. p. 570.

[2]) Saepissime tetrameter ante diaeresin bucolicam in dactylum exit. Cf. Van Leeuwen, o.l. p. 14 sq. Gleditsch, o.l. pp. 116; 119.

[3]) Υ 447 in plurimis codicibus deest, vide Ludwich ad l. Ameis-Hentze, Anh. Il. 7, p. 76. Ad summam res non attinet; cf. supra p. 93, 2.

1 et O 403:
τίς δ' οἶδ', εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίνω
forma δαίμονι in quarto pede est posita.

11

Accusativus singularis δαίμονα (´ ⏑ ⏑) in Iliade tantum legitur:

1 Θ 166 ἄξεις ἐν νήεσσι· πάρος τοι δαίμονα δώσω.
in quinto pede.

1 P 98: ὁππότ' ἀνὴρ ἐθέλῃ πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι,
in quarto pede.

1 P 104 καὶ πρὸς δαίμονά περ,[1] εἴ πως ἐρυσαίμεθα νεκρὸν
in secundo pede.

3

Vocativus singularis [δαῖμον], nominativus pluralis [δαίμονες], genetivus pluralis [δαιμόνων, – ⏑ – creticus, quem non fert metrum dactylicum] in neutro carmine leguntur.[2]

Dativus pluralis δαίμοσιν (´ ⏑ ⏑ ante vocalem sc.):[3]

1 Z 115 δαίμοσιν ἀρήσασθαι, ὑποσχέσθαι δ' ἑκατόμβας.
in initio versus legitur.

---

[1]) De enclitica in arsi tertia posita copiose disputat Bernhard Giseke, Homerische Forschungen [Leipzig 1864], pp. 59—71; p. 60 cum alia tum hoc dicit: „und im allgemeinen verschwindet die enclitica aus der dritten arsis um so mehr je später ein dichter ist"; unde colligi licet locutionem quae est *καὶ πρὸς δαίμονά περ* in antiquiores carminum formas esse referendam.

P. 63: „Da in diesem allem ein bewusztes streben hervortritt, so ist es auch als absicht des dichters anzusehn, dasz er vor der enclitica, welche in der männlichen cäsur steht [vide locum supra allatum P 104], nur dactylische thesis braucht, nicht auch spondaische"; nonnullis locis vero spondeum admitti non negat Giseke.

P 104 in eos locos refert, de quibus haec dicat [p. 66]: „Die noch übrigen stellen entfernen sich von dem regelmäszigen gebrauche am weitesten und ohne eine merkliche entschuldigung." Cf. p. 67.

[2]) Vocat. sing. vocis q.e. *θεός* in carminibus Homericis non occurrit; vocat. sing. *θεά* viginti sex locis legitur; vocat. plur. *θεοί* viginti locis; vocat. plur. *θεαί* non occurrit, *θέαιναι* quattuor locis.

Cf. Wackernagel, Über einige antike Anredeformen [Progr. d. Univ. Göttingen 1912], vid. supra p. 166, 1. Kühner-Blass, o.l. I, 1³, § 112, Anm. 2.

Brugmann-Thumb, o.l.⁴ p. 431. Scott, The vocative in Homer and Hesiod [The American Journal of Philol. 24, p. 192 sqq.], passim.

[3]) Cf. supra p. 187, 1.

1 Ψ 595 ἐκ θυμοῦ πεσέειν καὶ δαίμοσιν εἶναι ἀλιτρός.
2 quartum pedem occupat.

Accusativus pluralis δαίμονας (´ ⏑ ⏑ ante vocalem sc.)[1])
1 A 222 δώματ' ἐς αἰγιόχοιο Διὸς μετὰ δαίμονας ἄλλους.
1 quintum pedem occupat.

Ut breviter complectar ea quae exposui:

Vocis quae est δαίμων in Iliade et Odyssea legitur

nom. sing. quadraginta locis [tricies sexies in exitu versus, bis in initio];
gen. sing. tribus locis [bis in quarto pede, semel in secundo];
dat. sing. undecim locis [novies in pede paenultimo, bis in quarto];
acc. sing. tribus locis [semel in secundo pede, semel in quarto, semel in quinto];
voc. sing.
nom. plur. } nusquam;
gen. plur.
dat. plur. duobus locis [semel in initio versus, semel in quarto pede];
acc. plur. uno loco [in quinto pede].

Numerus singularis plane praevalet: in Odyssea numerus pluralis omnino deest, in Iliade tribus tantum locis invenitur.

Hanc rem magni esse momenti, supra [p. 155 sq.] exposui.

Quod ad singulorum casuum locum commemoranda sunt haec:

in primo pede duobus locis positum esse nom. sing. δαίμων (´);
uno loco dat. plur. δαίμοσιν (´ ⏑ ⏑ ante voc.);
in thesi primi pedis et in arsi secundi uno loco nom. sing. δαίμων;
in secundo pede uno loco genet. sing. δαίμονος (´ ⏑ ⏑ ante voc.);
uno loco accus. sing. δαίμονα (´ ⏑ ⏑);
in thesi secundi pedis et in arsi tertii uno loco nom. sing. δαίμων;
in quarto pede duobus locis genet. sing. δαίμονος,
uno loc. dat. sing. δαίμονι (´ ⏑ ⏑),
uno loco accus. sing. δαίμονα (´ ⏑ ⏑),
uno loco dat. plur. δαίμοσιν;
in quinto pede, quem potissimum dactylus occupat:
novem locis dat. sing. δαίμονι,
uno loco accus. sing. δαίμονα,
uno loco accus. plur. δαίμονας (´ ⏑ ⏑ ante voc.);
in ultimo pede triginta sex locis nom. sing. δαίμων.

[1]) Cf. supra p. 187, 1.

In tertio pede igitur vocis q.e. δαίμων nullus occurrit casus, id quod cum hexametri lege convenit. [1])

Nominativus singularis δαίμων, qui spondeum efficiens hexametro suam habet difficultatem, [2]) bis primam, tricies sexies ultimam versus sedem occupat [3]) ; quin etiam in Odyssea in clausulam metri fixam abiisse videtur. Formae quae sunt δαίμονος, δαίμοσιν, δαίμονας nisi ante vocalem non posse adhiberi, dignum est quod observetur [T 188 δαίμονος. αὐτάρ. λ 61 δαίμονος αἶσα. ο 261 δαίμονος, αὐτάρ] [Z 115 δαίμοσιν ἀρήσασθαι. Ψ 595 δαίμοσιν εἶναι] [A 222 δαίμονας ἄλλους] [4]), qua re harum formarum in hexametro usum quadam ex parte determinari, facile intellegitur. Quominus genetivus pluralis δαιμόνων, quippe qui creticus sit, hexametro recipiatur, metrum impedit : sequitur, ut poëta, — si quidem numerus pluralis, qui perraro invenitur, ab eo usurparetur — pro hoc genetivo aut gen. plur. θεῶν, aut aliquam circuitionem adhibere debuerit. [5])

---

[1]) Cf. Hilberg, o. l. p. 3 : „1. Gesetz : Ist der 3. Fuss des Hexa--meters ein Spondeus, so darf dessen Senkung nicht durch eine Endsilbe gebildet werden." Van Leeuwen, Enchir., p. 17.

[2]) Witte, o.l. p. 10 : „die spondeischen Formen [λαών, λαοῖς, λαούς] sind für den Daktyliker so unbequem wie möglich ; er musz sich Formen schaffen, die eine Kürze enthalten." P. 52 omnis vox spondaica dicitur „ein Hindernis für den Hexameter."

[3]) Van Leeuwen, Enchir., p. 17 : „videmus primum tantum sextum--que pedes voce spondaica apte posse expleri."

In Odyssea sola vox δαίμων partim in thesi, partim in arsi posita est.

[4]) Habent quae cum hisce locis comparari queant haec :

Vocem q.e. δεύτερος (′ ‿ ‿ ante v.) excipit αὖτε uno loco, αὖθ' uno loco, αὖτ' sex locis.

δεύτερον αὖ quinquies legitur, δεύτερον αὖτις quinquies, δεύτερον αὖτ' bis.

Cf. C. E. Schmidt, Parallel-Homer [Göttingen 1885], p. 49.

δεύτατος ἦλθεν [T 51, α 286], δεύτατον εἶπεν [ψ 342].

Hac lege verborum consecutionem obstringi haud exigui esse momenti in complurium vocabulorum tractatione, exponit Witte, o.l. p. 44.

De verbis quae sunt ὑπερώιον, δέμνιον : „Der Singular solcher Worte," inquit [p. 52], „war im Hexameter denkbar nur vor vokalischem Anlaut. Das bedeutete natürlich für ihren Gebrauch eine lästige Beschränkung", sqq.

Idem valet in „δαίμονος," „δαίμονες," „δαίμονας".

[5]) Cum forma δαιμόνων comparari potest forma δωμάτων, quae eadem, creticus cum sit, in hexametrum non quadrat. Reliqui huiusce vocabuli casus passim leguntur. Genet. plur. δόμων vero terdecies occurrit. Cf. Witte, o. l. pp. 59 ; 75. Genet. sing. δώματος non septies — id quod Witte contendit [p. 59] — sed octies legitur.

Conferatur praeterea δέσμα, gen. plur. δεσμάτων (-‿-); gen. plur. δεσμῶν : A 401. Minus recte dixisse mihi videtur Witte haec [p. 59] : „Die Formen δώματι und δώμασι(ν) bilden zwar beide einen Daktylus, und doch sind sie, was ihre Verwendung im Hexameter betrifft, nicht von gleichem Wert : vor vokalischem Anlaut muszte der Plural δώμασιν für

Casus obliquos vocis q.e. δαίμων, praesertim dativum et accusa- -tivum singularem, hexametro aptissimos, [1]) parum frequenter versu epico receptos esse, re vera est quod miremur.

Ut melius perspiciatur quanta dissimilitudine a poëta sint tractata vocabula quae sunt δαίμων et θεός, pari ratione ostendam, quos locos vocis q.e. θεός casus in hexametro obtineant; id quod perinde fructuosum esse mihi videtur: hanc enim rem nemo adhuc, quantum scio, accurate investigavit.

Utriusque vocis locos sic disposui, ut facillime inter se possint conferri.

In Iliade et Odyssea [2])

Casus	Numerus locorum	Locus	Casus	Numerus locorum	Locus
δαίμων	2	in 1° pede	θεός	2*	in th. p. 1
	1*	in th. p. 1 et in arsi p. 2		6	in th. p. 1 et in a. p. 2
	1*	in th. p. 2 et in arsi p. 3		10	in th. p. 2
	36	in 6° pede		14	in th. p. 2 et in a. p. 3
	40			7	in th. p. 3
				36	in th. p. 3 et in a. p. 4
				39	in th. p. 4
				2	in th. p. 4 et in a. p. 5
				12	in th. p. 5
				3	in th. p. 5 et in a. p. 6
				131	
δαίμονος	1*	in 2° pede	θεοῦ	1*	in th. p. 2
	2	in 4° pede		3⫯	in th. p. 2 et in a. p. 3
	3			1*	in th. p. 3
				13	in th. p. 3 et in a. p. 4
				4	in th. p. 4
				1⫯	in th. p. 4 et in a. p. 5
				4	in th. p. 5
				27	

das singularische δώματι eintreten." Id non posse non fieri minime equidem video. Dativos enim in -ι excurrentes in variis pedibus sine ulla licentia poëtica usurpari posse, satis constat; immo vero in quarto pede omnis generis hiatus admissus est. Itaque exempla, quae affert Witte [Ψ 89, E 199, γ 91], nihil demonstrant. Idcirco formae quae sunt δαίμονι et δαίμοσι quod ad metrum non inter se differre puto. Cf. Van Leeuwen, Enchir., p. 79.

[1]) Witte, R. E. VIII, c. 2216. Birt, o.l. p. 59: „. . . der daktylische Vers erforderte eben daktylisch fallende Vokabeln," . . .

[2]) Signum * indicat locos, qui in Odyssea tantum occurrunt; signum ⫯ indicat eos, qui sunt in Iliade tantum.

Casus	Numerus locorum	Locus	Casus	Numerus locorum	Locus
			θεοῖο	1*	in th. p. 3 et in a. + th. p. 4
				16	in th. p. 5 et in 6⁰ p.
				17	
δαίμονι	2°|	in 4⁰ pede	θεῷ	2	in th. p. 1 et in a. p. 2
	9°|	in 5⁰ pede		3	in th. p. 2 et in a. p. 3
	11			11	in th. p. 3 et in a. p. 4
				2°|	in th. p. 4
				18	
δαίμονα	1°|	in 2⁰ pede	θεόν	2°|	in th. p. 2
	1°|	in 4⁰ pede		3	in th. p. 2 et in a. p. 3
	1°|	in 5⁰ pede		2	in th. p. 3
	3			9	in th. p. 3 et in a. p. 4
				13	in th. p. 4
				2*	in th. p. 5
				2°|	in th. p. 5 et in a. p. 6
				33	
δαίμονε			θεώ [1]	1°|	in th. p. 5 et in a. p. 6
				1	
δαίμονες			θεοί	12	in th. p. 1 et in a. p. 2
				3°|	in th. p. 2 [2]
				7	in th. p. 2 et in a. p. 3
				1*	in th. p. 3
				113	in th. p. 3 et in a. p. 4
				35	in th. p. 4
				27	in th. p. 5
				3	in th. p. 5 et in a. p. 6
				201	
δαιμόνων			θεῶν	13	in th. p. 1 et in a. p. 2
				22	in th. p. 2 et in a. p. 3
				131	in th. p. 3 et in a. p. 4
				16	in th. p. 5 et in a. p. 6
				182	

[1]) In uno codice est θεοί, cf. Ludwich ad Σ 518. Ad summam res non attinet.

[2]) Uno loco [A 18] vox θεοί synizesi afficitur. Conferantur ad hunc locum Van Leeuwen, Enchir., p. 48 sq. et Ludwich.

Casus	Numerus locorum	Locus	Casus	Numerus locorum	Locus
δαιμόσιν	1°	in 1° pede	θεοῖς	3	in th. p. 1 et in a. p. 2
	1°	in 4° pede		3	in th. p. 2 et in a. p. 3
	2			24	in th. p. 3 et in a. p. 4
				30	
			θεοῖσι	1°	in th. p. 1 et in a. + th. p. 2
				21	in th. p. 2 et in a. + th. p. 3
				5°	in th. p. 3 et in a. + th. p. 4
				32	in th. p. 5 et in 6° p.
				59	
			θεοῖσιν	1*	in 1° pede synız.
				2	in th. p. 1 et in a. + th. p. 2
				6	in th. p. 2 et in a. + th. p. 3
				33	in th. p. 5 et in 6° pede
				42	
δαίμονας	1°	in 5° pede	θεούς	2	in th. p. 1 et in a. p. 2
	1			8	in th. p. 2 et in a. p. 3
				16	in th. p. 3 et in a. p. 4
				26	
			θεόφιν	2°	in th. p. 4 et in a. p. 5
			(= gen. pl.)		
			(= dat. pl.)	5	in th. p. 3 et in a. p. 4
				7	
			θεοῖιν	1*	in th. p. 3 et in a. p. 4

Addo locos, quos utriusque numeri casus vocis q.e. θεά occupant:

Casus	Numerus locorum	Locus	Casus	Numerus locorum	Locus
θεά	6	in th. p. 1 et in a. p. 2	θεαίνας	4	in th. p. 5 et in 6° pede
	18	in th. p. 2 et in a. p. 3		4	
	110	in th. p. 3 et in a. p. 4			
	134		θεάων	2	in th. p. 3 et in 4° pede
				37	in th. p. 5 et in 6° pede
θεάς	3°	in th. p. 2 et in a. p. 3		39	
	9	in th. p. 3 et in a. p. 4			
	12				

Casus	Numerus locorum	Locus	Casus	Numerus locorum	Locus
θεάν	1°	in th. p. 3 et in a. p. 4	θεαῖς	1* 2) 1° 3)	in th. p. 1 et in a. p. 2 in th. p. 3 et in a. p. 4
	1			2	
θεᾶ.	1° 1* 1) 2 2°	in th. p. 2 in th. p. 2 et in a. p. 3 in th. p. 3 et in a. p. 4 in th. p. 4	θεῇσι 4) θεῇσιν 5)	3 1°	in th. p. 5 et in 6⁰ pede in th. p. 5 et in 6⁰ pede
	6			4	
			θεάς	1°	in th. p. 2 et in a. p. 3
				1	

Praeterea hanc locorum tabulam adiungo:

Locus	Numerus	Casus	Locus	Numerus	Casus
in 1⁰ pede	2 1	nom. sing. δαίμων dat. pl. δαίμοσιν	in 1⁰ pede	1	dat. pl. θεοῖσιν syniz.
	3			1	
			in th. p. 1	2	nom. sing. θεός
				2	
in th. p. 1 et in a. p. 2	1	nom. sing. δαίμων	in th. p. 1 et in a. p. 2	6 2 12 13 3 2	nom. sing. θεός 6 θεά dat. sing. θεῷ nom. pl. θεοί genet. pl. θεῶν dat. pl. θεοῖς 1 θεαῖς acc. pl. θεούς
	1			38	7
			in th. p. 1 et in a. + th. p. 2	1 2	dat. pl. θεοῖσι dat. pl. θεοῖσιν
				3	

1) In duobus codicibus est θεοί (secunda manus corr.); cf. Ludwich ad θ 324.
2) Unus codex habet θεάς, cf. Ludwich ad ε 119.
3) In uno codice est — οῖς, cf. Ludwich ad Γ 158.
4) Ludwich ad Θ 305; in duobus codicibus est — οῖσι; ad T 286; in uno codice θεοῖσι; ad ν 291; duo codices habent θεοῖσιν, quos secuti sunt Micyllus, Camerarius, H. Stephanus, Barnesius.
5) Ludwich ad Λ 638; pauci codices habent θεοῖσιν. Omnes hae variae le-ctiones ad summam rei minoris sunt momenti.

Locus	Numerus	Casus	Locus	Numerus	Casus		
in 2^{0} pede	1	genet. sing. δαίμονος					
	1	acc. sing. δαίμονα					
	2		in th. p. 2	10	nom. sing. θεός		
				1	genet. sing. θεοῦ		
				2	acc. sing. θεόν		
				3	nom. pl. θεοί	1	θεαί
				16		1	
in th. p. 2 et in a. p. 3	1	nom. sing. δαίμων	in th. p. 2 et in a. p. 3	14	nom. sing. θεός	18	θεά
	1			3	genet. sing. θεοῦ	3	θεᾶς
				3	dat. sing. θεῷ		
				3	acc. sing. θεόν		
				7	nom. pl. θεοί	1	θεαί
				22	genet. pl. θεῶν		
				3	dat. pl. θεοῖς		
				8	acc. pl. θεούς	1	θεάς
				63		23	
			in th. p. 2 et in a. + th. p. 3	21	dat. pl. θεοῖσι		
				6	dat. pl. θεοῖσιν		
				27			
			in th. p. 3	7	nom. sing. θεός		
				1	genet. sing. θεοῦ		
				2	acc. sing. θεόν		
				1	nom. pl. θεοί		
				11			
			in th. p. 3 et in a. p. 4	36	nom. sing. θεός	110	θεά
				13	genet. sing. θεοῦ	9	θεᾶς
				11	dat. sing. θεῷ		
				9	acc. sing. θεόν	1	θεάν
				113	nom. pl. θεοί	2	θεαί
				131	genet. pl. θεῶν		
				24	dat. pl. θεοῖς	1	θεαῖς
				5	" " θεόφιν		
				16	acc. pl. θεούς		
				1	θεόθεν		
				359		123	
			in th. p. 3 et in a. + th. p. 4	1	genet. sing. θεοῖο		
				5	dat. pl. θεοῖσι		
				6			

Locus	Numerus	Casus	Locus	Numerus	Casus
			in th. p. 3 et in p. 4	2	genet. pl. θεάων
				2	
in 4⁰ pede	2	genet. sing. δαίμονος			
	2	dat. sing. δαίμονι			
	1	acc. sing. δαίμονα			
	1	dat. pl. δαίμοσιν			
	6				
			in th. p. 4	39	nom. sing. θεός
				4	genet. sing. θεοῦ
				2	dat. sing. θεῷ
				13	acc. sing. θεόν
				35	nom. pl. θεοί 2 θεαί
				93	2
			in th. p. 4 et in a. p. 5	2	nom. sing. θεός
				1	genet. sing. θεοῦ
				2	genet. pl. θεόφιν
				5	
in 5⁰ pede	9	dat. sing. δαίμονι			
	1	acc. sing. δαίμονα			
	1	acc. pl. δαίμονας			
	11				
			in th. p. 5	12	nom. sing. θεός
				4	genet. sing. θεοῦ
				2	acc. sing. θεόν
				27	nom. pl. θεοί
				45	
			in th. p. 5 et in a. p. 6	3	nom. sing. θεός
				2	acc. sing. θεόν
				3	nom. pl. θεοί
				16	genet. pl. θεῶν
				24	
			in th. p. 5 et in 6⁰ pede	16	gen. sing. θεοῖο 4 n. pl. θέαιναι
in 6⁰ pede	36	nom. sing. δαίμων		32	dat. pl. θεοῖσι 37 gen. pl. θεάων
	36			33	dat. pl. θεοῖσιν 3 dat. pl. θεῇσι
					1 dat. pl. θεῇσιν
				81	45

Insignem esse apparet discrepantiam inter usum vocabulorum quae sunt δαίμων et θεός.

Abundant enim utriusque carminis versus variis vocis θεός casibus, inter quos imprimis numerandi sunt nom. sing. θεός, genet. sing. θεοῦ et θεοῖο, nom. pl. θεοί, genet. pl. θεῶν, dat. pl. θεοῖς, θεοῖσι(ν); praeterea nom. sing. θεά et genet. pl. θεάων.

Omnes has formas perquam appositas esse ad explendas varias hexametri sedes unusquisque concedet. Formae θεός et θεόν, quarum ultimae syllabae positione producuntur, [1]) in thesi ante vocalem positae pyrrhichium efficiunt, iambum vero ante consonam et in arsi ante particulam ὥς positae [θεὸς ὥς: Γ 230, Λ 58, ξ 205; θεὸν ὥς: I 155, 297, 302, (M 176), X 434, ε 36, η 71, θ 173, τ 280, (ψ 339)], quod idem fit in forma θεός in arsi posita ante vocalem [Γ 381, Ψ 444]. [2])

Usus genetivi singularis θεοῦ, qui iambum efficit aut, in thesi ante vocalem positus, pyrrhichium, augetur adhibendo genetivo epico θεοῖο, qui, amphibrachyn efficiens, hexametro aptissimus est habendus. [3])

Omnibus locis, uno excepto, [4]) quinti pedis thesin et ultimam versus sedem occupat θεοῖο.

Frequentissime thesin pedis tertii et arsin pedis quarti occupant formae θεῷ (11), θεοί (113), efficientes iambum aut, in thesi ante vocalem positae, pyrrhichium, θεῶν (131), θεοῖς (24), θεούς (16), qui iambum efficiunt. Idem valet in nom. sing. θεά [_ ˊ (110)], qui numquam in thesi legitur, et genet. sing. θεᾶς [_ ˊ (9)].

Formis quae sunt θεοῖσι (_ ˊ _), θεοῖσιν (_ ˊ _ a. v.), θέαιναι (_ ˊ _), θεάων [5]) (_ . ˊ), θεῇσι(ν) (_ ˊ _) potissimum exitum versus expleri, facile intellegitur.

Haec de usu vocis q. e. θεός exposuisse satis sit.

Sequitur ut inquiramus, utrum statui possit necne, quibus locis poëta metro coactus alterutram vocem adhibuerit.

Nonnullis locis non prorsus idem significare voces q.s. δαίμων et θεός, supra explicavimus [p. 93 sqq.]. In locutione quae est δαίμονι ἶσος vox δαίμων non idem valet ac θεός. Sic etiam aliquid discriminis esse apparebat inter δαίμονα et θεόν in his:

---

[1]) Cf. Solmsen, o. l. pp. 161; 163. Bickel, o. l. p. 570. Vid. supra p. 187,1.

[2]) Van Leeuwen, Enchir., p. 272.

[3]) Witte, Sing. u. Pl., p. 53,1.

[4]) δ 831.

[5]) In Iliade in exitu versus septies legitur δῖα θεάων, in Odyssea vicies septies. Haec locutio in formam constantem et contritam abiisse videtur.

P 98 sq. ὁππότ' ἀνὴρ ἐθέλῃ πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι,
ὅν κε θεὸς τιμᾷ. [1])

Idem valet in „πρὸς δαίμονα" ib. 104.

Vocem q.e. δαίμων, vi passiva usurpatam [Θ 166 πάρος τοι δαίμονα δώσω] plane discrepare a voce q.e. θεός, apertum est.

In Odyssea uno loco δαίμων et θεοί inter se opponuntur [ε 396 sq.]:

στυγερὸς δέ οἱ ἔχραε δαίμων,
ἀσπάσιον δ' ἄρα τόν γε θεοὶ κακότητος ἔλυσαν, [2])

Hisce locis non promiscue neque suo arbitrio utramque vocem usurpasse poëtam, concludere licet.

Multi tamen sunt loci, quibus vocabula δαίμων et θεός, idem significantia, promiscue usurpantur: in oratione recta enim sine ullo discrimine adhiberi has voces ad significandum numen divinum, supra copiosius explicavi [cap. II]. Hoc fieri potuit eo, quod discrimen inter utramque vocem pedetemptim minueretur atque evanesceret.[3]) Utrum his locis utriusque vocis usus e metro pendeat necne, est causa, quae hic in quaestionem est vocanda.

Priusquam ad hanc rem accedam, nonnulla mihi dicenda sunt de locutionibus supra allatis „δαίμονι ἶσος" et „πάρος τοι δαίμονα δώσω."

Verba q.s. δαίμονι ἶσος, quae hexametro aptissima, novies extremam versus partem occupant,[4]) in locutiones illas referenda esse mihi videntur, quae carmini epico per se haberentur accommodatae. Eo quod post diaeresin bucolicam tantum est posita haec locutio, antiquissimi carminis epici habenda est. Diaeresis bucolica enim, quae frequentissime in poësi epica invenitur,[5]) multas conservavit priscas formas. Vir doctus Witte, de metro epico disputans [R. E. VIII, i. v. Homeros, c. 2244] cum alia tum haec profert: „das Versende von der bukolischen Diaerese ab ist diejenige Versstelle, welche die meisten altertümlichen Formen konserviert hat" .... et haec: „Unter diesen Kategorien befinden sich die bekanntesten homerischen Formeln ..... dabei handelt es sich überaus häufig um altererbte Wendungen und längst erstarrte Formeln, die zum frühesten Requisit altepischer Technik gehören."

[1]) Vide supra p. 105.

[2]) Supra p. 145.

[3]) Finsler, o. l. I², p. 270: „Dass sich die Grenzen zwischen Gott und Dämon gelegentlich verwischen, liegt in der Natur der Sache." Cf. Usener, o.l. p. 248. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 74 sq.

[4]) ´ ‿ ‿ ´ ; pervulgatum metri schema hoc est in exitu versus: conferantur loci Iliadis et Odysseae supra [p. 185 sq.] allati. Vid. Gleditsch, o.l. p. 119.

[5]) Vide supra p. 185,2.

Ex schemate q. e. δαίμονι ἶσος deprompta esse videntur haec :

X 460 διέσσυτο μαινάδι ἴση.
Φ 234 ὁ δ' ἐπέσσυτο οἴδματι θύων.
ζ 20 ἡ δ' ἀνέμου ὡς πνοιὴ ἐπέσσυτο δέμνια κούρης. [1]

Verba quae sunt πάρος τοι δαίμονα δώσω [Θ 166] non metrum observans usurpasse videtur poëta, quippe qui pro hac inusitata locutione dicere potuisset : πότμον ἐφήσω, [2] id quod Zenodotus coniecit, [3] vel φόνον ἐποίσω [cf. Γ 6].

Fortasse poëta delectationis aucupio ductus, assiduitate dentalis litterae [τοι δαίμονα δώσω] vocis contentione repetitae, sermonem Hectoris minaciter loquentis melius reddere sibi visus est. Quantam enim vim habeat verborum sonus in carmine epico unicuique apparebit, qui ad hanc carminum proprietatem animum adver-terit. [4]

Paucos versus, qui hunc sonorum lusum, alliteratione et agno-minatione effectum, prae se ferant, afferre liceat :

A 527 : οὐδ' ἀτελεύτητον, ὅ τί κεν κεφαλῇ κατανεύσω.

---

[1]) Ivo Bruns, Vorträge und Aufsätze, p. 32 ; cf. supra p. 50, 11. Mülder, o. l. p. 339 : „Der Dichter verwendet ein paarmal einen geformten Passus : „dreimal stürmte er an — als er aber das vierte Mal anstürmte einem Dämon vergleichbar" .... Dasz nun der ganze Passus, bezw. der Schluszvers, „als er das vierte Mal anstürmte einem Dämon vergleichbar", überall nicht blosz in derselben sprachlichen, sondern auch in derselben metrischen Form wiederkehrt, ist nicht weiter verwunderlich, aber auch da, wo die zweite Vershälfte „stürmte heran einem Dämon gleich" von der ersten losgelöst erscheint (Φ 227), findet er sich genau an der nämlichen metrischen Stelle," sqq. Cf. Cauer, Grundfr.², p. 402 sqq. Bethe, o.l. p. 297. Wilamowitz, Die griechische Literatur des Altertums,³ p. 7 sq.

[2]) Cf. Δ 396. δ 339 sq. ρ 130 sq. τ 550.

[3]) Schol. T et schol. intermarg. A ad Θ 166. Vide supra p. 111,5. Cf. Ludwich, ad l.

[4]) De carminis epici dictione uberius disputat Mülder, o.l. pp. 355—358 ; p. 360 : „das ganz Besondere," inquit, „liegt dann noch darin, dasz sie [Ilias sc.] die lauten Töne und die grellen Farben bevorzugt. Das zeigt sich vor allem in dem überall sich vordrängenden Streben nach hallendem Pathos, eine Eigenschaft, welche die Ilias mit der ältesten Tragödie teilt." Vide supra p. 185,1.

Conferatur tamen van Leeuwen, Enchir., p. 2.

Walter Bernhardt, De alliterationis apud Homerum usu [Perthes, Gotha 1906]. [Cf. Mülder, Burs. Jahresb. B. 161 (1913), p. 93]. Beloch, o.l. I, 1², p. 199. Finsler, o.l. I², p. 60. De universa allite-rationis quaestione egregie disputat vir doctus G. Verriest, Over de Grondslagen van het Rythmisch Woord [van Dishoeck, Bussum 1904], p. 15 sq.

B 484 sq.: ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι — [1])
ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε πάρεστέ τε ἴστε τε πάντα,
B 489: οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
Γ 50: πατρί τε σῷ μέγα πῆμα πόληΐ τε παντί τε δήμῳ,
Δ 504: δούπησεν δὲ πεσών, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ. [2])
Δ 526: χύντο χαμαὶ χολάδες, τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε.
Z 122 sq.: τὸν πρότερος προσέειπε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης·
τίς δὲ σύ ἐσσι, φέριστε, καταθνητῶν ἀνθρώπων;
Z 129: οὐκ ἂν ἔγωγε θεοῖσιν ἐπουρανίοισι μαχοίμην
Z 136: δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα, Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ
Λ 547: ἐντροπαλιζόμενος, ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων.
N 7: ἐκ Τροίην δ' οὐ πάμπαν ἔτι τρέπεν ὄσσε φαεινώ·
Ψ 116: πολλὰ δ' ἄναντα κάταντα πάραντά τε δόχμιά τ' ἦλθον.
β 276 sq.: παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.
ξ 199: ἐς μὲν Κρητάων γένος εὔχομαι εὐρειάων,
π 33: ἤ μοι ἔτ' ἐν μεγάροις μήτηρ μένει,
ρ 221: ὃς πολλῇς φλιῇσι παραστὰς θλίψεται [3]) ὤμους,

In his etiam referri possunt:

E 438: ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο δαίμονι ἶσος,
[Π 705, 786 (Υ 447)].
E 459 — 884: αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτῷ μοι ἐπέσσυτο δαίμονι ἶσος.
β 134 sq.: ἄλλα δὲ δαίμων | δώσει,

Sic etiam illud:

πάρος τοι δαίμονα δώσω.
ὣς φάτο· Τυδείδης δὲ διάνδιχα μερμήριξεν, [Θ 166 sq.]

verborum pondere ad aures accidere, nemo negabit. Locutionem πάρος τοι δαίμονα δώσω, quae tot virorum doctorum animos movit tamque varias effecit interpretationes et coniecturas, poëtam usurpasse veri simile est, ut animi eorum qui audirent hac verborum vi non mediocriter commoverentur. [4]) Hac re adducor, ut codicum lectionem servandam esse putem.

---

[1]) Cauer, Grundfr.², p. 176 Fickium multa ὁμοιοτέλευτα quae dicuntur ostendisse exponit. Eorum numerus crescere videtur, si verba ad Aeolicam rediguntur formam: „In all diesen Fällen," inquit, „tritt erst durch Einsetzung der äolischen Wortformen der Reim hervor. Dasselbe gilt von anderen Klangfiguren, Assonanzen und Alliterationen und Wortspielen jeder Art." Cf. Van Leeuwen, Enchir., p. 2.

[2]) Cf. E 42, 540. N 187. P 50, 311. ω 525.

[3]) Aristarchus, alii legunt φλίψεται. Ludwich ad l. Ameis-Hentze, Anh. Od. 3³, p. 114. Van Leeuwen, Enchir., l.l.

[4]) Vid. supra p. 112 in annotatione. Bergk, Gr. Litt. I, p. 839: „an alte volksmässige Gewohnheit erinnert auch die Alliteration, cf. Γ 50." Birt, o.l. p. 77: „Besonders gern tritt die Alliteration in der zweiten Hälfte des Hexameters auf." Cf. Bölte, o.l. p. 571. Dietrich Müller tamen [Burs. Jahresb. B. 161 (1913), p. 93], censuram agens de

Haec postquam exposuimus, redeamus ad id quod propositum est, nempe ut inquiramus, quatenus usus vocis q.e. δαίμων e metro pendeat iis locis, quibus cum voce q.e. θεός promiscue usurpatur. A casibus obliquis initium faciamus.

Z 115 in oratione recta legitur:

δαίμοσιν ἀρήσασθαι, ὑποσχέσθαι δ' ἑκατόμβας. [1])

Haec dicit Hector, ab Heleno impulsus ut matrem iuberet Athenae templum adire (Z 86—101].

Z 380 legitur: Τρῳαὶ ἐυπλόκαμοι δεινὴν θεὸν ἱλάσκονται;

Ipsius poëtae sunt haec [ib. 240]: ὁ δ' ἔπειτα θεοῖς εὔχεσθαι ἀνώγει.

Hector ad matrem [ib. 269]: ἀλλὰ σὺ μὲν, inquit, πρὸς νηὸν 'Αθηναίης ἀγελείης ἔρχεο σὺν θυέεσσιν,

Quominus Z 115 forma θεοῖσιν primum pedem occupet, metrum repugnat; ξ 251: θεοῖσίν τε ῥέζειν αὐτοῖσί τε δαῖτα πένεσθαι, quo uno loco θεοῖσιν ante consonam in primo pede legitur, recentiores iure sanare conati sunt, cum synizesis insolita offenderet. [2])

Quamvis insolenter numerus pluralis vocis q.e. δαίμων occurrat in carminibus epicis, est cur conicere liceat, poëtam metri legem observantem Z 115 formam δαίμοσιν adhibuisse; [3]) dummodo teneas poëtam fortasse alio modo hanc difficultatem solvere potuisse.

Ψ 595 in oratione recta legitur:

ἐκ θυμοῦ πεσέειν καὶ δαίμοσιν εἶναι ἀλιτρός. [4])

Cum his conferri possunt haec:

δ 378: ἀθανάτους ἀλιτέσθαι, οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν

δ 807: σὸς παῖς· οὐ μὲν γάρ τι θεοῖς ἀλιτημένος ἐστι.

---

libro viri docti Bernhardt supra laudato [p. 199,4], alliterationi illi non multum tribuendum esse putat. Argumenta ad hanc sententiam confirmandam non affert Mülder. De his plura dicere ad huiusce operis rationes non quadrat.

[1]) Supra p. 89 sq.

[2]) Ameis-Hentze, Anh. Od. 3³, p. 50: „Statt θεοῖσίν τε empfiehlt Menrad, de contract. et syniz. p. 26 δαίμοσί τε, wie Nauck, Mél. Gr. R. IV, 441 vorgeschlagen hatte, während er in der Ausgabe vermutet ῥεζέμεναί τε θεοῖς. Fick, d. hom. Il. p. 75 will den Vers als ganz über-flüssig streichen." Ludwich ad l. Van Leeuwen, Enchir., p. 49.

[3]) Quam ob rem numerum pluralem hoc loco adhibuerit poëta, nisi forte eum maiore quam facere solet diligentia hiatum evitasse sumamus, explicare non possum. Pro dat. pl. δαίμοσιν, in primo hexametri pede subici potest dat. sing. δαίμονι, metro non invito. Neque enim vocalis initialis proximae vocis hoc prohibet; dativos in -ι exeuntes in omnibus hexametri pedibus sine ulla licentia poëtica ante vocalem usurpari posse docet Van Leeuwen, Enchir., p. 79 [cf. Kühner-Blass, o.l. I, 1³, p. 191, § 47, 2b].

[4]) Vide supra pp. 70; 90 sq.

Complures casus obliqui vocis q. e. δαίμων in quarto pede sunt positi [cf. p. 196]; dat. pl. θεοῖς plerumque legitur in thesi pedis tertii et in arsi pedis quarti [cf. supra p. 193].

Quominus pro verbis q.s. δαίμοσιν εἶναι ἀλιτρός [Ψ 595] substituantur verba ἀθανάτους ἀλιτέσθαι metrum non impedit, itemque pro ἀθανάτους ἀλιτέσθαι [δ 378], prout fert metri ratio, inseri potest satis commode δαίμοσιν εἶναι ἀλιτρός.

Ψ 595 usus formae δαίμοσιν ex poëtae libidine pendere videtur.

Λ 792 in oratione recta legitur:

τίς δ' οἶδ', εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίναις

Ο 403: τίς δ' οἶδ' εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίνω [1])

Hisce duobus locis dat. sing. δαίμονι quartum pedem occupat; masculinam caesuram, quae dicitur, excipit locutio σὺν δαίμονι. [2])

Habent quae cum his conferri queant haec:

Ζ 171: αὐτὰρ ὁ βῆ Λυκίην δὲ θεῶν ὑπ' ἀμύμονι πομπῇ.

Ω 430: αὐτόν τε ῥῦσαι, πέμψον δέ με σύν γε θεοῖσιν,

Ι 49: Ἰλίου εὕρωμεν· σὺν γὰρ θεῷ εἰλήλουθμεν.

Hoc loco verba q.s. γὰρ θεῷ (⏑ ⏑ ⏑: in θεῷ diphthongus, in thesi ante diphthongum posita, corripitur), [3]) aeque ac δαίμονι (Λ 792, Ο 403), in quarto pede leguntur; itemque locutio σὺν γὰρ θεῷ post caesuram masculinam legitur. Verba q.s. γὰρ θεῷ metro invito quartum pedem (Λ 792, Ο 403) occuparent, cum θεῷ ante consonam initialem proximae vocis q.e. θυμόν non posset corripi.

Metrum certe non repugnaret, quin legeretur σὺν θεοῖσιν θυμὸν ὀρίναις (ὀρίνω), at perquam insolita synizesis esset in θεοῖσιν, qua uno loco afficitur [ξ 251: cf. p. 201]. Formam q.e. δαίμονι (Λ 792, Ο 403) in quartum pedem optime quadrare, s i q u i d e m p o ë t a h a n c v e r b o r u m c o m p o s i t i o n e m s e r v a r e v o l u e r i t, unusquisque perspiciet.

Hisce rebus perpensis adducor, ut putem locis supra allatis (Λ 792. Ο 403) metrum effecisse, ut vocem q.e. δαίμων adhiberet poëta.

Τ 188 οὐδ' ἐπιορκήσω πρὸς δαίμονος. | αὐτὰρ 'Αχιλλεύς [4])

Genet. sing. δαίμονος, ante diaeresin bucolicam positus, pedem quartum occupat.

[1]) Supra pp. 60; 99 sq.

[2]) Quod ad initium huiusce versus, cum his locis congruunt Π 860, β 332, γ 216.

[3]) V a n L e e u w e n, Enchir., p. 83. K ü h n e r-B l a s s, o.l. I, 1³, § 47,5.

[4]) Supra pp. 67; 105 sq.

Ib. 264: εἰ δέ τι τῶνδ' ἐπίορκον, ἐμοὶ θεοὶ ἄλγεα δοῖεν vox θεοί in thesi pedis quarti est posita, quem locum tricies quinquies obtinet [v. p. 196].

ο 261 eodem versus loco legitur δαίμονος ante diaeresin bucolicam: λίσσομ' ὑπὲρ θυέων καὶ δαίμονος, | αὐτὰρ ἔπειτα [1])

T 188, ο 261 neutrius numeri genetivum vocis q.e. θεός pro δαίμονος posse substitui, per se intellegitur.

Conferantur haec: A 339 πρός τε θεῶν μακάρων πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων.

A 238 sq.: ἐν παλάμῃς φορέουσι δικασπόλοι, οἵ τε θέμιστας
πρὸς Διὸς εἰρύαται· [2])

Poëtam formam δαίμονος T 188, ο 261 hoc hexametri loco adhibuisse non mirabitur is, qui secum reputaverit, quartum pedem, quem excipit diaeresis bucolica, potissimum expleri forma dactylica.[3])

Genetivus singularis δαίμονος in secundo pede est positus:
λ 61 ἆσέ με δαίμονος αἶσα κακὴ καὶ ἀθέσφατος οἶνος· [4])

quibuscum conferantur haec:
ι 52 ἠέριοι· τότε δή ῥα κακὴ Διὸς αἶσα παρέστη
Π 849 ἀλλά με μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός,
γ 238 μοῖρ' ὀλοὴ καθέλῃσι τανηλεγέος θανάτοιο. [5])
E 83 ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή. [6])
T 410 αἴτιοι, ἀλλὰ θεός τε μέγας καὶ μοῖρα κραταιή.
I 377 ἐρρέτω· ἐκ γάρ εὖ φρένας εἵλετο μητίετα Ζεύς.
H 360 ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί.
O 724 ἀλλ' εἰ δή ῥα τότε βλάπτε φρένας εὐρύοπα Ζεὺς
ξ 178 τὸν δέ τις ἀθανάτων βλάψε φρένας ἔνδον ἐίσας
ξ 488 δάμναται· οὐ γὰρ ἔχω χλαῖναν. παρά μ' ἤπαφε δαίμων

Pro verbis quae sunt δαίμονος αἶσα κακή substituere non licet Διὸς αἶσα κακή.

Quo minus in priorem hexametri partem (λ 61) inseratur ἆσέ με μοῖρ' ὀλοή καὶ nihil impedit, neque haec metro invito leguntur: ἆσέ με μοῖρα κραταιή ..... vel: ἆσέ με μητίετα Ζεύς .....
.... ἆσέ με μοῖρα θεῶν καὶ ..... ἆσέ με μοῖρα θεοῦ καὶ

Altera hexametri pars alio modo esset explenda.

---

[1]) Supra pp. 79; 149.

[2]) Brugmann-Thumb, Gr. Gr.[4] p. 516: „Es war dies [πρὸς θεῶν sc. πρὸς δαίμονος] eine Spezialisierung derjenigen Verwendung, die in A 239 („dem Zeus gegenüber," „vor Zeus") u. a. Homerstellen vorliegt."

[3]) Cf. supra p. 187,2. [4]) Supra pp. 78; 132—135.

[5]) = β 100. τ 145. ω 135. [6]) = Π 334. Y 477.

Praeterea poëtam aliam perhibere potuisse verborum commissuram, semper in hac re memoria est tenendum.

Colligendum esse puto, λ 61 poëtam non metri lege obstrictum adhibuisse verba ἆσέ με δαίμονος αἶσα κακή, sed usum vocis δαίμονος poëticae licentiae esse tribuendum.

Uno loco poëta ipse narrans usurpat acc. plur. δαίμονας, A 221 sq.:

ἡ δ' Οὔλυμπον δὲ βεβήκει
δώματ' ἐς αἰγιόχοιο Διὸς μετὰ δαίμονας ἄλλους.

Acc. plur. δαίμονας, qui semel in his carminibus occurrit, in quinto pede legitur (v. pp. 189; 193; 196]. Δαίμονας hic idem valere ac θεούς, supra exposui [p. 87 sq.].

Poëtam multis variisque modis deos universos significare, nemo ignorat. Ne in re notissima multus sim, ea tantum affero, quae pertinent ad varias in hexametro vocabulorum sedes:

A 339 ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι,
A 570 ὤχθησαν δ' ἀνὰ δῶμα Διὸς θεοὶ Οὐρανίωνες.
A 597 αὐτὰρ ὁ τοῖς ἄλλοισι θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν
Δ 29 ἔρδ'· ἀτὰρ οὔ τοι πάντες ἐπαινέομεν θεοὶ ἄλλοι.
O 101 ὤχθησαν δ' ἀνὰ δῶμα Διὸς θεοί· ἡ δὲ γέλασσε
Φ 298 τὼ μὲν ἄρ' ὣς εἰπόντε μετ' ἀθανάτους ἀπεβήτην.

Poëtam, qui alias deos nominatim appellare soleat, A 222 in adhibenda voce δαίμονας ab usitata consuetudine recedere, satis constat.[1]) Utrum metri lege coactus adhibuerit δαίμονας an, ut variaretur narratio ac distingueretur, si quaeras, respondeo utrumque accipi posse. Poëta si certa mente ac consilio ex multis aliis hunc verborum contextum delegerit, formam δαίμονας quinto pedi, quem potissimum dactylus occupet, aptissimam esse — ne dicam ex omnibus solam in hunc locum quadrare —, unusquisque concedet. A 222 metri vim magni aestimandam esse puto.

Nominativus singularis δαίμων duobus locis in versus initio est positus: O 467 sq. Teucer exclamat:

ὢ πόποι,[2]) ἦ δὴ πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κείρει
δαίμων ἡμετέρης, ὅ τέ μοι βιὸν ἔκβαλε χειρός,[3])

cui Aias sic respondet [ib. 472]:

ὦ πέπον, ἀλλὰ βιὸν μὲν ἔα καὶ ταρφέας ἰοὺς
κεῖσθαι, ἐπεὶ συνέχευε θεὸς Δαναοῖσι μεγήρας·

δ 275 haec habet:

δαίμων, ὃς Τρώεσσιν ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι·[4])

Δαίμων spondeum efficiens optime in hexametri quadrat initium;

[1]) Vid. supra p. 84 sq. Cf. Ameis-Hentze, Anh. II. 1[3], p. 57.
[2]) Verborum lusum audias: ὢ πόποι-ὦ πέπον, ib. 472.
[3]) Supra pp. 64; 111.
[4]) Supra pp. 76; 126.

vox θεός (O 473) in thesi pedis tertii et in arsi pedis quarti posita, hunc hexametri locum frequentissime occupat [v. p. 191].

Π 119 sqq. legitur:

γνῶ δ' Αἴας κατὰ θυμὸν ἀμύμονα ῥίγησέν τε
ἔργα θεῶν, ὅ ῥα πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κείρει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, Τρώεσσι δὲ βούλετο νίκην·

Optime inter se congruunt O 467 sq. et Π 120 sq.; neque quod ad sententiam inter se differunt δ 275 et Π 121.

Verba q.s. δαίμων ἡμετέρης et Ζεὺς ὑψιβρεμέτης sine ullo metri incommodo locos inter se mutare possunt. A voce q.e. Ζεύς frequentissime versus initium facit poëta.[1]) O 468, δ 275 vocem q.e. δαίμων non metri causa usurpatam esse, satis apparet.

Semel legitur nom. sing. δαίμων in thesi pedis primi et in arsi pedis secundi, semel in thesi pedis secundi et in arsi pedis tertii [supra p. 194 sq.]:

ρ 446 τίς δαίμων τόδε πῆμα προσήγαγε δαιτὸς ἀνίην;[2])
γ 27 ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται· οὐ γὰρ ὀίω[3])

θεός sexies legitur in thesi pedis 1 et in arsi pedis 2, quaterdecies in thesi pedis 2 et in arsi pedis 3. H i s o l i h e x a m e t r i l o c i u t r i q u e v o c a b u l o s u n t c o m m u n e s.[4])

His versus locis usus vocis q.e. θεός determinatur hac lege, ut vox θεός, nisi littera initialis proximae vocis sit consona, ante versus incisionem sit posita.[5])

E. gr. haec tantum affero:

K 556 ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων καὶ ἀμείνονας ἠέ περ οἵδε [cf. γ 231]
θ 170 ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει, οἱ δέ τ' ἐς αὐτόν
T 159 ἀνδρῶν, ἐν δὲ θεὸς πνεύσῃ μένος ἀμφοτέροισιν.
X 285 εἴ τοι ἔδωκε θεός· νῦν αὖτ' ἐμὸν ἔγχος ἄλευαι
ξ 444 οἷα πάρεστι. θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει,
Γ 381 = Υ 444 ῥεῖα μάλ' ὥς τε θεός, ἐκάλυψε δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ.[6])

His locis inter se comparatis usum vocis δαίμων γ 27, ρ 446 e metro pendere veri simillimum esse puto.

Reliquis utriusque carminis locis nom. sing. δαίμων in versus exitu positus est. Hunc versus locum, qui constantes carminum

---

[1]) Vide C. E. S c h m i d t, Parallel-Homer, p. 91.

[2]) Supra pp. 80; 128 sqq.; de locutione Ζεὺς ὑψιβρεμέτης cf. G i s e k e, o. l. p. 23.

[3]) Supra pp. 73; 124 sq.

[4]) De dat. pl. θεοῖσιν in primo pede posito, vide supra p. 201.

[5]) V a n L e e u w e n, Enchir., p. 90. S o l m s e n, o.l. p. 163.

[6]) Reliqui loci sunt: H 4. P 99. γ 231. ϑ 177. E 129. Z 228. N 743. T 410. τ 488, 496. φ 213, 280. ω 447.

epicorum clausulas verborumque conclusiones conservaverit, magni habuisse momenti poëtas epicos, notissimum est. [1])

H 291 sq. = 377 sq. = 396 sq.:

σήμερον· ὕστερον αὖτε μαχησόμεθ', εἰς ὅ κε δαίμων
ἄμμε διακρίνῃ, [2])

His tribus locis εἰς ὅ κε δαίμων post diaeresin bucolicam in exitu versus legi, observatione dignum est. Inter se conferantur haec:

H 29 sqq.: νῦν μὲν παύσωμεν πόλεμον καὶ δηιοτῆτα
σήμερον· ὕστερον αὖτε μαχήσοντ', εἰς ὅ κε τέκμωρ
Ἰλίου εὕρωσιν, [3])

H 290 sqq.: νῦν μὲν παυσώμεσθα μάχης καὶ δηιοτῆτος
σήμερον· ὕστερον αὖτε μαχησόμεθ', εἰς ὅ κε δαίμων
ἄμμε διακρίνῃ,

H 376 sqq.: παύσασθαι πολέμοιο δυσηχέος, εἰς ὅ κε νεκροὺς
κήομεν· ὕστερον αὖτε μαχησόμεθ', εἰς ὅ κε δαίμων
ἄμμε διακρίνῃ,

H 395 sq. Priami iussu ab Idaeo praecone eadem ad Graecos referuntur.

Verborum concinnitatem ac lusum his locis apertum esse, nemo negabit. [4])

Frequentissime hexameter hoc metri schemate terminatur: ˊ ⏑ ⏑ ˊ – [5]); ex sexaginta locis tricies sexies δαίμων in hac clausula ultimum pedem occupat [p. 196]. Hoc magnum argumentum esse mihi videtur, poëtam hanc vocem spondiacam, qua numen divinum significaretur, potissimum in ultimo hexametri pede, loco insigni, posuisse; vocem θεός enim hoc loco metrum dactylicum non admittit [p. 196].

Sic etiam in Iliade Γ 420, I 600, Λ 480, O 418, Φ 93 δαίμων in ultimo pede est positus.

Γ 420: σιγῇ, πάσας δὲ Τρῳὰς λάθεν· ἦρχε δὲ δαίμων.

Verba ἦρχε δὲ δαίμων post diaeresin bucolicam sunt posita. [6]) Voce q.e. δαίμων Aphrodite dea significatur, ut etiam O 418 δαίμων certum deum [Apollinem sc.] significat:

οὔθ', ὁ τὸν ἂψ ὤσασθαι, ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων. [7])

Γ 420, O 418 voce q.e. δαίμων certum quendam deum poëta

---

[1]) Cf. Hilberg, o.l. p. 273. Witte, R. E. VIII, c. 2244.
[2]) Supra pp. 60; 97 sqq.
[3]) Cf. I 48 sq., 702 sq.
[4]) Cf. Υ 127: σήμερον· ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται, ἅσσά οἱ Αἶσα.
[5]) Vid. supra p. 198,4.
[6]) Cf. supra p. 92 sq.; quantam vim habeat locus post diaeresin bucolicam exposui supra p. 198.
[7]) Supra pp. 64,1; 106 sq.

ipse narrans significat, quem alias numen divinum certo nomine nuncupare solere supra demonstravimus. [1])

β 416 = γ 12 in exitu versus post diaeresin bucolicam legitur: ἦρχε δ' Ἀθήνη, quo loco, quod ad metrum, satis commode subici potest ἦρχε δὲ δαίμων.

Α 495 ante caesuram κατὰ τρίτον τροχαῖον: Ζεὺς δ' ἦρχε.

α 125 in exitu versus: ἡ δ' ἕσπετο Παλλὰς Ἀθήνη

β 405: ὣς ἄρα φωνήσασ' ἡγήσατο Παλλὰς Ἀθήνη [= γ 29 = η 37].

Aphrodite, quae Γ 420 est δαίμων, paulo post [ib. 425] θεά appellatur, ubi θεά legitur in thesi pedis 3 et in arsi pedis 4, quem locum hanc vocem centies decies occupare vidimus. [2])

Cum verbis ἦρχε δὲ δαίμων, ἦρχε δ' Ἀθήνη versus clausulae conferri possunt haud paucae:

Ι 657, ψ 370, ω 501	post	diaeresin	bucolicam	legitur	ἦρχε δ' Ὀδυσσεύς.
Ν 136, Ο 306, Ρ 107, 262	„	„	„	„	ἦρχε δ' ἄρ' Ἕκτωρ.
Φ 391	„	„	„	„	ἦρχε γὰρ Ἄρης.
Ψ 12	„	„	„	„	ἦρχε δ' Ἀχιλλεύς.
Π 552, ω 9	„	„	„	„	ἦρχε δ' ἄρα σφιν.
Ρ 597	„	„	„	„	ἦρχε φόβοιο.
Ω 723	„	„	„	„	ἦρχε γόοιο.
ε 237	„	„	„	„	ἦρχε δ' ὁδοῖο.
Α 571, Η 347, Σ 249, β 15, π 345, σ 349, υ 359, χ 461	„	„	„	„	ἦρχ' ἀγορεύειν.

Quas omnes elaboratas et tamquam elucubratas esse metri formas, nemo est quin concedat.

Pro ἦρχε δὲ δαίμων [Γ 420] subicere licet ἦρχ' Ἀφροδίτη, quae forma omnibus fere locis [3]) versus exitum occupat: Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη in versus exitu legitur Γ 374. Ε 131, 312, 820. Ξ 193, 224. Φ 416. Ψ 185. ϑ 308.

[1]) Supra p. 84. [2]) Cf. supra p. 193.

[3]) υ 73 in initio versus: εἶτ' Ἀφροδίτη ....
Ι 389: οὐδ' εἰ χρυσείῃ Ἀφροδίτῃ κάλλος ἐρίζοι,
Genet. sing. in exitu versus Γ 54, 64. Υ 105. δ 14. ϑ 267. χ 444.
Dat. sing. „ „ „ Τ 282. Ω 699. ϑ 337, 342. ρ 37. τ 54.
Accus. sing. „ „ „ Ε 427. Ξ 188.
Quamquam litterae φρ in una eademque voce positionis sunt effectrices, littera α vocis Ἀφροδίτη tamen corripitur; aliter vox hexametri vinculo astringi non potest; cf. Van Leeuwen, Enchir., p. 100 sq. Bickel, o.l. p. 571. Blass, o.l. I, 1³, p. 303 sq.
De correptione Attica, quae dicitur, cf. Giseke, o. l. p. 153 sq. Schulze, o. l. Index rerum notabilium, i. v. positio neglecta.
Van Leeuwen, o.l. p. 101 festive: „dea Ἀφροδίτη," inquit, „abesse debet ab ipso quod excitavit bello Troiano, si pro brevi haberi nequit syllaba initialis eius nominis."

φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη Γ 424. Δ 10. Ε 375. Ξ 211. Υ 40. θ 362. δῖ' Ἀφροδίτη Β 820. Γ 389, 413. Ε 370. υ 68.

Praeterea cf. Γ 380. Ε 248. Υ 209. Φ 430. Χ 470. δ 261.

Hisce perpensis colligere licet poëtam Γ 420 certa mente ac consilio vocem δαίμων, qua vim divinam significaret, nomini proprio praetulisse.

Verba ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων [Ο 418] praeterea leguntur Φ 93, in versus exitu; Lycaon ad Achillem [Φ 92 sq.]:

οὐ γὰρ ὀίω, inquit,
σὰς χεῖρας φεύξεσθαι, ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων. [1])

Reliqui Iliadis loci, quibus δαίμων hexametri exitum occupat, hi sunt:

Ι 600 ἀλλὰ σὺ μή μοι ταῦτα νόει φρεσί, | μηδέ σε δαίμων [2])
ubi μηδέ σε δαίμων legitur post diaeresin bucolicam.

Λ 480 ἐν νέμεϊ σκιερῷ· ἐπί τε λῖν ἤγαγε δαίμων, [3])
quae verba a poëta ipso in comparatione adhibentur.

In Iliade nom. sing. δαίμων in ultimo pede legitur in his metri schematis:

ἦρχε δὲ δαίμων, post diaeresin bucolicam
εἰς ὅ κε δαίμων, tribus locis post diaer. bucol.
μηδέ σε δαίμων, post diaer. bucol.
ἤγαγε δαίμων
ἐπέλασσέ γε δαίμων.

His quoque locis poëtam integram aliam verborum compositionem sibi reservare potuisse, consentaneum est.

Hoc certum est, ultimum hexametri pedem non posse expleri voce q.e. θεός, quam si adhibere voluisset poëta, alia verborum consecutio ei fuit deligenda:

cf. η 254 νῆσον ἐς Ὠγυγίην πέλασαν θεοί, ἔνθα Καλυψώ
Ν 1 Ζεὺς δ', ἐπεὶ οὖν Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα νηυσὶ πέλασσε,
Ω 564 ὅττι θεῶν τίς σ' ἦγε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν·

Uno loco [Φ 103] legitur: νῦν δ' οὐκ ἔσθ' ὅς τις θάνατον φύγῃ, ὅν κε θεός γε. [4]) Φ 93 et Ο 418 pro ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων subici possunt haec: ἐπεί ῥ' ἐπέλασσε θεός γε, id quod vicissim fieri non potest.

Ex eo quod θεός γε semel δαίμων contra tricies sexies in ultimo pede legitur, colligendum esse puto, poëtam hanc clausulam in hexametri exitu alteri praetulisse, quin etiam vocem q.e. δαίμων

[1]) Supra pp. 68; 106 sq. [2]) Supra pp. 61; 109 sq.
[3]) Supra p. 107 sq.
[4]) Γ 230 in exitu versus θεὸς ὥς
Υ 100 „ „ „ θεός περ. Cf. supra p. 197.
Praeterea θεός γε legitur Ζ 228 (in th. p. 2 et a. + th. p. 3), Κ 556 et γ 231 (in th. p. 1 et a. + th. p. 2).
Enclitica γε octoginta locis [Il. 41, Od. 39] versus terminatur [quadragies septies legitur ἔγωγε].

ad versus exitum explendum ita appositam iudicasse, ut vocem, quam homines, quos loquentes inducit, ad numen divinum significandum usurpare solerent, ipse narrans in ultimo hexametri pede adhibuerit [Λ 480].

In Odyssea ex triginta tribus locis nom. sing. δαίμων duodetricies in exitu versus legitur; quos locos cum supra [p. 186] enumeraverim, hic non repeto. Uno loco excepto [ε 396], quo poëta ipse in comparatione vocem q.e. δαίμων adhibet, reliqui omnes in oratione recta leguntur. Hos locos, quippe qui in usu vocis q.e. δαίμων cum iis, quos supra ex Iliade exposui, congruant, singulos tractare necesse non habeo.

Odysseae locutiones quae sunt ἤγαγε δαίμων, ἤπαφε δαίμων, ἀλλά σε δαίμων ex schematis, quae in Iliade inveniuntur: ἤγαγε δαίμων, μηδέ σε δαίμων depromptas esse veri simillimum videtur, licet in hac re diiudicanda cautione opus sit. Quatenus enim universe Odyssea ex Iliade pendeat magna est quaestio. Dietrich Mülder, in libro qui inscribitur „Die Ilias und ihre Quellen," p. 354 haec dicit: „Die Odyssee ist materiell und formell von der Ilias in einer Weise abhängig, die ein Problem für sich bildet"; paulo post: „Zu den Vorbildern aber, nach und mit denen dort geschaffen wird, gehört vor allem die Ilias selbst; sie ist das klassische Muster, dem der Epigone im Groszen und Kleinen nahezukommen sich bemüht." [1])

Artissime inter se cohaerent schemata quae sunt: ἄλλα δὲ δαίμων, ἀλλά με δαίμων, ἀλλά σε δαίμων, ἤγαγε δαίμων, ἤπαφε δαίμων, ἔμβαλε δαίμων, ὦρορε δαίμων, quae insignite naturam versus heroici prae se ferunt, neque concinnam verborum compositionem sedulo atque ingeniose a poëta petitam esse non aperiunt. [2])

Ex hoc verborum nexu apertum fit, quantam navaverint operam studiumque ii, qui carmina epica composuerunt, ad elaborandum

[1]) Giseke, o.l. pp. 33; 67. M. Groeger, Der Einfluss des Ω auf die Komposition der Odyssee [Rhein. Mus. 59 (1904), pp. 1—33].

Mülder, Burs. Jahresb. B. 157 [1912], p. 293; B. 161 [1913], p. 165 sq. Van Leeuwen, Enchir. Proleg., p. XXXIV. Christ-Schmid, o.l. I[6], pp. 57,1; 60.

[2]) Mülder, Die Ilias und ihre Quellen, p. 340: „mit der Sammlung ähnlicher metrischer Anlehnungen könnte man einen ganzen Band füllen."

Cf. Witte, R.E. VIII, c. 2213, i.v. Homeros: „Unablässig sind die Dichter thätig gewesen die ursprünglichen Formen so umzubilden, dass sie immer mehr dem daktylischen Rhythmus sich anschmiegten."

Bethe, Die Griechische Literatur [Gercke-Norden, o. l. I[2]], p. 296: „Die Griechische Poesie hat die Vorzüge des tüchtig und mit Bewusstsein geübten Handwerks: sie wurde gelernt, und die einmal anerkannte Regel hatte Geltung. Das zeigen die äusseren Formen, am deutlichsten das Metrum und die Sprache. Jede Gattung hat sich eigene

versum heroicum, quantaque perpetuitate formae versus semel probatae viguerint.

Huiusce inquisitionis argumenta licet infirmiora sint quam ut certum iudicium facere possimus, quatenus usus vocis q.e. δαίμων singulis locis e metro pendeat, tamen hanc rem, quam nemo adhuc — quod sciam — diligenter investigaverit, accuratius tractare, non prorsus inutile iudicavi. Supervacaneum me suscepisse laborem ego quidem negaverim, immo vero necessarium ad recte aestimandum vocis q.e. δαίμων usum. [1])

Eorum quae disputavimus huc redit summa:

Masse und eigene Ausdrucksweise geschaffen und sie dann zäh festgehalten," sqq.; cf. ib. p. 131.

Kretschmer, Sprache, ib. p. 543: „Wie in der Dialektmischung zeigt die epische Sprache auch in zahlreichen anderen Erscheinungen ihren künstlichen, durch eine lange Tradition ausgebildeten Charakter" ...... p. 544: „Das ionische Epos hatte ein ausgeprägtes literarisches Idiom geschaffen, das auch von Dichtern nichtionischer Herkunft verwendet wurde und seine konventionelle Form durch alle Zeiten bewahrte." Ab eodem laudatur Fr. Ellendt, Über den Einfluss des Metrums auf Wortbildung und Wortverbindung [Königsberg 1861], quem librum ut inspicerem mihi non contigisse, valde doleo.

Dietrich Mülder, Burs. Jahresb. B. 157 [1912], p. 257 profert ea quae scripsit A. Ludwich (B. Ph. W. 1910, col. 1532]: „Glücklich geprägte sprachliche Ausdrücke sehen die Griechen — das lehrt uns namentlich ihre hexametrische Dichtkunst mit der grössten Eindringlichkeit — jederzeit als Gemeingut an, und die volkommene Freiheit der Verwendung dieses Sprachschatzes galt ihnen als ganz selbstverständlich", sqq.; deinde sic pergit Mülder: „So ist die Sache: die Dichter von Ilias und Odyssee verwenden so wohl übernommenes als selbstgeformtes Sprach- und Versmaterial mit grosser Freiheit," sqq. Vid. supra p. 50, 11.

Praeterea cf. Bergk, o.l. p. 833 sq. Pierson, Hellas[2] [1896], p. 13. E. Drerup, Homer [München 1913], p. 31. Cauer, Grundfr.,[2] p. 265. Beloch, o.l. I[2], 1, p. 198. Finsler, o.l. I[2], p. 60. Fairbanks, o.l. pp. 218; 220. Gercke, Methodik [Gercke-Norden, o.l. I[2]], p. 78. Christ-Schmid, o.l. I[6], p. 60 sq. Belzner, o.l. II, pp. 245—251.

[1]) Leviter tantum de metri vi quaestionem attigit Nitzsch, o.l. I, p. 90: „So nach haben wir ein Recht, auch in manchen Stellen Homers bei δαίμων das dunkele, wunderbare Walten höherer Macht mehr aufzufassen als bei θεός, so oft auch das Versmass nur die Wahl bestimmt haben mag."

Bergk, o.l. p. 862 universe haec dicit: „die Rücksicht auf das Versmass war unzweifelhaft häufig massgebend."

Gercke, Methodik [Gercke-Norden o.l. I[2]], p. 58: „Wer einen Dichter verstehen will, muss auch seine Technik kennen, an die er sich bindet," sqq. et p. 59. Witte, Sing. u. Pl., p. 142 merito haec dicit: „Es ist ein eigener Reiz, die Dichter bei der Arbeit zu überraschen, einen Blick in ihre Werkstatt zu tun."

Apparuit voces q.s. δαίμων et θεός apud Homerum non-nullis locis non idem significare; multos tamen esse locos, quibus δαίμων et θεός nullo discrimine adhibeantur: in oratione recta utramque vocem promiscue usurpari; poëtam, qui deos certo nomine nuncupare soleat, aliquoties ab usitata consuetudine rece-dere, eo quod sive analogiae rationem secutus, sive metri legem observans, vocem q.e. δαίμων adhibeat — ut etiam vocem q.e. θεός — ad numen divinum significandum; nonnullis locis [O 468. Ψ 595. δ 275. λ 61] vocis q.e. δαίμων usum e poëtae libidine pendere; reliquis locis, e quibus maior pars in Odyssea invenitur, nominativi praesertim singularis usum e metro pendere veri simil-limum esse. In Odyssea nominativum singularem δαίμων, in ultimo pede positum, in formam metri fixam abiisse videri; [1]) quamquam multis locis metri vis magni sit aestimanda, hic tamen poëtam vocem q.e. δαίμων adhibuisse metri lege coactum, definite statuere non licere.

Ex Homerici usus imitatione, qua nemo fere poëta Graecus prorsus vacet, fluxisse vocis δαίμονος usum in hymnis Homericis, vix est quod dicam. [2])

In hymnis Homericis [ed. Allen] vocis q.e. δαίμων
nom. sing. legitur in initio versus uno loco: h. in Pan. [XIX], 22
δαίμων δ' ἔνθα καὶ ἔνθα χορῶν sq.
„ „ „ „ exitu versus tribus locis:
h. in Merc. [IV], 138: ἤνυσε δαίμων
h. in Bacch. [VII], 31: ἔμβαλε δαίμων
h. in Pan. [XIX], 41: περιώσια δαίμων
genet. sing. legitur in quinto pede duobus locis:
h. in Merc. [IV], 343: δαίμονος ἔργα
h. in Cer. [II], 300: δαίμονος αἴσῃ
dat. sing. legitur in quinto pede uno loco:
h. in Cer. [II], 235: δαίμονι ἶσος
voc. sing. legitur in ultimo pede duobus locis:
h. in Merc. [IV], 551: ἐριούνιε δαῖμον[3])
h. in Magnam Matrem [XXX], 16: ἄφθονε δαῖμον
nom. plur. legitur in quinto pede uno loco:
h. in Ap. [III], 11: δαίμονες ἄλλοι
acc. plur. legitur in quarto pede uno loco:
h. in Cer. [II], 338: ἐς φάος ἐξαγάγοι μετὰ δαίμονας sq.
acc. plur. legitur in quinto pede uno loco:
h. in Merc. [IV], 381: καὶ δαίμονας ἄλλους

---

[1]) Cf. Finsler, o.l. I², p. 319.
[2]) Vid. supra p. 165 sq. Cf. Witte, Sing. u. Plur., p. 168.
[3]) Cf. supra p. 188,2.

Addo hanc locorum tabulam:

In Hymnis Homericis:

Casus	Numerus locorum	Locus	Casus	Numerus locorum	Locus
δαίμων	1	in 1° pede	θεός	3	in th. p. 2
	3	in 6° pede		1	in th. p. 3
				2	in th. p. 3 et in a. p. 4
	4			1	in th. p. 4
				7	
δαίμονος	2	in 5° pede	θεοῦ	1	in th. p. 3 et in a. p. 4
	2			1	in th. p. 4
				2	
δαίμονι	1	in 5° pede			
	1				
			θεόν	1	in th. p. 1 et in a. p. 2
				2	in th. p. 3 et in a. p. 4
δαῖμον	2	in 6° pede		6	in th. p. 4
	2			9	
δαίμονες	1	in 5° pede	θεοί	1	in th. p. 1 et in a. p. 2
	1			1	in th. p. 2 et in a. p. 3
				5	in th. p. 3 et in a. p. 4
				2	in th. p. 5 et in a. p. 6
				9	
			θεῶν	1	in th. p. 1 syniz. [1]
				10	in th. p. 1 et in a. p. 2
				1	in a. p. 2 syniz. [2]
				1	in th. p. 2 syniz. [3]
				6	in th. p. 2 et in a. p. 3
				31	in th. p. 3 et in a. p. 4
				50	
			θεοῖς	2	in th. p. 2 et in a. p. 3
				5	in th. p. 3 et in a. p. 4
				7	
			θεοῖσι	3	in th. p. 2 et in a. + th. p. 3
				1	in th. p. 3 et in a. + th. p. 4
				12	in th. p. 5 et in 6° p.
				16	

[1]) h. in Cer. 55. [2]) ib. 259. [3]) ib. 345.

Casus	Numerus locorum	Locus	Casus	Numerus locorum	Locus
			θεοῖσιν	1	in th. p. 2 et in a. + th. p. 3
				8	in th. p. 5 et in 6⁰ p.
				9	
δαίμονας	1	in 4⁰ pede	θεοὺς	1	in th. p. 1 et in a. p. 2
	1	in 5⁰ pede		2	in th. p. 2 et in a. p. 3
	2			5	in th. p. 3 et in a. p. 4
				1	in th. p. 4 syniz.
				9	
			θεά	7	in th. p. 1 et in a. p. 2
				4	in th. p. 2 et in a. p. 3
				4	in th. p. 3 et in a. p. 4
				1	in th. p. 4
				16	
			θεᾶς	1	in th. p. 1 et in a. p. 2
				1	in th. p. 3 et in a. p. 4
				2	
			θεᾷ	2	in th. p. 2 et in a. p. 4
				2	
			θεάν	2	in th. p. 3 et in a. p. 4
				2	
			θεαί	1	in th. p. 2 et in a. p. 3
				7	in th. p. 3 et in a. p. 4
				8	
			θεάων	6	in th. p. 5 et in 6⁰ p.
				6	
			θεαῖς	1	in th. p. 2 et in a. p. 3
				1	
			θεάς	1	in th. p. 1 et in a. p. 2
				1	
			θέαινα.	1	in th. p. 5 et in 6⁰ p.
				1	

CAPUT VI.

Quid valeat ad statuendam vocis δαίμονος vim carminum natura.

Investigavimus in exploranda vocis δαίμονος significatione, quid docerent verba cognominata vel idem significantia [c. II], quibuscum verbis coniungeretur δαίμων [c. III], quae sententia inesset adiectivo q.e. δαιμόνιος [c. IV], quatenus porro e metro penderet vocis usus [c. V]. Apparuit vocabula q.s. δαίμων et θεός apud Homerum plurimis locis idem valere, aliis vero non prorsus idem significare, nonnullis vocis δαίμονος usum e metro pendere veri simillimum esse.

Utrum quae sit inter δαίμονα et θεόν discrepantia e variis religionibus possit enucleari necne, unde variae religionis aetates in carminibus epicis internoscantur, magna est quaestio, quae cum universa carminum natura quadam ex parte cohaerere videtur.

Etiam hanc carminum naturam ad explicandam vocis δαίμονος vim magno esse momento, non facile negabitur.

In examinanda scripti verbi origine praeterea scriptoris mentis ingeniique rationem esse habendam, supra dictum est [c. I, p. 50].

Priusquam in carminum naturam et priscae religionis vestigia inquiramus, nonnulla de carminum auctore dicenda sunt.

De poëta. De poëta ipso certa proferre non possumus, licet antiqui philologi et recentiores de Homero multa variaque scripserint. [1]) Quo

[1]) Westermann, Βιογράφοι [Braunschweig 1845], pp. 1—45.
Bergk, o.l. I, p. 440 sqq. v. Wilamowitz, H. U., pp. 328 ; 275 ; 377 sqq. Id., Gr. L.[3], p. 10 sq. Witte, R. E. VIII, c. 2188 sqq. i. v. Homeros. Christ-Schmid, o.l. I[6], p. 36 sq. Allen, Homeri Opera, V [Oxonii MCMXII], p. 184 sqq.
Bethe, o.l. pp. 131 ; 266. Finsler, o.l. I[2], p. 59 sqq. Beloch, o.l. I, 1[2], p. 199.
Ernst Maass, Die Person Homers [N. Jahrbb. XXVII (1911), pp. 539—550].
D. Mülder, o.l. p. 352 sq. Id., „Bericht über die Literatur zu Homer 1902—1911" [Burs. Jahresb. B. 157 (1911), pp. 539—550]. Van Leeuwen, Enchir. Prolegom., p. XVII sqq.

tempore, quo loco natus sit ille poëta celeberrimus, cuius fama per tot saecula in gloría fuit immortali atque semper manebit, adhuc nemo dicere potuit.

Illum litterarum Graecarum parentem, [1]) quippe qui in temporum priscorum latebras recedat, cogitatione tantum amplecti possumus.

Quin etiam annon vixerit Homerus nonnulli recentiores dubitaverunt; qua de re Houston Stewart Chamberlain haec dicit: [2]) „Dass man an dem Dasein des Dichters Homer hat zweifeln können, wird späteren Geschlechtern keine sehr günstige Vorstellung von der geistigen Schärfe unserer Epoche geben;" deinde allato iudicio illo Goethiano: „hinter diesen Werken steht eine herrliche Einheit, ein einziger höherer Dichtersinn", sic pergit Chamberlain: „aber auch die Philologen sind, auf ihren notwendigen Umwegen, zu derselben Einsicht gelangt, und Homer tritt grösser als je in das 20. Jahrhundert, in das vierte Jahrtausend seines Ruhmes ein;" quae quamquam omnino sunt probanda, multa tamen restant dubia, quae diiudicari nescio an nunquam possint.

Quin Homerus quondam vixerit, antiqui ipsi minime dubitaverunt, licet memoriam eius multis variisque fabulis exornavisset fama et hominum sermo. [3]) Quaestionem illam quae est de Homero poëta breviter tantum attingam. Hoc unum dico, plerosque huiusce aetatis virorum doctorum, qui hanc quaestionem studiose persecuti sint, in ea sententia esse, ut Homerum arbitrentur fuisse poëtam Ionicum, qui exeunte octavo ante Christum natum saeculo vixerit. [4])

Argumentorum singulorum enumerationem missam facio, ne supervacaneum suscipere videar láborem, neve in hac re multus sim. Itaque de hisce rebus plura dicere non est in animo.

Lehmann-Haupt, Griechische Geschichte bis zur Schlacht bei Chaironeia, [Gercke-Norden, o.l. III² (1914)], p. 104. Birt, o.l. p. 88. Lübker, o.l. i. v. Homeros.

[1]) Plat. Rep. X, 606 E. Protag. 339 A.

Cf. Van Leeuwen, Enchir. Prolegom., p. LII sq.

Bethe, o.l. p. 137. Finsler, o.l. I², p. 306. Brugmann-Thumb, o.l. p. 22 sq. Christ-Schmid, o.l. I⁶, p. 19. Vid. supra p. 162, 2.

[2]) Die Grundlagen des Neunzehnten Jahrhunderts I¹⁰ [München 1912], p. 71.

[3]) Maass, o.l. p. 547. Bergk, o.l. pp. 442 sq.; 474 sq. Lehmann-Haupt, o.l. p. 104.

[4]) Bergk, o.l. pp. 447, 12; 457 sq. Maass, o.l. pp. 546; 548. Rohde, o.l. I⁴, p. 41. v. Wilamowitz, H. U., p. 378: id., Gr. L.³, p. 10. Christ-Schmid, o.l. I⁶, p. 64 sqq. Bethe, o.l. p. 132. Cauer, Grundfr.², p. 314. Mülder, o.l. p. 352; id., in Burs.

Quamvis aegre feramus Homerum ipsum vetustate obrutum esse, carmina eius omnibus patent ingeniique poëtici testimonium praebent perpetuum. [1])

Carminum epicorum natura fert, ut latitet auctoris persona: poëta enim ea sola profert, quae Musa eum docuerit; [2]) in com-ponendo autem carmine scintilla ingenii elucet et poëta tamquam πρωταγωνιστής in scaenam prodit.

In Iliade et Odyssea, quamquam primitiae sunt litterarum Grae-carum et antiquissima Graecorum mentis et animi significatio litteris tradita, ita eximia videtur poëtici ingenii species adeoque exculta et ad summum perducta ars epica, ut non colligi non possit ante Homerum multos fuisse poëtas, epicorum carminum auctores,[3]) quorum vestigiis institerit Homerus, quorum carmina in usum suum converterit, a quibus multa metri schemata mutuatus sit, non ut compilator quilibet, sed ad suum arbitrium formas semel probatas adhibens. [4]) Homerus, licet ad priorum exempla se applicaverit, summo tamen ingenio praeter ceteros eminens, propria sua arte poëtica poësin epicam excoluit. Merito haec dicit Cauer [o.l.^{2} p. 435]: „Aber den echten Hauch homerischen Geistes spürt man nicht an solchen Stellen, wo überlieferte Formen hin- und hergeschoben werden, sondern da, wo vor unseren Augen die Kraft sich regt etwas Neues zu gestalten." [5])

Jahresb. B. 161 [1913], p. 129. Arthur Platt, Homer's Similes [The Journal of Philology XXIV (1896)], p. 38. Belzner o.l. II, pp. 132; 246.

De nomine q.e. Μελησιγενης vide Maass, o.l. p. 539 sqq. Mülder, Burs. Jahresb. B. 157 [1912], p. 183. Birt, o.l. p. 88, 5.

[1]) Bethe, o.l. p. 137. Beloch, o.l. I, 1^2, p. 201. Christ-Schmid, o.l. I^6, p. 79.

[2]) Bergk, o.l. p. 444. Beloch, o.l. I, 1^2, p. 312. v. Wilamowitz, Gr. L.^{3}, p. 11. Finsler, o.l. I^2, p. 310.

Cf. Α 1. Β 484. Λ 218. Ξ 508. Π 112. α 1. θ 44, 488. ρ 518. χ 397.

[3]) Fuisse poëtas ante Homerum ipsa testantur carmina: Β 596. α 154, 326. γ 267. θ 44, 73 sqq. ρ 262, 518. χ 330. Cf. Christ-Schmid, o.l. I^6, p. 19 sqq. Van Leeuwen, o.l. p. XVI. Belzner, o.l. II, p. 246.

[4]) Bergk, o.l. pp. 523; 833. Christ-Schmid, o.l. I^6, p. 61. Rohde, o.l. I^4, p. 13. Mülder, o.l. p. 339 sqq. Van Leeuwen, o.l. p. XX. v. Wilamowitz, Gr. L.^{3}, p. 10. Belzner, o.l. II, p. 246 sq. Cauer, o.l.^{2} p. 476. Vid. supra pp. 184, 2; 198 sq.; 209, 2.

[5]) Bergk, o.l. p. 527: „er ist ein wahrhaft originaler Geist, nicht Nachahmer, aber er übt seine Kunst mit vollem Bewusstsein." Adolf Roemer, Ein ernstes und zeitgemässes Wort über den Kunst-charakter der homerischen Poesie, in opere, quod inscribitur „Homerische Aufsätze" [ed. Belzner, 1914], pp. 1—64.

carminum dictione.

Ad recte intellegenda haec carmina magni interest scire ubi, id est: apud quos recitarentur.

Initio in principum ac regum aula post cenam recitabantur ad convivas delectandos, habebantur ἀναθήματα δαιτός. [1])

Poëtae varias fabulas carmine celebrantes id maxime studebant, ut dulcem motum eorum qui audiebant sensibus afferrent, [2]) non tam in depingendis maiorum rebus gestis quam in commemorandis belli aerumnis ac miseriis, id quod Iliadis prooemium aperte profert.[3])

Paulatim auditorum numerus crescebat neque amplius in principum aedibus sed, diebus festis, in ludis ac certaminibus apud universum populum carmina epica recitabantur. [4]) Utrum haec carmina cane--rentur an dicerentur est quaestio, quam tamen hic non accuratius examinabo. [5]) Utcumque res se habet, hoc quidem certum est, in hisce carminibus verborum sonum magni interesse: rhapsodi enim qui dicebant carmina, id praecipue agebant, ut et gestu et verborum sono animi commoverentur. [6]) Cauer [o.l.² p. 384] eximie: „Das

---

[1]) Cf. α 152. φ 430.

Vid. Rohde, o.l. I¹, p. 2. Sam Wide, o.l. p. 170: „Für die Beurteilung der homerischen Kultur ist es wesentlich, dass sie einer oberen Schicht der damaligen Gesellschaft, der Ritterschaft, angehört... ...Thatsache ist, dass die homerische Kultur erstens lokal und zweitens sozial begrenzt ist." Bethe, o.l. p. 133: „Das griechische Heldenepos ist in Form, Sprache, Kunstmitteln eine nur von geschulten Sängern geübte, zunächst für kleine Kreise fürstlicher Hofhaltungen bestimmte Kunstdichtung. Zugleich ist sie aber doch wohl von Anfang an auch volkstümlich."

Ivo Bruns, o.l. p. 33. Samter, o.l. p. 20. Finsler, o.l. I², p. 337. Gruppe, o.l. II, p. 987. v. Wilamowitz, Gr. L.³, p. 11. Campbell, o.l. p. 68. Fairbanks, o.l. p. 220.

Aliter iudicat Mülder, o.l. pp. 357—360.

De altera Odysseae parte vid. Roemer, o.l. p. 128 sqq.

[2]) Ivo Bruns, o.l. p. 36: „Dieses (das Epos) hat es stets nur auf interessierende Handlung abgesehen."

Campbell, o.l. p. 79: „The poetic motive is to interest the hearer." Finsler, o.l. I², p. 337.

[3]) Mülder, o.l. p. 342.

[4]) Bergk, o.l. p. 487. Christ-Schmid, o.l. I⁶, p. 74. Bethe, o.l. p. 133: „So ward aus der fürstlichen Hofdichtung im engen Kreise des Geschlechts, der Rats- und Gefolgsmänner eine Volksdichtung vor zahlreicher bunt zusammengewürfelter Masse." Mülder, o.l. p. 361.

[5]) Vide supra p. 185, 1.

Bergk, o.l. pp. 436 sq.; 439. Christ-Schmid, o.l. I⁶, p. 73. Bethe, o.l. pp. 294; 296. v. Wilamowitz, Gr. L.³, p. 9 sq. Mülder, o.l. p. 355: „Für die Einsicht in das Wesen der Ilias kommt wenig darauf an, ob etwa der Hexameter ursprünglicher Singvers ist oder nicht." Id., Burs. Jahresb. B. 161 [1913], p. 88.

[6]) Mülder, ib. p. 360 [supra p. 199, 4].

papierne Wort," inquit, „bietet nur einen ersten Anhalt; ihn muss die Phantasie ergreifen und von ihm aus versuchen ein Bild der Stimmungen, Empfindungen, unausgesprochenen Gedanken hervorzurufen, die den mündlichen Vortrag begleitet haben."[1]) Quo saepius magna voce haec carmina recitantur, eo maiorem apparet esse formae vim. Carmina epica, in quibus dialogi — paene dixi diverbia — principalem obtinent locum, quorum ipsa argumenta, ut scaenae fabulae, ad commovendos animos admodum sunt apposita, actionem concitatam saepius exigunt multaque tragoediae fabulis habent similia.[2]) Haec carminum natura, quae iis cum antiqua tragoedia est communis, non satis adhuc obser-vata esse mihi videtur. Laeta ac tristia, ioca et seria in fabulis inter se contexuntur, ridicula passim occurrunt, quibus poëta deridet heroas, quin etiam deos habet ludibrio κατ' ἐπιφορὰν τῆς ποιητικῆς ἀρεσκείας.[3])

Poëta non docet doctrinas theologicas neque deorum opiniones in dogmatum formam redigit, sed imprimis est artifex, qui materiam, verba, personas, vel ipsos quos in scaenam producit deos plane arbitratu suo adhibet, ut carmina fiant summa artificia.[4])

---

[1]) Cf. Felix Bölte, Rhapsod. Vortragskunst [supra p. 185, 1], p. 571: „Dass die homerischen Gedichte mit lebhaftem Wechsel in Tempo und Ton vorgetragen sein müssen, das hat gewiss nie jemand bezweifelt."

Magna subtilitate nonnullos locos affert Bölte, ubi verborum sonum ac compositionem non esse nisi ludificantis apparet.

[2]) Bergk, o.l. p. 822: „Das tragische Pathos, welches später die dramatische Poesie vollständig zu entwickeln bemüht war, erscheint bereits hier, nur in gemildeter Form, wie es dem objektiven Wesen der epischen Poesie ziemt"; cf. pp. 830 sq.; 881 sq.; 535.

Finsler, o.l. I², p. 327: „Das ganze Altertum hat die stilistische Ver-wandtschaft Homers mit dem Drama empfunden ...... Die Rede dient zu allen möglichen Zwecken. Sie enthüllt den Charakter des Sprechenden ganz wie im Drama." Cauer, o.l.² p. 427; p. 428 Homerus dicitur „ein Dramatiker ohne Bühnenweisungen." Cf. pp. 436—438.

Mülder, o.l. p. 342. v. Wilamowitz, Gr. L.³, p. 19. De Odyssea cf. Belzner, o.l. II, p. 18..

[3]) Mülder, o.l. pp. 343—349.

Wilh. Nestle, Anfänge einer Götterburleske bei Homer [N. Jahrbb. XV (1905), pp. 161—182].

Cf. Mülder, Burs. Jahresb. B. 161 [1913], p. 107. v. Wilamowitz, Gr. L.³, p. 21 sq.

[4]) Campbell, o.l. p. 53: „The singer is not a priest, his motive was practical and artistic rather than religious."

Cauer, o.l.² p. 409: „Die Lust am Fabulieren begleitet den Dichter überall; er gestaltet das Gespräch so, wie es für den Augenblick ihm wirksam erscheint." Id., Homer als Charakteristiker [N. Jahrbb. V (1900)], p. 597 sqq.

Vürtheim, Grieksche Religie [Baarn, Hollandia-Drukkerij, 1911],

Qua mirabili arte animos habere intentos possit poëta, quantae curae ei sit ἡ τῶν πραγμάτων σύστασις quae dicitur, praecipue in Odyssea apparet, quae hac ex parte Iliadi antecedit. [1])

religione epica ificiosa.

Hisce carminibus, quorum natura, eo quod imprimis apud principes ac nobiles recitari solebant, esset definita, deorum opinionem omnibus communem omnino non contineri, nemo negabit. Ut carmina epica linguae artificiosae proprietate [2]) a vulgari sermone discrepare constat, sic etiam religionem atque deorum opinionem, quae in carminibus epicis reperiantur, ab opinione vulgari diversam esse, concludere licet. [3])

Heroibus Homericis res humanae plus quam divinae valebant. Poëtae saepenumero dii sunt „dii ex machina" qui dicuntur, atque nonnullis locis difficilius est ad diiudicandum, utrum severe de diis dicat poëta, an per ridiculum eos ludens inducat. [4]) Schol. T

---

p. 6. Rothe, Die Ilias als Dichtung [1910], p. 350. Probst, Studien zur Ilias [Nürnberg 1917], passim.

Suo genere expleta atque cumulata esse haec carmina non dico; superesse nonnulla, quae ex prisca arte poëtica nondum exculta atque impolita profluxerint, satis perspicuum est. Cf. Roemer, o.l. pp. 1; 57 sq. Belzner, o.l. II, pp. 93—97. Zielinski, Die Behandlung gleichzeitiger Ereignisse im Antiken Epos [Leipzig 1901], passim.

[1]) Cauer, o.l. ^{2} p. 424 sq. Probst. o.l. p. 16 sq. Roemer, o.l. pp. 5; 31; 48; 68; vid. ib. index i.v. „Spannung." Belzner, o.l. II, pp. 21; 66—74.

[2]) Bergk, o.l. pp. 853; 855. v. Wilamowitz, H.U., pp. 292; 395; 406. Id., Gr. L.^{3}, p. 9 sq. Bethe, o.l. p. 132 sq. Wackernagel, Die Griechische Sprache [Kultur d. Gegenwart, I, VIII^3 (1912)], p. 381. A. Meillet, Du caractère artificiel de la langue homérique [Soc. de Linguist. XV (1908)], p. 165 sqq. Id., Aperçu d'une histoire de la langue grecque [Paris, Hachette 1913], p. 189. Birt, o.l. pp. 57; 59. Brugmann-Thumb, o.l.^{1} p. 22 sq. Thumb, Gr. Dial., p. 312. Christ-Schmid, o.l. I^6, p. 67.

[3]) Sam Wide, o.l.^{2} p. 223: „So beziehen sich die homerischen Gedichte auf eine gewisse soziale Schicht, den ritterlichen Adel, der mit den religiösen Überlieferungen des Volkes gründlich aufgeräumt hat." Fairbanks, o.l. p. 219: „Just as epic language is not the language of conversation at any particular time or place, but is in one sense an artificial product, so epic religion is in that same sense artificial."

P. 221: „The nature of the audience and the aims of the poet determined the character of the gods."

Vid. tamen Roemer, o.l. p. 128 sqq.

[4]) Bergk, o.l. p. 802: „Die Götter selbst und die mythischen Überlieferungen von den Göttern werden mit einer Freiheit behandelt, die mit der Innerlichkeit eines aufrichtigen religiösen Gefühls unvereinbar ist, denn sie überschreitet nicht selten alles Mass und artet in ein frivoles Spiel aus."

Mülder, o.l. p. 119: „Diese Intervention der Götter in jedem

ad ϑ 332 haec annotat: οὐκ εἰσὶ δὲ οἱ ποιητικοὶ θεοὶ φιλόσοφοι ἀλλὰ παίζονται. Sunt qui putent hoc in recentioribus tantum carminum partibus fieri atque praecipue iocoso Ionum ingenio attribuendum esse. [1])

In hac re autem tenendum est, non omnia, quae nobis ioca esse videantur, Homeri aequalibus quoque hilaritatem attulisse, neque semper posse diiudicari, utrum mente ac consilio poëta ironiam et iocum petiverit necne. [2])

Interdum poëta ipse iocum leviter demonstrat: Martis ac Veneris amores ἔργα γελαστά appellat [ϑ 307] atque deos Hephaesti artes ridentes facit [ϑ 326, 343].

Etiam deus ipse, Hephaestus, ridiculas partes agens inducitur, [3]) qui idem rixas inter Iovem et Heram ortas ridiculum in modum sedavisse dicitur, ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν [A 599].

Locis qui ironiam dissimulantiamque prae se ferunt examinatis Nestle [o.l. p. 176]: „und so besteht denn auch," inquit, „bei aller sonstigen Verschiedenheit der Ansichten eine seltene Einstimmigkeit darüber, dass Homer oder die Homerischen Dichter der Götterwelt zum mindesten sehr frei gegenüberstehen." [4])

Augenblick, wo der Dichter ihrer bedarf, ... ist nichts als ein technisches Hilfsmittel, ein Kunstgriff, der einfach und bequem ist, auch in den kompliziertesten Fällen nicht versagt." Cf. ib. p. 120. Id., Burs. Jahresb. B. 161 [1913], p. 96.

Cauer, o.l. [2] pp. 345; 351. Rothe, o.l. p. 170. Probst, o.l. p. 30 sqq. v. Wilamowitz, Gr. L.[3], p. 11.

[1]) Nestle, o.l. p. 176. Cauer, o.l.[2] p. 331. Rohde, o.l. I[4], p. 44. Mülder, o.l. p. 128. v. Wilamowitz, Gr. L.[3], pp. 10 sq; 21 sq. Niese, Entwicklung der Homerischen Poesie [Berlin 1882], p. 105.

[2]) Cauer, o.l. [2] p. 345. Schoemann-Lipsius o.l. II[4], p. 137 sq.

[3]) Cauer, o.l. [2] p. 331: „Die Szenen, in denen er [Heph. sc] mitwirkt, zeigen alle jenes übermütige Spiel mit den Personen der Götter, das wir als Äusserung der Geistesart des Ionischen Stammes schon kennen gelernt haben." Cf. Nestle, o.l. p. 169.

[4]) Rohde, o.l. I[4], p. 44. Mülder, o.l. p. 128: „Es ist ausschlieszlich ein Ergebnis seines [poëtae sc.] willkürlichen, individuellen Gestaltens, dasz die bei ihm agierende Götterwelt keinen tieferen mythologischen Gehalt besitzt, dasz diese dämonischen Wesen alles Dämonische verloren haben, und nur noch durch die allerdünnsten Fäden mit dem Volksglauben verknüpft sind. Diese Götter sind nicht Geschöpfe religiösen Bedürfnisses, sondern dichterischer Laune." Cf. Burs. Jahresb. B. 157 [1912], p. 318. Würtheim, o.l. p. 4. W. Leaf, Homer und History [Londen 1915], p. 15: „The divine element is sometimes a fringe added from without, sometimes a deft embroidery seeming to form part of the fabric, yet always distinguishable from it, never inseparable."

Egregie de hac poëtica licentia disputat vir doctus Roemer: „Der

Praeterea haec observatione digna sunt, poëtam certa mente ac consilio a multis priscis et vulgaribus religionibus se abducere, qui ipsius Telluris deae priscae cultum, omnino numina chthonia, maxima religione antiquitus culta, silentio praeterire soleat, [1]) in quorum numinum locum substituat deorum Olympiorum regnum, qui θεοί et δαίμονες appellentur. Illa deorum opinio religio arti--ficiosa, ut ita dicam, est habenda, quae splendore ac magnificentia non mediocriter animos commovebat, et poëtarum artificumque operibus aucta in omnium animis deorum notionem multa per saecula imprimebat. [2])

Praeter hanc religionem publice acceptam et amplificatam deorum viguisse opinionem vulgarem, nemo est quin concedat. De hac re haec dicit G r u p p e : [3]) „Allgemein und mit Recht ist die Über--zeugung verbreitet, dass die in der antiken Literatur erhaltenen religiösen Vorstellungen meist nur von einer kleinen aufgeklärten Minderheit getheilt wurden und dass unter ihnen eine niedere Schicht angenommen werden müsse, die nur selten zu tage trete, aber als die eigentliche, oder wenigstens als die älteste Religion zu betrachten sei." [4])

Kunstcharakter des II Teiles der Homerischen Odyssee". „Einige Probleme der Göttermaschine bei Homer", in opere supra laudato.

Non semper eadem levitate deos in scaenam productos esse, vix est quod dicam.

Praecipue in Iliade hoc modo deos inductos esse nemo ignorat ; cf. B e r g k, o.l. p. 734. M ü l d e r, o.l. pp. 120 ; 125. In hac quaestione memoratu digna sunt ea, quae annotant Schol. A B T ad Θ 429 : *ὅταν εἰς τὴν ἀξίαν ἀτενίσῃ [ὁ ποιητὴς] τῶν θεῶν, τότε φησὶν αὐτοὺς μὴ κινεῖσθαι περὶ θνητῶν, ὡς οὐδὲ ἂν ἡμεῖς περὶ μυρμήκων· ὅ τ α ν δ ὲ ἐ π ι λ ο γ ί σ η τ α ι τ ὴ ν π ο ι η τ ι κ ή ν, ἕπεται τοῖς μύθοις καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐκτραγῳδεῖ, συμμαχίας καὶ θεομαχίας παράγων.*

[1]) B e r g k, o.l. p. 801. N ä g e l s b a c h - A u t e n r i e t h, o.l. p. 81 et in append. No. 49. S a m t e r, o.l. p. 22. D i e t e r i c h, Mutter Erde^2, [1913], p. 36 : „Wir können von vornherein wissen, dasz diese dem Volksglauben und Volksbrauch bewuszt abgewandte, in eine damals wunderbare Höhe freier Aufklärung gehobene Ritterpoesie schwerlich Zeugnis von einer Volksreligion der Mutter Erde geben wird." G r u p p e, o.l. II, p. 976 : „Diese älteren Vorstellungen lebten ja noch in zahlreichen Kulthandlungen fort, und schon die Konsequenz, mit der die Dichter sie ignorieren, beweist, dass sie und der Hörerkreis, für den sie singen, nicht allein in Widerspruch zur Volksreligion stehen, sondern sich dieses Wi--derspruchs auch bewusst sind." S a m W i d e, o.l. pp. 175 sq. ; 223. De notione opinionis vulgaris vide E d. K ö n i g, Arch. f. Rel. W. 17 [1914], pp. 35—63.

[2]) V ü r t h e i m, o.l. p. 5. G r u p p e, o.l. II, p. 1044. C h r i s t --S c h m i d, o.l, I^6, p. 78 sq.

[3]) B u r s. Jahresb. Supplem. B. 137 [1907], p. 43.

[4]) Cf. i d., Gr. Mythol. u. Rel. gesch. II, p. 987 sq. T e u f f e l, Studien und Charakteristiken [Leipzig 1871], p. 16. R o h d e, Ps. I^4, p. 2. Griech. Rel., p.7.

Sequitur, ut in explicanda numinis divini appellatione huiusce artificiosae religionis naturae ratio sit habenda.

Quibus omnibus perpensis originem vocis q.e. δαίμων ex carminibus epicis enucleari posse despero. Quod nemo mirabitur, qui secum reputaverit fieri potuisse, ut poëta, religioni a vulgari opinione alienae admodum deditus, vocem q.e. δαίμων in certam ac definitam non omnibus valentem sententiam acceperit. Quod si ita est, adducor ut credam significationem atque usum vocis q.e. δαίμων in carminibus epicis parum valere ad enodandam vocis originem.

de variis aetatibus.

Multi viri docti hodie in ea sententia sunt, ut putent carmina Homerica ad varias pertinere aetates, quas ut internoscerent studiose operam dederunt. [1])

Wolfgang Reichel[2]) apud Homerum duo armorum genera discernit, arma Mycenaea dico antiquioris et arma Ionica recentioris aetatis; arma Ionica nisi in carminum partibus ab interpolatoribus insertis non commemorata esse putat.

Carl Robert deinde [Studien zur Ilias mit Beiträgen von Fr. Bechtel, Berlin 1901] hanc materiam amplificavit et ostendit utrumque armorum genus commemorari, Mycenaeum vero semper

---

Campbell, o.l. p. 68. Bethe, o.l. p. 137. Vürtheim, o.l. p. 33. Sam Wide, o.l.[2] p. 171: „Von Homer ab können wir also, ... , in der griechischen Religion zwei Hauptströmungen verfolgen: eine obere, sozusagen die offizielle, die vom Staat, von der Literatur und der Kunst getragen . . . , die homerischen Traditionen fortsetzt, und eine untere, tiefer verborgene Strömung, welche von der homerischen Kultur weniger beeinfluszt, die vorhomerischen Anschauungen und Gebräuche weiterpflegt." Ib. p. 178, Nägelsbach-Autenrieth, o.l. Anhang No. 224, p. 472: „Denn wir dürfen, wie früher bemerkt, nicht vergessen, dass neben dem was die Epen uns gleichsam als ritterlichen Sang bieten, der breite Strom des gewöhnlichen Volksglaubens fliesst, aus welchem mitunter in einzelnen Strahlen ein Reflex in das Heldenepos hereinleuchtet." Vid. supra p. 163.

Quod pertinet ad artificia et monumenta, cf. Michaelis, o.l. p. 182. Lehmann-Haupt, o.l. p. 64 sq. Praeterea afferre liceat: Wagner, Sprache und Religion, in „Die Hellenische Kultur" [3] [1913], p. 25.

[1]) De universa hac quaestione, quam nisi obiter attingere non possum, cf. cum alia tum haec: Cauer, Grundfr.[2], passim. Lehmann-Haupt, o.l. pp. 104—108. Bethe-Wendland, o.l. p. 288. Mülder, Die Ilias und ihre Quellen, pp. 4—13. Burs. Jahresb. B. 157 [1912], pp. 170—325; ib. B. 161 [1913], pp. 73—171. Finsler, o.l. I[2], pp. 341—443. v. Wilamowitz, H. U., passim. Gr. L.[3], p. 12 sqq. Van Leeuwen, Enchir. Prolegomena. Christ-Schmid, o.l. I[6]. pp. 38—60.

[2]) Homerische Waffen [2] [1901].

antiquiorum esse carminum, Ionicum contra recentiorum. [1]) Hac via ac ratione varias in carminibus aetates distinguere conatus est Robert; qua in re ad certum pervenire finem difficillimum est. Ut enim seria et ioca e poëtae libidine inter se sunt mixta, sic recentiora antiquioribus intermixta iacere constat, quae ut distin--guant nescio an numquam viris doctis contingat. [2])

Dietrich Mülder [o.l. p. 6]: „Altes und Junges," inquit, „Volkommenes und Unvollkommenes in Stoff und Form neben--einander, bunt sich mengend, eine Fülle des Unausgeglichenen trotz des Strebens nach Ausgleich : das ist das homerische Problem."[3])

De variis aetatibus discernendis haec profert Schmid [Gesch. d. Gr. Litt. I[6]], p. 51,4 : „Nach Versuchen, die er selbst angestellt hat, zweifelt Christ an der Durchführbarkeit der Scheidung, da Homer Kulturzustände, wie er sie für die ältere Lebenszeit seiner Helden voraussetzte, und solche, wie er sie in der eigenen Um--gebung fand, nebeneinanderzustellen keinen Anstand nehme. Das zeigt sich namentlich in dem Nebeneinander von Waffen aus Erz (χαλκός) und solchen aus Eisen (σίδηρος) . . . . . . Zudem sind jetzt Rundschilde, ... , Beinschienen, ... , und Brustpanzer. . . . . . ,

---

[1]) Iudicandi levitate et praeiudicata opinione saepius errore ductum esse Robertium, Cauer exponit in commentatione, quae inscribitur: Kulturschichten und sprachliche Schichten in der Ilias [N. Jahrbb. IX (1902), p. 77 sqq.]; cf. id., Grundfr.[2], p. 272. Lehmann-Haupt, o.l. p. 107. Michaelis, o.l. p. 192. Finsler, o.l. I[2], p. 138 profert, quid de hac re sentiant Andrew Lang, Gilbert, Murray, Georg Lippold.

Varias de hac re opiniones iis, quae exposuerim, omnino non exhaustas esse, vix est quod dicam.

[2]) Bergk, o.l. p. 863. Fairbanks, o.l. p. 218. Beloch, o.l. I, 1[2], p. 183. Finsler, o.l., I[2], p. 241. v. Wilamowitz, H. U., p. 406: „altes und junges steht gleichberechtigt neben einander: formen und formeln sind totes, überliefertes gut." Mülder, Burs. Jahresb. B. 157 [1912], p. 225: „Überall liegen ältere Formen unmittelbar und untrennbar neben jüngeren." ib. pp. 257; 306. Van Leeuwen, Enchir. Prol., p. XX.

Belzner, o.l. I, pp. 102—104; p. 103 : „Das „historische Prinzip" hat sich als falsch erwiesen und es sind an seine Stelle eine Reihe anderer Prinzipien getreten („Wertprinzip", „Persönlichkeitsprinzip", „Zweckprinzip"), die uns einen tiefen Einblick in die Arbeitsweise des Dichters gestatten, aber über eine geschichtliche Entwicklung des Epos nichts aussagen."

[3]) Gercke, Methodik [Gercke-Norden, o.l. I[2] (1912)], p. 78. Bethe, o.l. p. 288. Lehmann-Haupt, o.l. p. 104 sqq. Cauer, Grundfr.[2], pp. 267; 346. Id., Kulturschichten, p. 95.

auch aus Monumenten des Mykenischen Zeitalters nachgewiesen."[1])

Hisce omnibus perpensis difficillimum esse ad diiudicandum, utrum in vocis δαίμονος usu variae sint distinguendae aetates necne, nemo non concedet. Et in antiquioribus enim quae dicuntur carminibus [A 222; O[2]) 403, 418, 467 sq.; Π 705, 786; P 98[3]), 104; ε 421; ζ 172; η 248; ι 381; λ 61] et in recentioribus [Γ[4]) 420; H[5]) 291, 377, 396; Θ 166; Ψ[6]) 595; β 134; γ 27; δ 274 sq.; λ 587; ω[7]) 149, 306] vox δαίμων usurpatur. Probe autem mihi persuasum est, hanc rationem, utpote in re minus certa, non ita confirmari posse, ut nullam habeat dubitationem: saepenumero priscae atque constantes formae in recentioris aetatis carminibus sunt accommodatae, saepe recentiores cum antiquioribus conexae.[8])

Hoc unum certum est — id quod supra exposui [p. 155 sq.] —, δαίμονα in Odyssea magis quam in Iliade certis carere finibus et in illo carmine eius naturam latiore sententia esse intellegendam. Ut in Iliade Olympus est mons certis finibus circumscriptus, in Odyssea contra caelum significare videtur,[9]) sic etiam in Iliade dii saepius certa figura induti apparent quam in Odyssea. Quin etiam in hoc carmine vocem q.e. δαίμων in formam metri fixam abisse dixeris.[10])

---

[1]) Cauer, Grundfr.[2], p. 276: „Für das Nebeneinander von älterer und jüngerer Bewaffnung bieten auch die Denkmäler einen Anhalt." Lehmann-Haupt, o.l. p. 107, Robertii sententiam commemorans: „ein fruchtbarer," inquit, „und weittragender aber doch, ... , nicht durchweg verwertbarer Gedanke: da z. B. metallene Rundschilde, auch in mykenischer Zeit, ... , schon in Gebrauch waren"; sq. Cf. Mayer, B. Ph. W. [1895], c. 516. Furtwängler, ib. [1902], c. 452.

Belzner, o.l. I, pp. 35—44; p. 43: „Rein poetische Motive also sind es, die den Dichter bestimmen, die Art der Bewaffnung zu wechseln."

[2]) Cauer, Grundfr.[2], p. 197 sq. Id., Erfundenes und Überliefertes bei Homer [N. Jahrbb. XV (1915)], p. 11.

[3]) Vide supra p. 188, 1. De libris O, Π, P, cf. Witte, Singular und Plural, pp. 96—103; 142. [4]) Cauer, Grundfr.[2], p. 441. [5]) Cauer, o.l.[2] p. 286.

[6]) De libro Θ, cf. Cauer, o.l.[2] p. 385. Usener, o.l. p. 292; de libro Ψ, Cauer, o.l. p. 501. Praeterea cf. v. Leeuwen, Ench. Prol., p. XXIII. [7]) de Odyssea cf. Van Leeuwen, Enchir. Prol., p. XXXI sq.

[8]) Cauer, o.l.[2] p. 177: „Eine einzelne noch so altertümliche Form beweist also gar nichts für frühen Ursprung der Partie, innerhalb deren sie steht," pp. 267; 346.

[9]) Campbell, o.l. pp. 84—86. Finsler, o.l. I[2], p. 233 sq. Wagner, o.l. p. 195. Iam in Iliade caelum et Olympus coniunguntur:

A 497: ἠερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν Οὔλυμπόν τε.

E 750: τῇς ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανὸς Οὔλυμπός τε,

cf. Dieterich, Nekyia [1893], p. 20 sq. Christ-Schmid, o.l. I[6], p. 21, 2.

[10]) Vide supra p. 209 sqq. Cf. Bergk, o.l. p. 735 sq. Campbell, o.l. p. 94.

Ad internoscendas vero varias carminum epicorum aetates et religiones usum vocis δαίμονος non multas ansas dare, haud facile negabitur. Quod item valere in voce q.e. θεός, ita in promptu est, ut res disputatione non egeat. Neque e paucis locis, quibus δαίμων et θεός non idem significant, de hac quaestione quicquam certius effici potest. Recte iudicare mihi videtur Finsler, cum haec dicit [o.l. I^{2}, p. 241]: „Wohl lehnt sich die Poësie an den Volksglauben an, aber die Verwendung der himmlischen Gestalten ist zu einem poëtischen Spiel geworden. Es kann deshalb auch nicht gelingen, die Verwendung der Götter zum Massstab für das Alter der verschiedenen Stücke zu machen." [1])

Neque minoris momenti sunt ea quae Cauer profert [o.l.^{2} p. 359]: „Verschiedenheiten des Alters lassen sich erkennen, auch Wandel und natürliche Weiterbildung von Gedanken und Motiven verfolgen; aber in grösserem Umfang Schichten, die übereinander gelagert sind, so zu sondern, dass in sich geschlossene, lesbare Stücke herauskommen, ist nicht möglich. Allzu mannigfaltig sind die Elemente mit einander verschlungen und verschmolzen, allzu fest den ältesten Gesängen jüngere Bestandteile hinzugewachsen, allzu reichlich in spätere Dichtung [p. 360] altüberlieferte Stücke hineingearbeitet." [2])

le priscae ligionis ve- -stigiis.

Praeter religionem carminum epicorum artificiosam deorum viguisse opinionem vulgarem supra commemoravimus [pp. 219—222]. Vir doctus Rohde pulchre exposuit [o.l. I^{4}, pp. 14—67], in carminibus Homericis reliquias superesse prisci animarum cultus, [3]) qui, omnino ab Homero alienus, et ante illum et post illum, omnium animis tamquam antiquitus insitus, non mediocriter vigeret. [4]) Etiam alia antiquissimae opinionis vulgaris vestigia in carminibus epicis hic commemoranda esse mihi videntur. In quibus investigandis

[1]) Mülder, Burs. Jahresb. B. 157 [1912], p. 222.

[2]) Cauer, o.l.^{2} p. 277. Schoemann-Lipsius, o.l. I^{4}, pp. 21, 2; 68. Seymour, Life in the Homeric Age [1907] et Andrew Lang, Homer and his Age [1906] varias distinguere aetates supersedent. Cf. Cauer, o.l.^{2} p. 271. Pernice, o.l. p. 6.

[3]) Vid. supra p. 163 sq. Cf. Pernice, o.l. p. 60. Cauer, o.l.^{2} pp. 311—317. Gruppe, Burs. Jahresb. Suppl. B 137 [1907], p. 12. Schoemann-Lipsius, o.l. II^{4}, p. 135, 2.

[4]) Sam Wide, o.l.^{2} p. 194: „Der Seelenkult, von dem wir bei Homer nur Rudimente finden, blüht, von homerischen Anschauungen unberührt, fortwährend auf dem griechischen Festlande und verlangt reichliche Grabesopfer," sqq.; ib. p. 169.

Samter, o.l. p. 12 sqq.; p. 21: „das griechische Volk hat nach Homers Zeit wie vorher an die Macht der Seelen geglaubt, ihr schädliches Wirken gefürchtet," sqq. Beloch, o.l. I, 1^{2}, p. 171. Lübker, o.l. i.v. Totenopfer.

afferre materiam, quae ad religionis historiam pertinet, necesse erit.[1])

Priscae opinionis vulgaris est animam avis similem haberi. Wide [o.l.[2] p. 170]: „Die tiergestalteten Gottheiten", inquit, „sind ver-schwunden [apud Homerum sc.], ja selbst die Psyche, die früher und auch später als Vogel vorgestellt wurde, ist bei Homer anthropomorphisiert; nur in schwachen Spuren hat sich ein Rest der alten Anschauung erhalten." [2])

In haec vestigia referenda sunt ea quae dicuntur de mortuorum animis [ω 5 sqq.], quas Hermes virga ad Orcum ducit:

τaὶ δὲ τρίζουσαι ἕποντο.
ὡς δ' ὅτε νυκτερίδες μυχῷ ἄντρου θεσπεσίοιο
τρίζουσαι ποτέονται . . . . . .
ὣς αἱ τετριγυῖαι ἅμ' ἤισαν· [3])

Achilles frusta Patrocli simulacrum manibus prehendere conatur [Ψ 100 sq.]:

ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς ἠύτε καπνὸς
ᾤχετο τετριγυῖα.

Ulixes apud inferos conspicit Heraclis simulacrum, nudum tenens arcum, homini iaculaturo simile [λ 605 sq.]:

ἀμφὶ δέ μιν κλαγγὴ νεκύων ἦν οἰωνῶν ὥς,
πάντοσ' ἀτυζομένων·

Nonnullis locis anima e corpore avolare dicitur: Π 856; X 362; Ψ 880; λ 207, 222. De hac re Finsler [o.l. I[2], p. 297] dicit haec: „Die alten Gestalten des Volksglaubens waren um so weniger ganz auszurotten, als ihnen die festgeprägten sprach-lichen Formeln immer neue Lebenskraft verliehen. Immer wieder sah der Hörer die Keren den Toten forttragen, den Tod und die Moira den Menschen packen, die Harpyien ihn dahin-raffen. Immer wieder hörte er, dass die Psyche, ja sogar der Thymos, aus dem Leibe entflog, und wie die Seelen des Patroklos und Hektor dabei ihr Geschick beklagten. So erhielt sich die uralte Vorstellung von der Vogelgestalt der abge-schiedenen Seele." [4])

[1]) Vid. supra p. 39.

[2]) Weicker, o.l. p. 20; p. 21: „Homer kennt eben auch die Vogelgestalt der Seele, die ihrerseits in dem rein theriomorphen Götter-glauben der ältesten Mykenischen Epoche wurzelt," sq. pp. 22; 31.

Gruppe, o.l. II, p. 1502, 1. Id., Burs. Jahresb. Suppl. B. 137, pp. 354—357. De diis avium specie indutis cf. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 151 sqq. Ameis-Hentze, Anh. Il. 3, p. 54 ad H 59.

Schoemann-Lipsius, o.l., II[4], p. 182 sq. Cauer, Grundfr.[2], p. 309 sq.

[3]) Rohde, o.l. I[4], p. 9. W. Schwartz, Nachklänge prähisto-rischen Volksglaubens bei Homer [1894], p. 23 sq.

[4]) Nägelsbach-Autenrieth, o.l. Anhang, p. 368, No. 217.

Praeterea alia priscae religionis argumenta ex carminibus Homericis afferri ne molestum sit:

Ulixes stricto gladio se in Circen nympham irruisse eique mortem minatum esse narrat [κ 321 sqq.]:

ἐγὼ δ' ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
Κίρκῃ ἐπήιξα ὥς τε κτάμεναι μενεαίνων.
ἡ δὲ μέγα ἰάχουσα ὑπέδραμε καὶ λάβε γούνων,
καί μ' ὀλοφυρομένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·

Schol HΘT annotant: μέγα ἰάχουσα] Διὰ τὸ φοβεῖσθαι τρωθῆναι οὐκ ἀποθανεῖν. Διατί δὲ ἐφοβήθη ἡ Κίρκη τὸ ξίφος τοῦ 'Οδύσσεως θεὰ οὖσα; φαμὲν ὅτι τοὺς πόλυν χρόνον ζῶντας δαίμονας θανάτῳ δὲ ὅμως καθυποβαλλομένους θεοὺς εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ ποιητής. ἢ φυσικῶς φοβεῖται τὸ ξίφος ἡ Κίρκη, ὡς καὶ ἄλλας τινὰς ὕλας τινὲς τῶν δαιμόνων.

λ 48 sqq. Ulixes se gladio instructum manes quo minus sanguinem biberent impedivisse narrat, priusquam Tiresiae vocem cognovisset:

αὐτὸς δὲ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
ἥμην, οὐδ' εἴων νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα
αἵματος ἆσσον ἴμεν πρὶν Τειρεσίαο πυθέσθαι.

ubi schol. Θ annotat: κοινή τις παρὰ ἀνθρώποις ἐστὶν ὑπόληψις ὅτι νεκροὶ καὶ δαίμονες σίδηρον φοβοῦνται. [1])

Magni in hac re momenti sunt ea quae disserit Tylor [o.l. I², p. 140]: „The oriental jinn [2]) are in such deadly terror of iron, that its very name is a charm against them; and so in European folklore iron drives away fairies and elves, and destroys their power. They are essentially, it seems, creatures belonging to the ancient Stone Age, and the new metal is hateful and hurtful to them. Now as to iron, witches are brought under the same category as elves and nightmares. Iron instruments keep them at bay, and especially iron horseshoes have been chosen for this purpose, as half the stable doors in England still show." [3])

Opinioni vulgari multa variaque ad daemonum vim frangendam remedia erant nota.

---

1) Cf. λ 82, 95, 231.

2) Hoc nomen dant Arabes quibusdam daemonibus, qui vi magica homines superant, inferiores autem sunt angelis, qui Melaikèh dicuntur. Esse creduntur „jinn" vel „djinns" benigni et maligni, qui proprio nomine sheyatim [i.e. daemones] appellantur. Daemones quibus nomen est „Djinns" congruunt cum daemonibus iis, qui Germanice „Kobolde" et „Gnomen" dicuntur, qui iidem occurrunt in fabulis orientalibus. Eorum nomen cum voce latina q.e. „genius" cohaerere veri simile est.

3) Cf. Grimm, Deutsche Mythologie [1835], pp. 435; 465; 1056. Wuttke, Volksaberglaube³ [1900], p. 95.

Praeter varia amuleta [προβασκάνια φυλακτήρια], [1]) quae ad mala avertenda secum portare homines solebant, terroribus omnis generis daemones repulsare studebant: [2]) telis scilicet petebantur [3]) daemones aut feriebantur, [4]) aut magno moto strepitu depellebantur. [5])

Daemones et larvae [6]) ferrum et aes metuere dicuntur, quibus homines hanc ipsam ob causam ad res purgandas absque malo defendendas uti solebant. [7])

Nymphae, quae antiquissimae religionis esse videntur, [8]) longae quidem vitae, non immortalitatis participes habebantur.

Itaque ubi Circe nympha [9]) ferrum strictum reformidasse atque

[1]) Riess, R. E., I, c. 1984 sqq. i.v. Amulett; ib. I, c. 50, i.v. Aberglauben. Jessen, ib. II, c. 189, i.v. Ἀποτρόπαιος.

Kropatscheck, De amuletorum apud antiquos usu capita duo [Greifswald 1907], cf. Wünsch, B. Ph. W. 1908, c. 18 sq.

Sam Wide, o.l.² p. 175. Schoemann-Lipsius, o.l. II⁴, p. 359.

Lübker, o.l. i.v. Aberglaube, Zauber, Amulett. Michel, o.l. p. 203. Vürtheim, o.l. p. 8.

[2]) Sam Wide, o.l.² p. 187 sq. Gruppe, o.l. II pp. 886—936. Samter, o.l. p. 60 sq.

[3]) Cf. Herod. IV, 94. Prisco more, filio nascente, super aedes sagittae conici solebant, quibus mali daemones depellerentur. Antiqui Indi daemones qui partui obesse credebantur, telorum coniectu abigere consueverant. Cf. Oldenberg, Religion des Veda [1894], p. 271. Frazer, The golden bough I, p. 175 sqq.

[4]) Paus. VIII, 15, 1.

[5]) Adhiberi solebant tympana, cymbala, crotala vel sistra, campanae. Campanarum sonitu tempestatum mala averti credebantur.

Wide, o.l.² p. 175: „Durch Waffenschlagen und Waffentanz glaubt man die Dämonen wegzuscheuchen." Rohde, o.l. I⁴, p. 272, annot.; II⁴, p. 77, 2. Cf. supra p. 1 sq.

Sole et luna deficientibus κινοῦσι χαλκὸν καὶ σίδηρον ἄνθρωποι πάντες ὡς τοὺς δαίμονας ἀπελαύνοντες Alex. Aphrod. II, 46.

Cf. Cook, Journal of Hellenic Studies 22, p. 20 sqq. Gruppe, Burs. Jahresb. Suppl. B. 137 [1917], p. 341.

[6]) Hild, [Daremberg et Saglio, o.l.] i.v. Gruppe, o.l. II, p. 895 sqq.

[7]) Pythagoras panem frangi vetabat, secandum esse praecipiebat, ut panis ab arte magica tutus esset. Cf. Diog. L. VIII, 34.

Ferro in dolio posito vino tonitru non noceri credebatur: Plin. N. H. X, 152.

[8]) Hesiod. [Rzach], fr. 171. Cf. Preller-Robert, o.l. p. 718 sqq. Bloch, M. L. III, c. 500 sqq. Ebeling, o.l. i.v.

Lübker, o.l. i.v. Gruppe, o.l. II, pp. 826—30. B. Ph. W. 1907, c. 82 sqq. Wide, o.l.² pp. 175; 185.

[9]) Gruppe, o.l. I, p. 708, 2. Burs. Jahresb. Suppl. B. 137 [1907], p. 541. Ebeling, o.l. i.v. Seeliger, M. L. II, c. 1193 sqq.

Ulixes manes ferro retinuisse dicitur, non est cur non coniciamus, haec in priscae religionis vestigia esse referenda.

Haec si tecum reputaveris non ineptum videbitur inquirere, utrum etiam in vocis δαίμονος usu talia vestigia possint ostendi necne. Causa autem est cur caveamus, ne voce δαίμων in errorem ducamur. Apud Homerum δαίμων non est numen diis inferius, quae sententia voci inerat posteriore aetate.[1]) In examinandis reliquiis antiquissimae religionis, quae Germanice „Dämonenglaube" appellari solet, cautione opus est, ne, ubicumque vox δαίμων legitur, huiusce religionis sumamus reliquias.

Sunt nonnulli loci, qui in quaestionem venire mihi videantur.

ε 396 sq. de patre aegrotante dicitur:

δηρὸν τηκόμενος, στυγερὸς δέ οἱ ἔχραε δαίμων,
ἀσπάσιον δ' ἄρα τόν γε θεοὶ κακότητος ἔλυσαν,

Δαίμονα hic significare numen incertum morbi auctorem vel vim occultam divinam supra dictum est [p. 145].

Apud scriptores Graecos praecipue posterioris aetatis numina infensa, morborum auctores, δαίμονας appellari atque aegrotantes esse δαιμονιζομένους, in huiusce operis prooemio uberius disserui [pp. 3—6].

Vulgaris ante Homerum vigebat opinio morbos, universe mala omnia, effici a daemonibus, infensis et incertis numinibus.[2])

In carmine epico dii ipsi malorum auctores habentur.[3]) Roscher [M. L. III, 1, i. v. Nosoi] distinguit „Krankheitsgötter und Dämonen" et „Besondere Krankheitsdämonen."

In morborum daemonibus referri dicit Erinyas, Nymphas, „und vor allem die den Erinyen als Totengeister so nahe stehenden Keren, die Heroen, und überhaupt die ganze Schar der χθόνιοι, καταχθόνιοι, πονηροὶ δαίμονες [cf. Hom. Od. V, 395], δαιμόνια welche in den Defixionen eine Rolle spielen, und von denen mehrfach ausdrück-

[1]) Vid. supra p. 21.

[2]) Harrison, o.l. p. 167: „To the primitiv mind all diseases are caused by, or rather are bad spirits."

Michel, o.l. p. 201: „On nous dit que les Grecs personnifiaient les maladies; il serait plus juste de dire que les foules grecques, comme tous les non civilisés de nos jours encore, ne pouvaient concevoir une force de ce genre que comme émanant d'une personne, comme un esprit, quelque chose comme un être vivant."

Curt Wachsmuth, Das alte Griechenland im neuen [Bonn 1864], p. 58, 41: „Die Krankheiten leitet das Volk in Griechenland noch heutigen Tages überhaupt von bösen Dämonen ab." Ib. p. 32.

Vid. Gruppe, o.l. II, p. 886.

[3]) Vid. supra pp. 152; 160 sq. Cf. Ebeling, o.l. i.v. νοῦσος.

-lich bezeugt wird, dass sie bösartige Geister Verstorbener seien." Omnia haec numina cultus antiquissimi sunt habenda. [1])

Inter quae post Erinyas Κῆρες principem obtinent locum. Κῆρες sunt universe mortuorum animae. [2]) Apud Homerum Κήρ est fatum mortis humana specie indutum aut mors ipsa. [3]) Κῆρες undique hominibus imminere dicuntur. Sarpedon [M 326 sq.]:

— ἔμπης γὰρ κῆρες ἐφεστᾶσιν θανάτοιο
μυρίαι, ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ' ὑπαλύξαι — [4])

Crusius [M. L. II. c. 1137, i. v. Keres]: „Die Keren," inquit, „sind in solchen Fällen als verfolgende Dämonenscharen gedacht, wie die Erinyen und Harpyien [B 302, ξ 207]. Scharenweise ziehen die Keren über die Erde und nehmen die Geschiedenen mit sich hinab in das Reich des Hades, wo sie selbst zu Hause sind [Rohde, Ps. 9]." [5])

Contagionem omnis generis κῆρας efficere antiquissima vulgaris opinio erat. Rohde [o.l. II^4, p. 75,2]: „Wörtlich verstanden," inquit, „drücken Plato's Worte, *Leg.* 11, 937D die populäre Vor-stellung aus: πολλῶν ὄντων καὶ καλῶν ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ, τοῖς πλείστοις αὐτῶν οἷον κῆρες ἐπιπεφύκασιν, αἳ καταμιαίνουσί τε καὶ καταρρυπαίνουσιν αὐτά." [6]) Dixeris κῆρας similia effecisse atque his diebus „bacilli" qui dicuntur. [7])

---

[1]) Sam Wide, o.l.^{2} p. 169. De Erinyibus vide supra p. 120 sqq. Cf. Rapp, M. L. I. 1, c. 1310. Gruppe, o.l. II, p. 763. sqq.

Inter haec numina praeterea sunt referenda: Mormo, Gello, Empusa. Vid. Gruppe, o.l. II, p. 768 sq. Weicker, o.l. pp. 1; 3. Riess, o.l. c. 33. Sam Wide, o.l.^{2} p. 223.

[2]) Crusius, M. L. II, c. 1136 sqq. Harrison, o.l. p. 166.

Diebus festis quae Ἀνθεστήρια dicuntur celebratis, Manes expelluntur hisce verbis: θύραζε κῆρες, οὐκ ἔτ' Ἀνθεστήρια. Cf. Rohde, o.l. I^4, p. 239. Crusius, o.l. c. 1148.

Samter, o.l. p. 16. Finsler, o.l. I^2, p. 275 sq. Tylor, o.l. II, p. 181 sq.

[3]) Ebeling, o.l. i.v. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 140 sq. Harrison, o.l. p. 172. Crusius, o.l. c. 1136: „In den meisten Fällen als einfaches Appellativum in der Bedeutung: Tod, Todesart, Todesverhängnis. Dabei in vielen Wendungen und Bildern doch schon persönliche Auffassung."

Cf. B 302. Λ 332. Σ 535. A 228. Γ 454. Ω 82.

[4]) Vid. supra p. 114. μ 341: πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι, cf. λ 171 sqq.; 398 sq. δ 512 sq.

[5]) Rohde, o.l.^{4} I, p. 10, 1: „Sie sind Hadesdämonen, nach ursprüng-licher Bedeutung selbst dem Leben entrissene Seelen ...... aber bei Homer ist von einer solchen Vorstellung nur in einer festgeprägten Redensart eine blasse Erinnerung erhalten" [ξ 207]. Cf. ib. p. 239, 2.

[6]) Eust., p. 847, 49: εἰσι γὰρ κῆρες νόσου καὶ ἑτέρων κακῶν.

[7]) Rohde, o.l. II^4, p. 70 sqq. Gruppe, o.l. II, p. 886.

Καθαρταί, μάγοι, ἀγύρται suam adhibent artem, qua aegrotantes maculo [1]) liberent.

Δαίμων στυγερός [ε 396], qui dicitur impetum fecisse [2]) in patrem, numen mortiferum esse videtur, naturae infensae ac rapacis, ut Κῆρες, Ἐρινύες, Ἅρπυιαι.

Quoddam numen antiquissimae religionis poëtam ε 396 cogitasse, certi esse non possumus. In hac re cautione opus est, ne poëtae subiciamus sententiam ab illius mente alienam. Utcumque autem res se habet, δαίμονα hic certe in morbo inferendo atque in aegrotantem irruendo similem esse priscis illis numinibus, quae Κῆρες, Ἐρινύες, Ἅρπυιαι dicuntur, nemo non concedet.[2]) Porro neque hoc neglegendum esse puto, δαίμονος naturam hic diis morbo liberantibus esse oppositam, quin etiam paene dixi, numen infensum priscae vulgaris religionis opponi diis Olympiis.[3]) Praeterea aliam difficultatem hic locus praebet. Verba quae leguntur ε 396 sq. in comparatione dicta esse, dignum est quod observetur. Sunt qui putent carminum epicorum comparationes universe recentioris esse aetatis. [4])

M i c h e l, o.l. pp. 203; 205. Cf. verba: *κηραίνω, ἀκήρατος, ἀκηράσιος, ἀκήριος, ἐπίκηρος, ὑπόκηρος.*

E u r i p. Phoen. 950: *μέλαιναν κῆρ' ἐπ' ὄμμασιν βαλών.*

T h e o g n. 13: *εὐχομένῳ μοι κλῦθι, κακὰς δ' ἀπὸ κῆρας ἄλαλκε.*

M i m n e r m. 2, 5 sqq.

[1]) R o h d e, o.l. II[4], p. 70: „Als Geisterbanner wirkt er [vates sc. = *μάντις*] da, wo er Krankheiten zu heilen unternimmt. Abwehrung gefährlicher Wirkungen aus dem Reiche des Geistes ist ihrem Ursprung und Wesen nach auch die Kathartik." Ib. pp. 74, 2; 76.

De maculo illo quod Graeci *μίασμα* appellant ib. p. 75, 2 et S c h o e m a n n - L i p s i u s, o.l. I[4], 47. II, pp. 361—377. L e o p. S c h m i d t, Die eth. d. alt. Gr. I, pp. 118—133. N ä g e l s b a c h, Nachhomer. Th., p. 357 sqq.

[2]) N ä g e l s b a c h - A u t e n r i e t h, o.l. p. 141. De verbo *ἔχραε* vide supra p. 143, 3.

[3]) K r e j č i, o.l. p. 173, ε 396 sq. sic intellegit: „so dass im ersten Vers das Princip des Bösen durch *δαίμων*, im zweiten das gute Princip durch *θεοί* bezeichnet ist. Überdies finden wir in der Wendung *στυγερός οἱ ἔχραε δαίμων* einen Rest der alten Vorstellung, dass die Krankheit durch Berührung eines feindlichen Geistes entsteht." Vid. supra p. 145, 2. Cf. F i n s l e r, o.l. I[2], p. 270.

[4]) F i c k i u m hanc comparationem reiecisse, supra commemoravi [p. 143, 1].

De comparationibus Homericis cf. C a u e r, o.l.[2] pp. 266 sqq.; 419. A r t h u r P l a t t, Homer's Similes, [vide supra p. 215, 4]. V a n L e e u w e n, Acta 5[e] Nederl. Philologencongres [1907], p. 44 sqq. M ü l d e r, o.l. pp. 328—335. v. W i l a m o w i t z, Gr. L.[3], p. 20. B e l z n e r, o.l. I. p. 13 sq.

In Odyssea comparationes numero multo sunt inferiores quam in Iliade, cf. B e r g k, o.l. I, p. 849. F i n s l e r, o.l. I[2], p. 333. C h r i s t - S c h m i d, o.l. I[6], p. 61, 4.

Utrum poëta, qui hic loquitur ἐξ ἰδίου προσώπου, ut ita dicam, locutionem adhibuerit ipsius aetate valentem, an formulam epicam contritam sibi assumpserit, perdifficilis est quaestio. Rem in suspenso relinquere tutissimum est.

Etiamsi comparatio haec recentiori aetati sit adscribenda — id quod definite statuere non licet —, nihil impedit, quominus anti-quissimam opinionem in locutione q.e. στυγερὸς δέ οἱ ἔχραε δαίμων revixisse sumamus. [1])

Ut δαίμων ε 396 et vox q.e. κήρ, sententia activa usurpata, inter se concinere videntur, sic uno loco δαίμων [Θ 166] — ubi mortem significat —, idem valet ac κήρ sententia passiva usurpata [Γ 454. Ω 82].

Hector ad Diomedem [Θ 166]:

πάρος τοι δαίμονα δώσω, inquit. [2])

Contra H o m e r i usum dictum esse verum sit, [3]) non est tamen, cur codicum lectionem reiciamus, neque dubito, quin hac in re verborum sono multum sit tribuendum. [4])

Iure B e r g k i u s [o.l. p. 861 sq.]: „als Kriterium für die Ächt-heit", inquit, „oder Unächtheit einzelner Abschnitte dieser Gedichte sind ungewohnte Ausdrücke nur mit grosser Vorsicht zu benutzen."

Penelope [υ 87]:

αὐτάρ ἐμοὶ, inquit, καὶ ὀνείρατ' ἐπέσσευεν κακὰ δαίμων.

De hoc quoque loco pauca dicantur.

Apud H o m e r u m deos esse somniorum auctores supra com-memoravimus [p. 141]. [5]) Penelope somnia vera discernit ac fallacia

[1]) M ü l d e r, o.l. p. 328: „es gibt aber auch Erscheinungen, die man nicht wohl anders erklären kann als aus einem Streben des Dichters, alten Redeschmuck in neuer Fassung zu präsentieren. Hier ist zunächst von den Gleichnissen zu handeln." Cf C a u e r, o.l.[2] p. 318.

[2]) Dictum est omnino de hac re alio loco diligentius: vide supra pp. 111—114; 199 sq. De vocis q.e. *δαίμων* vi passiva p. 8 sq.

[3]) Cf. E b e l i n g, o.l. i.v.

[4]) Vid. supra p. 200.

[5]) R o h d e, o.l. I[4], p. 7: „was er," inquit, „im Traume wahrnimmt, sind wirkliche Gestalten, der Götter selbst oder eines Traumdämons, den sie absenden, oder eines flüchtigen „Abbildes" (Eidolon), das sie für den Augenblick entstehen lassen."

S c h o e m a n n - L i p s i u s, o.l. II[4], p. 306: „Auch der Volksglaube macht einen Unterschied zwischen nichtigen und täuschenden und zwischen prophetischen Traumgesichten, und schon bei Homer hören wir, es gebe zwei Pforten", sqq. . . . . .

„Es wird nämlich eine eigene Gattung dämonischer Wesen angenom-

[τ 562 sqq.].[1]) Somnia sedes ad Orci introitum habere dicuntur [ω 12], ubi habitant Somnus eiusque frater Mors, ubi Noctis est sedes Gorgonumque et aliorum chthoniorum numinum.

Antiquissimae religioni daemones somniorum sunt auctores.[2])

Is qui nocte somniis malis erat sollicitatus, illis numinibus sacrificare solebat, qui δαίμονες ἀποτρόπαιοι dicebantur.[3]) Inter daemones illos, qui omnium animos horrore perstringebant, imprimis erat Ephialtes,[4]) cui proximae erant Mormo, Empusa, Gellio, Lamia, varii e prisca daemonum religione terrores.[5])

Michel in commentatione, quae inscribitur „Les bons et les mauvais esprits dans les croyances populaires de l'ancienne Grèce" [1910], p. 203: „Avec ces esprits nocturnes," inquit, „qui causent les apparitions effrayantes, les cauchemars, la folie et l'épilepsie, nous touchons de très près à l'immense catégorie des âmes des morts dont l'influence était si redoutée et qui exposaient l'humanité à des dangers plus grands encore, car c'étaient elles qui causaient l'impureté rituelle, avec ses conséquences si graves au point de vue de la religion populaire."

His expositis redeamus ad locum supra allatum [υ 87]: Penelope δαίμονα mala somnia sibi intulisse dicit. Quamquam haec Penelopae nihil afferunt necessitatis, cur hic priscae opinionis vulgaris sumamus reliquias, multa tamen habent, quibus de illa opinione admoneamur.

---

men, von denen die Traumgesichte bewirkt werden," sqq.; vid. supra p. 140, 2.

Fairbanks, o.l. pp. 51; 53. Finsler, o.l. I², p. 268. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. p. 173 sq.

[1]) Schoemann-Lipsius, o.l. II⁴. p. 306, 2: „Der Grund, weswegen den wahren Träumen eine Pforte von Horn, den andern eine von Elfenbein gegeben wird, liegt in dem Anklange von κέρας und κραίνω, ἐλέφας und ἐλεφαίρομαι."

Nägelsbach-Autenrieth, o.l. Einleitung, p. 16; p. 175: „lediglich Ergebnis menschlicher Reflexion über die Träume."

v. Wilamowitz, H. U., p. 61. Ameis-Hentze, Anh. Od. 4³, p. 28 sq. ad τ 562 sq.

[2]) Cf. supra p. 140, 2. Gruppe, o.l. II, p. 928 sqq.

Hanc opinionem fuisse non modo apud antiquos, verum etiam nunc vigere apud gentes feras, docet Tylor, o.l. I, p. 121 sq.

[3]) Aesch. Pers. 201 sqq.; 216 sqq. Hippocr. de insomn. II, p. 10, 13 [ed. Kühn]. Rohde, o.l. I⁴, p. 273, 1; II, p. 73. Michel, o.l. p. 204.

[4]) Cf. Swoboda, R. E. V, c. 2847, i.v.

Roscher, Ephialtes, eine pathol, mythol. Abhandlung über die Alpträume and Alpdämonen des klass. Altertums [1900], passim.

Riess, o.l. c. 93. Gruppe, o.l. II, p. 771 sq. Harrison, o.l. p. 167. Boisacq, o.l. i.v. ἐφιάλτης.

[5]) Cf. Schoemann-Lipsius, o.l. II⁴, p. 152.

Poëtam, qui hoc uno loco a numine quodam incerto somnium effectum esse doceat, in hoc dicendi genere ad opinionem vulgarem inclinare dixeris.

Postremum hic affero locum μ 168 sq.:

αὐτίκ' ἔπειτ' ἄνεμος μὲν ἐπαύσατο, ἡ δὲ γαλήνη
ἔπλετο νηνεμίη, κοίμησε δὲ κύματα δαίμων. [1])

Δαίμονα, qui undas sedavisse dicitur, etiam tranquillitatis auctorem esse, ex se intellegitur. Apud Homerum oriuntur venti partim natura, partim deorum iussu. [2]) Aeolus, qui ventis praeest, a Iove hoc munere est donatus [κ 21].

Neque dii minores ventis non imperant [Circe λ 7 sq.; Calypso ε 268]. [3])

Δαίμονα μ 169 esse quandam occultam vim divinam supra diximus [p. 147]. Utrum dei alicuius an Sirenum sit illa vis, incertum videtur.

Antiquos ipsos in hac re nutasse apparet. Schol, B Q ad l. annotant haec κατ' ἐπιβουλὴν Ποσειδῶνος, ἵνα μᾶλλον αὐτῶν ἀκούσῃ ὁ Ὀδυσσεύς. τινὲς δὲ ὅτι καὶ τοὺς ἀνέμους ἵστασαν γοητεύουσαι τῇ φωνῇ.

Schol. V: ἴσως ἡ Κίρκη, ἵνα μὴ ἀπροφύλακτοι προσενεχθῶσιν, ἢ Ποσειδῶν, ἵνα ἀκούσῃ.

Schol. Q V ad μ 168: ἐντεῦθεν Ἡσίοδος καὶ τοὺς ἀνέμους θέλγειν αὐτὰς (τὰς Σειρῆνας sc.) ἔφη. [4])

Apud Homerum Σειρῆνες sunt daemones marinae, αἵ ῥά τε πάντας ἀνθρώπους θέλγουσιν [μ 40]. [5])

Ex duali numero Σειρήνοιιν [μ 52, 167] Homerum duas tantum nosse concludere licet, quod idem concludit Schol. Q ad μ 62. [6])

Weicker [o.l. p. 38] vestigia opinionis vulgaris hic latere asseverat: „Die unbestimmte Ausdrucksweise Homers", inquit, „hat bei den Späteren rechte Verwirrung angerichtet. Weder Circe kann als Urheberin der Windstille in Betracht kommen ..... noch Poseidon. Echter Volksglaube liegt zu Grunde.

[1]) Vide supra p. 146 sqq.

[2]) Cf. Ebeling, o.l. i.v. ἄνεμος.

[3]) Gruppe, o.l. II, p. 835. Quaestionem, quae de ventorum cultu est, hic missam facio; cf. supra p. 89, 4.

[4]) Hesiod. fr. 69 [Rzach]. Eust. p. 1710, 39: ἐνταῦθα δέ φασιν οἱ παλαιοί, ὡς ἐντεῦθεν λαβὼν Ἡσίοδος ἐμυθεύσατο ὑπὸ Σειρήνων καὶ τοὺς ἀνέμους θέλγεσθαι. Vid. supra p. 148, 1.

[5]) Ebeling, o.l. i.v.; μ 44: ἀλλά τε Σειρῆνες λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ.

[6]) ὅτι δύο καθ' Ὅμηρον αἱ Σειρῆνες, οὐ τρεῖς. Cf. supra p. 147, 3.

Das „Wettermachen" gehört von jeher zum Amt aller Hexen und Hexenmeister, auch der griechischen Sage ist solche zauberische Einwirkung der Gespenster auf Wind und Wetter .... nicht fremd."

Σειρῆνες, ut Κῆρες, Ἐρινύες, Ἅρπυιαι, praecipua numina chthonia habenda sunt, quae ex antiquissima religione trahant originem. [1])

Utrum denique poëta Sirenas an aliud numen divinum undas placans fecerit, diiudicari non potest. In hac quaestione Kröcher [o.l. p. 8] ingeniose: „Mag Poseidon," inquit, „oder Kirke oder die zürnenden Götter es vollbracht haben, wahrscheinlichste ist, dass Odysseus die Frage nach dem Urheber der Wunderwirkung offen lässt."

Utut est, hanc rem iam ab antiquis in quaestionem vocatam, in antiquissimae religionis versari materia, nemo non concedet; neque mirum est, hisce omnibus perpensis, in graecitate posterioris aetatis prisca illa incerta numina, occulta vi praedita, daemonas appellari.

Utrum poëta ipse, tacitus vulgari opinioni indulgens, antiquissimae religionis numina aliquoties commemoraverit necne, perdifficilis et perobscura est quaestio. [2])

Praeterea non facile diiudicatur, utrum eiusmodi incerta vestigia priscae religionis sint reliquiae plane oblitteratae, an documenta opinionis vulgaris postea in carmina excepta.

---

[1]) Weicker, o.l. p. 38. Lübker, o.l. i.v. Seirenes, cf. supra p. 147,3.

Cf. Crusius, Philol. L [1891], p. 93 sqq. Weicker, M. L. IV, c. 601 sqq. Gruppe, o.l. I, p. 344, Sirenas appellat „Todesdämonen" et p. 345: „zweitens," inquit, „erkannte man ihr verderbliches Walten in der Windstille."

Rohde, o.l. II[4], p. 411. Harrison, o.l. cap. quod inscribitur „The Ker as Siren". De Sirenum scientia cf. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. Anhang, No. 26. Daemonum illorum vim etiam nunc valere in Graecia docent Vürtheim, o.l. p. 14; Wide, o.l.[2] p. 223.

[2]) Gruppe, o.l. II, p. 1043 iure: „nicht leicht kann," inquit, „was einmal die Seele eines Volkes in seiner Tiefe bewegt hat, spurlos wieder aus ihr verschwinden; am wenigsten ein religiöser Glaube, der seinem Wesen nach durch das Alter an Heiligkeit und Ehrfurcht nur gewinnt." P. 1063: „Der Grieche ist eigentlich zu keiner Zeit vollständig über die Anschauung des alten Dämonenglaubens hinausgekommen."
P. 1058: Von den vorhergehenden religionsgeschlichtlichen Perioden hatte die Religion der Kunst eine unübersehbare Menge einzelner Dämonen als Erbe erhalten. Wo eine unerklärliche Kraft vorhanden war oder vorhanden zu sein schien, wurde das Walten eines solchen Dämons angenommen: daran haben die Dichter nichts geändert." Vid. supra p. 170, 1.

Quanti autem intersit eiusmodi vestigia eruere et considerare, unicuique apparebit, qui scire cupiat, quid poëta de deorum natura deque religione universa cogitaverit.

In hac inquisitione perspicuum factum est, poëtam illa antiquissimae religionis numina plerumque formidolosa convertisse in mera numina divina et deos certa figura circumscriptos, qui horrendam phantasmatum deposuerint naturam.

Ab Homeri diis supremis atque hominibus praestantissimis daemonum religio obscura est alienissima. Ab epicorum carminum hominibus phantasmatum terrores daemonumque nocentium errores absunt. [1]

Numina chthonia sunt relegata. Hades, inferorum rex implacabilis atque inexorabilis, appellatur βροτοῖσι θεῶν ἔχθιστος ἁπάντων [I 159]; sub illius dicione sunt mortuorum animae, quas retinet ipse deus, qui dicitur πυλάρτης κρατερός. [2]

Artes magicas et miracula dii ipsi conficiunt: Ulixes Athenae virgula contactus in senem convertitur, eadem vi divina ex taetro sene formosus iuvenis est factus. [3]

Neque in terrae rimis neque in noctis latebris numina quaerebantur sed in lucidis Olympi montis fastigiis:

οὔτ᾽ ἀνέμοισι τινάσσεται οὔτέ ποτ᾽ ὄμβρῳ
δεύεται οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται, ἀλλὰ μάλ᾽ αἴθρη
πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ᾽ ἐπιδέδρομεν αἴγλη·
τῷ ἔνι τέρπονται μάκαρες θεοὶ ἤματα πάντα.

Pulchre dicit Schmid [o.l. I[6], p. 79]: „Es schwanden so vor dem Lichtblick homerischer Idealgestalten die rohen und abergläubischen Vorstellungen der älteren Zeit und unter dem Einflusz der Sonne Homers durchdrang ein hochstrebender, idealer, aufgeklärter Sinn die ganze Nation." [4]

Ut Graeco homini ex nocte dies oritur, sic ex tenebrarum regno lucidum imperium Iovis Olympii, deorum hominumque patris, exortum est.

Novae huiusce religionis semina radices agebant. [5]

Utrum porro Iovem supremo denique imperio esse praeditum putet poëta, an illius quoque auctoritatem quadam ex parte pendere

[1]) Cf. Rohde, o.l. I[4], pp. 11; 39.

[2]) N 415. Cf. Nägelsbach-Autenrieth, o.l. pp. 114 sqq.; 370. Buchholz, o.l. III, pp. 329—340.

[3]) ν 429 sqq.; π 172 sqq. Cf. Buchholz, o.l. III, p. 76.

[4]) Rohde, o.l. I[4], p. 11: „Es herrschen in der Welt nur die Götter, keine blassen Gespenster." Cf. Samter, o.l. p. 21.

[5]) Cf. Gruppe, o.l. II, pp. 992, 2; 1044 sq.

ex illa divina vi, quae Μοῖρα appellatur, perdifficilis est quaestio. [1])

Praeterea ad significandam inexplicabilem vim divinam, hominibus plane superiorem, aptissimam esse vocis q.e. δαίμων sententiam, quae omnino certis careat finibus quibus θεοί determinari soleant, unicuique apparebit. [2])

Esse tandem arcanam vim divinam, diis Olympiis superiorem, etiam Homerum poëtam sensisse, quis est qui negare ausit?

Hanc religionem epicam autem, artificum operibus amplificatam et elatam usque eo, ut dii ipsi aliquoties per ludibrium quasi in scaenam producti, plane ad poëtae arbitrium suas agerent partes, non perpetuo potuisse satisfacere universo populo, facile intellegitur.

Praeter hanc religionem publice acceptam antiquos cultus praecipue inter humiliores homines viguisse, satis constat. [3])

E multis atque variis vernaculis religionibus cultum Olympium quasi contexuit poëta, qui opus et artificium confecit multa sane per saecula nec tamen perpetuo consistens, quippe quod hominum ingenio, non divino afflatu esset fictum. [4])

[1]) Vide supra p. 135, 1. [2]) Vide supra pp. 155,4; 161 sq. Cf. Neuhäuser, o.l. p. 18.

[3]) Cf. Wachsmuth, Hell. Alt. k. II, pp. 440 sq.; 446. Gruppe, o.l. II, p. 972: „Zwar ist natürlich die griechische Religion nicht Kunst, aber ohne Kunstgefühl kann sie nicht verstanden werden; das ist ihre Grösse zugleich und ihre Schwäche." Ib. p. 1043: „Denn in seinem Gegensatz gegen das aufgeklärte Epos griff der Mystizismus vielfach auf die von diesem bereits überwundene Religionsstufe zurück." Ib. p. 1044.

Samter, o.l. p. 21: „So scheint die neue Religion vollständig gesiegt zu haben und hat in Wirklichkeit doch nicht gesiegt. Wenn den homerischen Gesängen die Toten kraftlose Schattenbilder sind, das griechische Volk hat nach Homers Zeit wie vorher an die Macht der Seelen geglaubt ...... mochten die Künstler [p. 22] die olympischen Götter noch so ideal darstellen, mochte ihr öffentlicher Kult, mochten ihre Tempel und Feste noch so glänzend sein, das griechische Volk hat sich seine alten Götter doch nicht ganz nehmen lassen," sqq.

Würtheim, o.l. p. 23: „Ook is het begrijpelijk, dat in de lagere rangen zulke daemonen gevonden werden, welke, al mochten zij ook door de officieele Olympiërs verdrongen zijn, in het eigenlijke volksgeloof een stille oppermacht behielden." Praeterea vide supra p. 219 sq.

Gercke, Geschichte der Philosophie [Gercke-Norden, o.l II[2]], p. 283: „Die alten epischen Dichter und Rhapsoden hatten schliesslich selbst nicht mehr an die Göttergestalten geglaubt, die ganz zu Schöpfungen ihrer rücksichtlosen und oft frivolen Phantasie geworden waren, geschweige ihr Publikum."

[4]) Buchholz, o.l. III, p. 59 sq. de incerta quae inter deos et fatum intercedit ratione disputans, recte haec dicit: „So verschwommen und confus gestalten sich die höheren Weltmächte, wenn der Mensch — mag er auch der intelligenteste und geistreichste sein — es unternimmt, das Weltregiment aus seinem eigenen Kopfe heraus zu gestalten!" Cf. Rohde, o.l. I[4], p. 43 sq.

Pagani licet, peccato a vero Deo, rerum omnium Creatore, abalienati, vani facti sint in ratiocinationibus suis, [1]) id tamen agebant, ut quaererent Dominum, si forte palpando eum invenirent.[2])

* * *

Hac disputatione ad exitum perducta in vocis q.e. δαίμων significationem atque usum satis inquisitum esse puto. Cuius quaestionis eventa si summatim repetere licet, haec mihi videntur statuenda esse:

Vocabula q.s. δαίμων et θεός apud Homerum in recta praesertim oratione nullo discrimine usurpari ad significandum universum numen divinum. Poëtam, qui deos certo nomine nuncupare soleat, ipsum narrantem aliquoties utramque vocem promiscue adhibere, sive analogiae rationem secutum, sive metri leges observantem.

Multis locis — praecipue in Odyssea — vocis q.e. δαίμων usum e metro pendere veri simillimum esse.

Aliquid discriminis tamen inter utramque vocem statui posse id quod maxime doceant verba derivata q.s. δαιμόνιος et θεῖος: voce q.e. δαίμων significari praecipue vim divinam, certa et definita forma carentem, voci q.e. θεός magis inesse sententiam personae divinae humana specie indutae.

Voce q.e. δαίμων praecipue significari incertam vim divinam ex eo quoque planum fieri, quod vocis numerus singularis in Odyssea solus inveniatur, in Iliade certe praevaleat.

Porro si quis investiget, quid doceat carminum natura ad statuendam vim vocis q.e. δαίμων, apparere in deorum quoque appellatione artificiosae carminum naturae rationem esse habendam, verborumque concinnitatem atque conclusionem haud exigui esse momenti.

Ad internoscendas varias carminum aetates usum vocis q.e. δαίμων non multas ansas dare. Neque ex locis, quibus δαίμων et θεός non idem significent, de variis religionis aetatibus quicquam certius posse effici.

Etiamsi constet poëtam certa mente ac consilio a priscis et vulgaribus religionibus se abduxisse, nonnullis tamen locis ex usu vocis q.e. δαίμων elici posse argumenta, quae priscae opinionis oblitterata ostendant vestigia.

Denique ad enodandam huiusce vocis originem parum valere eius in carminibus epicis significationem atque usum.

---

[1]) Epist. ad Rom. I, 21. [2]) Act. Apost. XVII, 27. Cf. H. Bavinck, Gereformeerde Dogmatiek II[2] [1908], p. 29 sqq.

INDEX IN HOMERUM.[1]

Ilias.

δαίμων Γ 420. Η 291, 377, 396. Ι 600. Λ 480. Ο 418, 468. Φ 93.

δαίμονος Τ 188.

δαίμονι Ε 438, 459, 884. Λ 792. Ο 403. Π 705, 786. Υ (447), 493. Φ 18, 227.

δαίμονα Θ 166. Ρ 98, 104,

δαίμοσιν Ζ 115. Ψ 595.

δαίμονας Α 222.

δαιμόνι(ε) Β 190, 200. Ζ 326, 407, 521. Ι 40. Χ 448, 810.

δαιμονίη (voc.) Α 561. Γ 399. Δ 31. Ζ 486. Ω 194.

Odyssea.

δαίμων β 134. γ 27, 166. δ 275. ε 396, 421. ζ 172. η 248. ι 381. κ 64. λ 587. μ 169, 295. ξ 386, 488. π 64, 194, 370. ρ 243, 446. σ 146, 256. τ 10, 129, 138, 201, 512. υ 87. φ 201. ω 149, 306.

δαίμονος λ 61. ο 261.

δαιμόνι(ε) κ 472. ξ 443. ψ 174.

δαιμονίη · σ 15. τ 71. ψ 166, 264.

δαιμόνιοι δ 774. σ 406.

---

[1]) Cf. Gehring, Index Homericus. [Lipsiae MDCCCXCI].

INDEX IN HYMNOS.[1]

δαίμων	IV (h. in Merc.),	138
	VII (h. in Bacch.),	31
	XIX (h. in Pan.),	22
	ib.,	41
δαίμονος	II (h. in Cer.),	300
	IV (h. in Merc.),	343
δαίμονι	II (h. in Cer.),	235
δαῖμον	IV (h. in Merc.),	551
δαιμόνι'	VII (h. in Bacch.),	26
δαιμονίη	IV (h. in Merc.),	97
δαίμονες	III (h. in Apoll.),	11
δαίμονας	II (h. in Cer.),	338
	IV (h. in Merc.),	381
δαιμόνιοι	VII (h. in Bacch.),	17

[1]) Cf. Gehring, Index Homericus Appendix Hymnorum vocabula continens [Lipsiae MDCCCXCV].

THESES.

I.

Vocabula q.s. δαίμων et θεός apud Homerum promiscue usurpantur ad significandum et deum quendam, qui quis sit ignoretur, et universum numen divinum. Vox q.e. θεός praeterea deum certa figura circumscriptum significat, id quod δαίμων perpaucis significat locis.

II.

Δαίμων in Odyssea plus quam in Iliade certis caret finibus, eiusque natura in illo carmine latiore sententia est intellegenda.

III.

Apud Homerum propria δαίμονος natura hominibus non est infensa.

IV.

Vocis q.e. δαίμων vim proprie fuisse passivam e carminibus epicis non apparet.

V.

Quid proprie inter δαίμονα et θεόν intersit ex adiectivis q.s. δαιμόνιος et θεῖος inter se comparatis perspicuum fit.

VI.

Δαίμονας proprie fuisse mortuorum animas carmina epica non docent.

VII.

Vocem q.e. δαίμων multis epicorum carminum locis metri causa usurpatam esse veri simillimum est.

VIII.

Vox q.e. δαίμων in Odyssea plus quam in Iliade in metri formam fixam abiit.

IX.

Hymnorum poëtae Homeri usum vocis q.e. δαίμων secuti sunt.

X.

Vocis q.e. δαίμων usui ad distinguendas varias in carminibus epicis aetates non multum tribuendum est.

XI.

Vocis q.e. δαίμων originem e radice δα- = γα-, suffixo -μων aucta, ducendam esse conicio.

XII.

Mortuorum animarum cultum ante Homerum viguisse, ut etiam posteriore aetate divi manes colebantur, satis constat. Hanc tamen fuisse unam solam religionem, unde ceterae orerentur, [cf. Rohde, Gr. Rel. (1895), p. 7 sq.] concludere non licet.

XIII.

In carminibus epicis poëta ad ipsius arbitrium deos partes suas agentes inducit.

XIV.

In existimanda religione epica illius naturae artificiosae, ingenio poëtico excultae, ratio habenda est.

XV.

In Homeri vocis q.e. δαίμων usu nonnulla antiquissimae opinionis vestigia, quamvis exigua, discernenda sunt.

XVI.

Non est cur adsentiamur v. d. Witte, haec scribenti [Singular und Plural (Teubner 1907), p. 59]:

„Die Formen δώματι und δώμασι(ν) bilden zwar beide einen Daktylus, und doch sind sie, was ihre Verwendung im Hexameter

betrifft, nicht von gleichem Wert: vor vokalischem Anlaut muszte der Plural δώμασιν für das singularische δώματι eintreten."

XVII.

Φ 547 sq. [Ludwich]:

ἐν μέν οἱ κραδίῃ θάρσος βάλε [Apollo sc.], πὰρ δέ οἱ αὐτὸς ἔστη, ὅπως Θανάτοιο βαρείας χεῖρας ἀλάλκοι, sq.

χεῖρας codd. plerique; cum nonnullis viris doctis κῆρας legendum est.

XVIII.

Θ 166 [Ludwich]:

πάρος τοι δαίμονα δώσω.

Sic codd.; Zenod.: πότμον ἐφήσω. Contra multos viros doctos codicum lectionem servandam esse puto.

XIX.

Γ 278 sq. [Ludwich]:

καὶ ποταμοὶ καὶ γαῖα, καὶ οἳ ὑπένερθε καμόντας
ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅ τίς κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ, sq.

καὶ αἳ coni. Duentzer; τίνυσθε Nauck.

Nihil mutandum est.

XX.

π 194 sq. [Ludwich]:

„οὐ σύγ' Ὀδυσσεύς ἐσσι, πατὴρ ἐμός, ἀλλά με δαίμων θέλγει, sq.

Ludwich annotat: „θέλγει Ω, Eust,; -γεις b (= Bekker) ut ἡ κυκλική."

Lectio θέλγει vindicanda est.

XXI.

Eurip. Phoen. 1653 [Nauck]:

οὔκουν ἔδωκε τῇ τύχῃ τὸν δαίμονα

vertatur: *itaque dedidit fortunae vitam (se ipsum).*

XXII.

Tac. Germ. 4 [Halm 1901]:

Ipse eorum opinioni accedo, qui Germaniae populos nullis [aliis] aliarum nationum conubiis infectos propriam et sinceram et tantum sui similem gentem extitisse arbitrantur.

Vocem *aliis* uncis includit Halm; lege: *alios.*

XXIII.

H o r a t. Epod. IX, 25 sq. [O r e l l i - H i r s c h f e l d e r]:

Neque Africanum, cui super Karthaginem
Virtus sepulcrum condidit.

Africanum codd. plerique; *Africano* nonnulli codd.; *Africani* Madvig, Vahlen.

Lege: *Africanum* [Scipionem Minorem sc.].

XXIV.

T h u c y d. Histor. VI, 36,2 [H u d e]:

καὶ νῦν αὗται αἱ ἀγγελίαι τοῦτο δύνανται, ⟨αἳ⟩ οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου ἐκ δὲ ἀνδρῶν οἵπερ αἰεὶ τάδε κινοῦσι ξύγκεινται.

αἳ add. C l a s s e n. Nihil addendum est.

XXV.

H e s. Opp. et D. 314 [R z a c h 1902]:

δαίμονι δ' οἷος ἔησθα, τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον,

verte: *quacumque eras fortuna, laborare melius est.*

XXVI.

Imperium nauarchi apud Lacedaemonios non annuum fuisse, sed potius e temporibus pependisse putandum est.

XXVII.

Alcibiadi post proelium apud Notium commissum non ante tempus imperium abrogatum esse, sed illum in sollemni magistratuum creatione non iterum esse creatum putandum est.

XXVIII.

Ten onrechte beweert R e i c h e n b e r g e r, Die Entwicklung des Metonymischen Gebrauchs von Götternamen in der Griechischen Poesie bis zum Ende des Alexandrinischen Zeitalters [Karlsruhe 1891], p. 22: „Zum ersten Male nachweisen lässt sich δαίμων in metonymischem Sinne bei Pindar."

XXIX.

Ten onrechte beweert L e h r s, Populäre Aufsätze aus dem Alterthum² [1875], p. 191 sq. over de beteekenis van het woord δαίμων: „Niemals darf man vergessen, dass es Schicksal immer nur als eine thätige oder wirkende Macht bedeuten könne."

XXX.

Reeds bij Homerus treedt ἄγγελος op als een tusschenwezen.

XXXI.

Mondelinge voordracht van gedeelten uit Ilias en Odyssee is van groot belang voor de waardeering van het epos als kunstwerk.

XXXII.

Het Stoisch pantheisme is bij Posidonius eerder pandaemonisme te noemen.

XXXIII.

Ten onrechte beweert Bonhöffer, Epictet und die Stoa [Stuttgart 1890], p. 82: „Jedoch die Stoiker können niemals im Ernste die populäre Vorstellung vom Schutzgeist sich angeeignet haben, und zwar deshalb, weil dieselbe eine Wertschätzung der äusseren Lebensgüter voraussetzt, welche mit der ethischen Grund-anschauung der Stoa durchaus unvereinbar ist."

XXXIV.

Descartes was geen scepticus.

XXXV.

Min juist zegt Boutens in de Inleiding van zijn vertaling van Oscar Wilde's De Profundis [Wereld-Bibliotheek, Tweede druk, 1913], p. VII: „De kunstenaar staat buiten de maatschappij in wier midden hij leeft."

XXXVI.

Het is een eisch, voortvloeiende uit een objectieve norm der kunst, dat de uitvoering van Bach's Passionen bevrijd zij van vocale en instrumentale overlading. De aan den geest van het werk ontrouwe, zoogenaamde moderne bewerkingen zijn, zonder meer, verminkingen van Bach's kunst te noemen.

CONTINENTUR

CORRIGENDA.

p. 78, 3	p. 2, 5	scribe	p. 52, 3
p. 86, 1	ἐπέλασσε	scribe	ἐπέλασσε
p. 93, 1	ἀέξατο	scribe	ἀέξετο
p. 93, 3	αἰθοπι	scribe	αἴθοπι
	κεκληγ ώς	scribe	κεκληγώς
p. 147, 3	believe	scribe	belief
p. 239	Ψ 166	scribe	ψ 166